ANNUS XIII, FASC. I-II.

ARCHIVUM

FRANCISCANUM HISTORICUM

PERIODICA PUBLICATIO TRIMESTRIS

CURA

PP. COLLEGII D. BONAVENTURAE

ANNUS XIII = TOMUS XIII.

Typographia, Directio et Administratio

AD CLARAS AQUAS prope FLORENTIAM

(QUARACCHI presso FIRENZE)

1920.

ARCHIVUM

FRANCISCANUM HISTORICUM

PERIODICA PUBLICATIO TRIMESTRIS

CURA

PP. COLLEGII D. BONAVENTURAE

ANNUS XIII = TOMUS XIII.

Typographia, Directio et Administratio
AD CLARAS AQUAS, FLORENTIAE
(FIRENZE) BROZZI - QUARACCHI
1920.

DISCUSSIONES

De Tertio Ordine s. Francisci iuxta Marianum Florentinum

Inter Ordines a s. Francisco fundatos procul dubio Tertius, scil. fratrum de Poenitentia, ille est, cuius facta minus cognoscuntur. Nonnisi enim his ultimis decenniis coeptum est de eius origine accuratius disceptare. Post investigationes Caroli Müller, studia haec ex inventa Regula antiqua Tertii Ordinis magnum quidem incrementum ceperunt, sed quaestionibus et dubiis non omni ex parte est satisfactum, tum quia Regula antiqua variis recensionibus exhibebatur, tum quia chronologiam et, ut ita dicamus, topographiam, ex eadem plane determinare non videbatur possibile. In omnibus his controversiis in medium allatus est codex quidam fr. Mariani Florentini (1), qui de initiis huius instituti *ex professo*

(1) De vita (1450?-1523) et operibus Fr. Mariani cf. Wadding, *Scriptores Ord. Min.*, Romae 1906, 167; Sbaralea, *Supplementum ad script. Ord. Min.*, Romae 1806, 518; P. Saturnino Mencherini, O. F. M., *Fra Dionisio Pulinari da Firenze, O. F. M., Cronache dei Frati Minori della Provincia di Toscana,* Arezzo 1913, 147-148, nota 3; 205-206, n. 39 et nota 1 et passim; P. Antonio Tognocchi da Terrinca, in ms. conservato in conventu florentino Omnium Sanctorum, cf. *Luce e Amore,* I, Firenze 1904, 73 s.; Eiusdem, *Genealogicum et honorificum Theatrum etrusco-minoriticum,* Florentiae 1682, 208-209; Marco da Lisbona, *Croniche degli Ordini instituiti dal S. P. Francesco,* Napoli 1680, pars III, l. IX, c. 23, 601-602; Moreni D., *Bibliografia storico-ragionata della Toscana* I, Firenze 1805, 40-41; P. Sabatier, *Fr. Francisci Bartholi Tractatus de Indulgentia S. Mariae de Portiuncula,* Paris 1900, 137-164; P. Roberto Razzòli,

agit. Sabatier ([1]) pauca fragmenta ex eo edidit. Exinde multi alii rerum franciscalium scriptores eo codice usi sunt, vario modo eum interpretantes ([2]). Ad tollendam obscuritatem, qua Regula a Mariano adhibita adhuc involvebatur, rediit cl. Sabatier Florentiam et novo examini subiecit codicem. Ast etiam hac vice tempus necessarium defuit ut de valore totius operis notionem generalem praebere posset. Cui tamen in optatu erat ut ad studium illud aliquis se accingeret: « La nécessité s'impose d'en faire l'étude approfondie » ([3]).

Tertii Ordinis a fundatione septimo centenario appropinquante, omnia quae ad historiam huius instituti incrementum afferre possunt, recolligere iuvat. Eapropter studium huius codicis aggredientes, ea exinde publici iuris facimus quae ad historiam fraternitatum de Poenitentia saec. XIII utilia existimamus. Ob multitudinem vero atque diversitatem materiarum quae inibi occurrunt, studium nostrum, claritatis causa, in tres partes dividimus:

I. Descriptio Codicis Mariani Florentini.

II. De Regula Mariana Tertii Ordinis. (Textus reconstructio).

III. De origine Regulae Tertii Ordinis eiusdemque additamentorum.

Luce e Amore, I, 26-32, 33-34, 72-78, 123-126, 268-274, 313-317; *Miscellanea Francescana,* X, Foligno 1906, 57-59; P. Livarius Oliger, *Luce e Amore,* IV, 1907, 361-368; P. Enrico Bulletti, ib., 550-554; *Compendium chronicarum Ordinis FF. Minorum* ap. AFH I-IV,; *Studi Francescani,* I, Arezzo, an. I, 1914, 165-200; an. II, 1915, 12-17, 402-414.

([1]) *Fr. Francisci Bartholi,* 157-163.

([2]) W. Goetz, *Die Regel des Tertiarierordens,* in *Zeitschrift für Kirchengeschichte,* t. XXIII, Gotha 1902, 97-107; P. Mandonnet, O. P., *Les Règles et le Gouvernement de l'Ordo de Poenitentia au XIIIe siècle,* Paris 1902, in *Opusc. de crit.,* I, 1903, 143-250; K. Müller, *Zur Geschichte des Bussbrüderordens,* in *Zeitschrift für Kirchengesch.,* t. XXIII, 1902, 496-524; H. Boehmer, *Analekten zur Geschichte des Franciscus von Assisi,* Tübingen und Leipzig 1904, XXXI-XXXV.

([3]) *Nouveaux Travaux sur les Documents Franciscains,* in *Opuscules de critique historique,* fasc. VII, Paris 1903, 29, nota 2.

I. — **Descriptio Codicis Mariani Florentini** (¹).

Codex palatinus n. 147 (E, 5, 9, 80) Bibliothecae Nationalis Florentiae, chart., mm. 139×200, XVI saec., folia habet 263, quorum numeratio triplici modo facta est; duae priores partes sunt manu antiquiori, f. 1r-20v, f. 1r-197r; tertia vero pars manu recenti f. 198r-263; f. 170 bis repetitur. Folia lineis plenis scripta sunt. Prima manus incepit vitam s. Philippi Benitii usque ad verba f. 1v: *cum multitudine angelorum et sanctorum omnium cooperiens palio nigro locum illum*. Altera manus continuat: *ovis autem et leo ipsum currum aureum deducebant* usque ad *Explicit* inclusive, f. 10v. A f. 11r usque ad finem codicis prima manus scripsit. Ex eodem numero linearum non constant folia; numerus medius est 30; duo sunt tamen folia 19r et 129v quae habent 35 et 36 lineas, e quibus pars etiam textus per ligatoris cultrum abscissa est. Primae partis ff. 16v-20v vacant, sicut et ff. 197r-254v secundae; folia 41 et 42 avulsa sunt sicut et folium inter ff. 175-176, interioribus fragmentis remanentibus. Non obstante folio deficiente, numeratio continuat in ultimo casu. Lacuna nulla in textu habetur, ita ut concludere liceat, haec folia avulsa fuisse ab ipso codicis auctore. In parte inferiori ff. 51r, 57r, 58v et 61r ligator codicis conglutinavit fascias chartae.

Fasciculorum dispositio est sequens:

8 quinterni = ff. 1-20; 1-60 (desunt folia 41 et 42)
1 quaternus = ff. 61-67 (unum folium deest)
10 quinterni = ff. 68-167
1 sexternus = ff. 168-177 (f. 170 bis repetitur et unum folium deest)
3 quinterni = ff. 178-207
1 quaternus = ff. 208-215
2 quinterni = ff. 216-235
1 quaternus = ff. 236-243
2 quinterni = ff. 244-263.

Rasurae adsunt in pluribus foliis, specialiter f. 40, ubi formula professionis nunc adest; f. 43r super preces caeremoniarum professionis habetur linea transversalis colore nigro. Repetuntur ibidem versus et oratio *Omnipotens sempiterne Deus qui dedisti* etc., cum oratione *Protege etiam* [rubro: *eum*] *eos etc.,* quae habetur in solemnitate Pro-

(¹) Cf. Francesco Palermo, *I Manoscritti Palatini di Firenze,* Firenze 1853, vol. I, 283-285, 303-304; Luigi Gentile, *I Codici palatini della Regia Biblioteca Nazionale di Firenze,* Roma 1889, t. I, 132; A. Morini et P. Soulier, *Monumenta Ordinis Servorum Sanctae Mariae,* Bruxelles 1898, t. II, fasc. I, 62-63.

fessionis, ff. 14-16, diverso tamen ordine. Notulae marginales ab auctoris manu inveniuntur praesertim: f. 25r; f. 67r; f. 110v; nomina autem Tertiariorum plurima, occurrentia in textu, etiam in margine repetuntur, exarata vero a manu recentiori, f. 130r - f. 142r. Scriptura est cursiva; litterae initiales et tituli capitulorum, rubricae et paragraphorum signa rubro atramento sunt exarata. Tituli capitulorum XIII usque ad XVI inclusive, in margine inferiori etiam rubri inveniuntur. Ex studio codicis apparet quod mens auctoris erat haec capitula cum praecedenti cohaerere sub uno titulo. Sed postquam illud absolvit, antequam laborem suum continuaret cum capitulo XVII, praefatam materiam, quae ad Missam et Communionem se refert, in quatuor divisit partes. Haec dicta confirmantur ex eo quod in principio, litterae initiales quae nunc rubrae cernuntur, nigro atramento scriptae fuerant. In secundo *Tractatu,* ff. 151r-262v, tituli vitarum, in margine superiori uniuscuiusque folii rubro atramento iterantur.

Ligatura in dimidia pelle saec. XVIII; inscriptio in dorso: *Leggenda del B. Filippo Benizzi e d'altri SS. France[scani]* cum parva charta in qua numerus codicis. In tegumento anteriori et posteriori reperiuntur fragmenta saec. XII ex officio solemni decollationis s. Ioannis Baptistae e primo et secundo nocturno; in posteriori vero etiam hi versus leguntur:

Stet domus hec donec fluctus formica marinos
Ebibat, et totum testudo perambulet orbem.

In principio duo folia insititia, quorum primum in recto habet, scriptura saec. XVIII: *Questo libbro si può certamente credere che sia opera del P. Mariano di Firenze.*

1. Perchè, come lo stile, la mano è uniforme con un altro manoscritto, che indubitatamente è suo; cioè il Trat[ta]to De origine, nobilitate et excellentia Provincie Tuscie.

2. Perchè dice nel prologo di questo che haveva primo scritto dell'eccellenza dell' Ordine di santa Chiara; qual trattato finì nel convento di Volterra nel mese di maggio l'anno 1519.

3. Perchè questo è inperfetto, non solo in sè, ma anche nella vita del beato Lucchese; dunque non hebbe tempo di finirlo, prevenuto dalla morte l' anno 1523.

4. Perchè al fol. 25 pag. 2, cita gli statuti del Padre Rainaldo da Cotignola Ministro Generale eletto l'anno 1506, quale resse l' Ordine 4 anni.

In verso huius primi folii legitur scriptura saec. XVI. *Tabula fecit | legenda beati Phi | lippi hordinis* (1) *servorum | de Florentia*

(1) Hoc verbum confuse scriptum est.

carte 1]. Ad calcem f. 263v legitur brevis codicis descriptio, facta an. 1915.

Codex, si argumenta attendimus, in quatuor partes dividitur, quarum prima, f. 1r-10v, continet Legendam sancti Philippi de Florentia, Ordinis Servorum, lingua latina scriptam; secunda, f. 11r-16r, Caeremoniale professionis Tertiariorum; tertia, f. 1r-150v et f. 151r-196v, primam et secundam partem Tractatus de Tertio Ordine; quarta, f. 255r-262v, Vitam beatae Christianae a s. Cruce; tres ultimae partes lingua italica sunt scriptae.

1. f. 1r-10v (rub.): *Incipit legenda beati Philippi de Florentia ordinis servorum.* Inc. [*B*]*eatus Philippus ordinis servorum sancte Marie ex nobilibus parentibus ortus.* Des. *Florent cotidie miracula sancti viri, usque in hodiernum diem, que ea homines cogitare non possent etcetera.* (Rub.) *Explicit historia beati Philippi ordinis servorum sancte Marie.* = Cf. A. Morini et P. Soulier, *Monumenta Ordinis Servorum Sanctae Mariae,* t. II, fasc. 1, 67-83. Ibid., 60-66. *Bibl. hag. lat.,* Vita Philippi Benitii, 992-993.

2. f. 11r-16r (rub.): *Ordine con ceremonie della professione delli huomini et donne del Tertio Ordine di sancto Francescho.* Inc. *Finito l' anno della probatione.* Des. (rub.): *Et finito questo, el notaio, che a ogni cosa debba esser presente, secondo che si contiene nella regula, debba di questa professione fare solemne strumento. El quale strumento, secondo l' oppenione di alcuni et secondo che si usa in alcune parti, el Ministro o Custode o Guardiano o el Visitatore può fare lui, signandolo col sigillo del suo officio. Explicit.* = Cf. AFH IX, 121, n. 6; X, 223, n. 20.

Cuius caeremonialis initium hic sequitur [f. 11r].

Finito l' anno della probatione se 'l novitio o novitia harà laudabile testimonio et fama infra li frati et suore, el Ministro o Visitatore faccia sapere a tucti e frati et suore della congregatione, come el tale giorno determinato tucti convenghino al convento de' frati Minori, dove sono consueti a ragunarsi. Et quando saranno convenuti, separato el novitio o novitia, el Ministro o Visitatore, havuto el consiglio di alcuni discreti frati o suore, et se parrà loro di admetterla alla professione, chiamino in publico decto novitio o novitia, et inginochiati nel mezzo della congregatione, se li parrà, potrà informarlo di quello che ha a ffare et quanto vuole offerire a Dio, et quanta gratia per questa tale offerta che fa a Dio riceverà, et le indulgentie et gratie che dalla sancta Chiesa consequitano, et come per li privilegii et indulti de' sommi Pontifici concessi a' tre Ordini di sancto Francescho l' absolverà da ogni censura et pena et inregularità che fussi incorsa. In tal modo [f. 11v] *però che, se per*

alcuno debito fussino legati in alcuna di queste sententie, quanto più presto può sodisfaccia li sua debiti. Et domandili se ha acordato li sua creditori, come si contiene nella Regula. Et se responde che sì, et così sia in verità, li dichiari come l' absolverà pienamente da ogni pena che pe' sua pecchati ha a sostenere in purgatorio, et come ritornerà quasi nella indulgentia (sic) *baptisimale. Et però li faccia dire il Confiteor Deo* etc.

In litaniis omnium sanctorum, quae in hac solemnitate dicuntur, sequentes invocationes franciscanas invenimus: *sancte Berarde, s. Petre, s. Accursi, s. Adiuti, s. Otto, s. Daniel, s. Samuel, s. Angele, s. Leo, s. Nicolae, s. Ugoline, s. Ludovice* [episc.], *s. Bonaventura, s. Francisce, s. Antoni, s. Bernardine, s. Ludovice* [rex], *s. Elzeari, s. Ivo, s. Clara, s. Helisabeth.*

Folia 16v-20v vacua.

3. f. 1r-196v. Incipit originaria numeratio [Tractatus de Tertio Ordine].

f. 1r-2r (rub.): *Incomincia e[l] libro come sancto Francescho instituì et ordinò el Tertio Ordine de' frati et sore di penitentia, et della dignità et perfectione overo sanctità sua. Prologo.* Inc. *Essendo, o precordialissima et honoranda madre et dilectissima sorella et voi tucti altri mia consanguinei et affini de l' habito della penitentia del Tertio Ordine del seraphico padre nostro glorioso* ([a]) *sancto Francescho, viventi per le vostre case et con vostre famiglie, più volte da vostre petitioni comosso, che alcuna cosa dovessi circha alla institutione et exaltatione et dignità del vostro Ordine scrivere, la quale fusse a consolatione et proficto vostro spirituale, perchè secondo la sententia del Sapiente* ([1]), *quanto più si cognosce la bontà et perfectione della cosa, tanto più è amata et caro tenuta, havendo io perducto a l'optimo fine el tractato del Secondo Ordine dal Sancto instituto, del quale primiceria et prima pianta fu la seraphica sancta Chiara, et volendo a vostre pie et laudabili petitioni condescendere, mi sono disposto, non con ornato parlare ma semplice, descrivere uno utilissimo* ([b]) *tractato in dua parte diviso, nel quale tracterò* ([c]), *nella prima parte come el vostro Ordine per molto tempo inanzi è stato per figure figurato et prophetato et preveduto e da sancto* [f. 1v]

([a]) Super rasura: antea scriptum *el vostro.*

([b]) Loco *uno utilissimo* prius scriptum erat *questo libro.* Adest rasura *ta* inter *uno* et *utilissimo.*

([c]) Postea correctum *tractereno.* Sed cf. lineas sequentes.

([1]) Cf. c. VIII.

Francescho glorioso gonfaloniere di Christo instituto et per divina spiratione ordinato: et quanto Dio per perfectione, nobilità, numerosità et exentione l'à sublimato. Ma nella seconda parte solo tracterò quanto Dio et la sancta Chiesa per la sanctità l'à exaltato, dove tracterò delle vite et gesti di alcuni Sancti et Sancte di questo Ordine. Veramente, o precordialissima madre, considerato tanta exellentia et dignità di questo vostro Ordine, tucti quelli che in questa sancta compagnia et Ordine tanto preclaro è entrato, si può bene gloriare et ralegrare, imperochè à trovato quel thesoro nascosto nel campo, del quale parlla Christo in sancto Matheo a tredeci capituli (1). *O se questo campo, dove è questo thesoro nascosto, da' mondani fussi conosciuto, certo non per alcuno prezzo quantunque grande, non per faticha alcuna corporale lascerebono di comperarlo per entrarvi drento et coltivarlo, zappando et cavando, per godere el grande thesoro che ci è nascosto! Questo campo è questo vostro Ordine di penitentia, el quale Ordine come campo fructifero ha producti tanto nobili, preclari et odoriferi fructi, che è cosa mirabile, come in parte dirò nella seconda parte di questo nostro tractato. Ma el thesoro naschosto in questo campo, secondo che sancto Gregorio expone, è el desiderio, la sete della celeste* [f. 2r] *patria che debono havere li profexori di questo Ordine. Li quali come sitienti servi* (a) *debbono sitire et desiderare di trovare et pervenire a quel celestiale thesoro che mai viene mancho, el quale si trova per la observantia della vostra Regola. Observate adunque, dilecti frati et sore, infatigabilemente questa Regola, dapoi che per tale observantia vi è promesso sì grande et pretioso thesoro del premio di vita eterna, come vi è promesso quando fate professione dal prelato che vi riceve dicendo: « Et se questo observerai, io dalla parte di Dio ti promecto vita eterna ». Ad questa observantia vi induce el sancto propheta Baruch al quarto capitulo* (2), *et fa tale promessa quando dice: « Questo libro de' comandamenti et leggie è quella che in eterno permane ». Convertiti adunque, o Israel, cioè o anima devota et spirituale, et prendi per observantia questa Regola instituta et data da sancto Francescho, et sanza revoltarti mai indrieto infatigabilmente va' per la via che ti insegna, et troverai el suo splendore, cioè el thesoro che tanto da te è desiderato in epsa nascosto, imperochè è legno di vita a quelli che la pigliano. et beati saranno quelli che per observantia la terranno.*

(a) Sic pro *cervi*.

---

(1) Vers. 44-46. (2) Vers. 1.

f. 2r-3r. *Tavola,* idest elenchus capitulorum, rubro atramento exarata, ad cuius finem manus posterior (saec. XVII-XVIII) addidit nigro: *Della beata Christiana da S. Croce, alla fine del libro.* = Sabatier, *Fr. Bartholi,* 159s.

f. 3v. Vacat.

f. 4r-7v (rub.): *Come questo Ordine fu figurato et prophetato, cap. primo.* Inc. *Volendo el nostro salvatore Christo Iesù per el glorioso patriarcha.* Des. *Et così è manifesto come per figure et profetie et revelationi Dio ha demonstro questo Ordine nel mondo dovere venire, che non è piccola excellentia.* — Comparationes quaedam Tertium Ordinem inter et locos e s. Scriptura desumptos instituuntur: Gen. VII, 13, unus e tribus filiis Noë, Tertium Ordinem praefigurat; Gen. VIII, 12, sic et columba per Noë emissa quae non revertit; Gen. XL, 9-10, ubi ex pincernae somnio a Ioseph declarato, vitis cum propaginibus tribus, Franciscum cum suis institutis significat; Lib. III Reg. VII, triplex constructio Salomonis, triplicem Francisci spiritualem constructionem prae se fert; Gen. XIX, 30, ut Loth in Segor, sic sequaces s. Francisci poenitentes, renuntiationis sublimia metuentes, in vitae perfectionis semitas ordinarias ambulant. Matth. XIII, 8, comparantur Tertiarii cum semine in bonam terram cadente et sexaginta pro uno producente. Leg. Mai. (S. Bonav.), II, reparatio trium ecclesiarum triplicis Ordinis constructionem significat. Cf. *An. Franc.,* t. IV, 33ss.; Bernard. de Bustis, *Rosarium,* p. 2ª, sermo XXVII, 246r.

f. 7v-10r (rub.): *Come sancto Francescho per divina inductione deliberò instituire el Tertio Ordine. cap. 2°.* Inc. *Dopo che s. Francescho hebbe istituto el primo Ordine.* Des. *Et in questo medesimo g[i]orno apresso a Bevanio predicò anchora in uno campo a una grande moltitudine di uccelli.* — Narrat Marianus illa quae in *Fioretti,* cap. XVI habentur, circa s. Francisci dubium an contemplationis vel apostolatus viam sequi deberet. Cum s. Clara et frater Sylvester sancti haesitationem resolvissent, vadit seraphicus Pater cum fratribus Masseo et Angelo Canarum, ubi maximo cum fervore populo congregato praedicat. Omnes omnia volunt relinquere. His promittit Regulam Poenitentium. = *Actus,* ed. Sabatier, c. XVI; *Fioretti,* c. XVI.

f. 10r-11v (rub.): *Come sancto Francescho compose et* (1) *scrisse la Regola del Tertio Ordine, et come è stata dalla s. Chiesa confirmata. cap. 3°.* Inc. *Pensando adunque sancto Francescho del salutevole modo di vivere.* Des. *Credendo fermamente che non mancho utilità che consolatione caverete.* — Narrantur circumstantiae compositionis Regulae, eiusdemque promulgationis et posterioris evolutionis.

(1) Elenchus capitulorum om. *compose et.*

f. 11v-20r (rub.): *Come et che conditioni sancto Francescho vole habino quelli che sono ricevuti a questo Ordine. cap. 4°.* Inc. *Scrivendo adunque sancto Francescho questa Regola.* Des. *Che sodisfaccino per l'avenire a quello sono obligati.* — Principaliora fidei nostrae credenda exponit, ea praesertim ab haereticis XIII saeculi negata. Hanc ob causam voluit s. Franciscus recipiendos diligenter examinari circa fidem et etiam circa conditiones ad receptionem necessarias. S. Luchesii et s. Margaritae de Cortona exempla afferuntur ad dictorum confirmationem.

f. 20r-24v (rub.): *Come si debba an[dare vestiti di panni vili]* [a]. *cap. 5°.* Inc. *Dopo che li Ministri harranno examin[a]to.* Des. *Concedendo che portino cinto la corda.* — S. Franciscus, secundum Christi praecepta, mundum reformavit. Mundus tribus vitiis, superbia nempe avaritia et luxuria involvebatur; per vilitatem habitus quoad pretium et qualitatem, vicit Franciscus illa vitia. Nam ob plures rationes, Patrum et Scriptorum auctoritate confirmatas, vestitus speculum dispositionis est interioris hominis.

f. 24v-36v (rub.): *Della forma de l' habito, et come molti signori sono vestiti tale habito* [b]. *cap. 6°.* Inc. *Havendo veduto et declarato come et di che qualità di panno.* Des. *Sì come dice Salomone et li philosophi et tucti li sancti.* — Per Regulam, traditionem et picturas priorum Poenitentium formam humilem vestitus invenire tentat Marianus. Exemplorum vi, exhortationem instituit ad ea sequenda.

f. 36v-47r (rub.): *Come debono fare testamento et professione. cap. 7°.* Inc. f. 37r. *Veduto la qualità et forma de l' habito.* Des. *Et la figlola vergine nella festa della sancta vergine Lucia.* — Faciendi testamentum obligatio oritur ex s. Francisci vigilantia, ne imparati vivant morianturque eius sequaces. Insuper, quia mobili sunt animo homines et ad relaxationem prompti, Tertii Ordinis professores voti vinculo ligavit seraphicus Pater, post probationis annum integrum. (Caeremoniale huius solemnitatis ablatum est, f. 41-42). Sed professionem facere non sufficit; perseverent usque ad finem necesse est. Ergo de ista religione exire non possunt nisi strictiorem aliquam amplectantur. Regnum coelorum absque dubio haereditabunt perseverantes, ut multis probatur exemplis.

f. 47r-53v (rub.): *Come debono laudare Dio et per che cagione sono institute le septe hore canoniche. cap. 8°.* Inc. *Per le sopradecte cose havendo dimonstro et dichiarato.* Des. *Cor ogni gratia et re-*

(a) Verba inter [ ] posita, super rasura scripta sunt.

(b) Elenchus capitulorum habet [f. 2v]: *Della forma de l' habito et di molti signori che hanno vestito tale habito.* In titulo item adest rasura, *molti... habito.*

verentia dico dobbiamo acceptare. — Tertiariorum obligationes in Deum evolvit Marianus tribus in capitulis (8, 9, 10). Hic loquitur de ratione mystica et historica horarum canonicarum in genere et uniuscuiusque horae in specie. Clerici et qui legendi sunt capaces, psalterium dicant.

f. 53v-61r (rub.): *Come debono dire quelli che non sanno legiere e pater nostri, et come debono orare. cap. 9°.* Inc. *Ordinato sancto Francescho li cherici et quelli che sanno legiere.* Des. *Acciò sieno zelanti et solleciti in fare tale beneditione.* — Postquam illam obligationem exposuit ex Regulae textu, rationem de brevitate illius officii reddit. Reductis precibus, vitavit s. Franciscus vitiosos recitandi modos perlongos. Orationis dominicae sublimitatem, harum precum numeri impositi mysticam significationem, addendi *Credo* et *Miserere* init causam. Si horis statutis non dicant preces praescriptas, pro poenitentia debent dicere tria *Pater noster*. Rationabili causa non excusati, obligantur durante s. Martini quadragesimae tempore, Matutino assistere in parochiali ecclesia. Ita sancti Tertiarii faciebant, ut ex vita s. Luchesii patet. Demum de dulcedine orationis et de eiusdem obligatione ante et post comestionem agit.

f. 61r-70r (rub.): *Come questo Ordine per exemptione è sublimato. cap. 10°.* Inc. *Sì come per quello che disopra è decto.* Des. *Come regola li professori quanto a se medesimi.* — Tertiarii a iurisdictione saeculari sunt immunes, ut ex Summorum Pontificum bullis, ex episcoporum litteris et doctorum commentariis patet, quia sunt personae religioni alicui addictae, sub Regula approbata viventes eamdemque profitentes. Quamquam strictissime loquendo non sunt religiosi, tamen eisdem sunt assimilandi, quoad privilegiorum participationem. Ideoque qui in eos manus levant excommunicantur. Tertiarii, ut religiosi, a iuramentis et exactionibus sunt liberi, et ceterorum Ordinum privilegiis gaudent, exceptis tamen coniugatis. = Cf. s. Ioannes a Capistrano, *Defensorium Tertii Ordinis,* apud Hil. Parisiensis, *Liber Tertii Ordinis,* Genève 1888, Appendix II, 803-833; Bern. de Bustis, *Rosarium,* 2ª pars, f. 262-263.

f. 70r-76v (rub.): *Come hanno a udire la messa et quello debono pensare. cap. undecimo.* Inc. *Poi che habbiamo veduto come sancto Francescho.* Des. *Di chi li vede che se ne scandalezono.* — Sequentibus in capitulis explicat Marianus quomodo Tertiarii in iis quae ad religiosam vitam spectant sese gerere debeant. De sacrificii Missae sublimitate tractat et quanta cum attentione et devotione eidem assistere teneantur.

f. 76v-79v (rub.): *Come debono confessarsi et comunicarsi devotamente. cap. 12°.* Inc. *Perchè l' homo per humana fragilità.* Des.

Questo tale indegnamente lo mangia. — Quia homines peccant multum, saepe venia eis est elargienda in confessionis sacramento. Nicolaus IV hanc confessionis frequentem praxim pro Tertio Ordine mutavit ob duas rationes, scandalum familiae nempe et prolixitatem in confitendo. Sese de suis peccatis accusandi methodum docet. Quoad s. Communionis receptionem, fidelium praxis tribus stadiis evolvitur: primorum christianorum fervor, constitutio s. Fabiani qua triplex et Innocentii III qua unica in anno Communio praescribitur. Ad tres tantum Communiones obligat s. Franciscus, ne ex frequenti receptione impraeparatio sequatur.

f. 79r-80v (rub.): *Come septe mali vengono in quello che indegnamente si comunica. cap. 13°.* Inc. *Questo tale che così indegnamente si comunica.* Des. *Che lo pigliono ad suo iudicio.* — Indigne communicantes traduntur in diaboli potestatem; gratiae divinae resistit librum arbitrium eorum; ad poenas aeternas sese damnant; eorum orationes non audiuntur a Deo; faciendi poenitentiae fructus, tempus saepe desideratur; ab omni militantis Ecclesiae suffragio sequestrantur; si vivendi modum non in meliorem vertunt, procul dubio igne aeterno mulctabuntur.

f. 80v-84r (rub.): *Come dodici fructi consequita chi degnamente si comunica. cap. 14°.* Inc. f. 81r *Ma per contrario chi si comunicha degnamente.* Des. *La preparatione che dovete fare nanzi che vi comunichiate.* — Qui digne s. Communionem recipiunt, Christi mandatum adimplent; fidem firmant; spem augent; caritatem accendunt; vitae aeternae certitudinem accipiunt; cum Christo unione intima gaudent; dulcedine spirituali fruuntur; maximam inclinationem in bonum sentiunt; contra fragilitates humanas roborantur; diaboli potestas in eis minuitur; concupiscentia paulatim extinguitur; peccata mortalia imo et venialia amplius non perpetrantur.

f. 84r-87v (rub.): *Come ci dobiamo preparare alla comunione. cap. 15°.* Inc. *In prima quando la persona si vole comunichare.* Des. *Ma tractami sì come uno de' tua mercenarii.* — Ad s. Synaxim accedere volentes, conscientiam examinent quoad mandatorum transgressiones et sensus odiosos erga proximum. Deinde peccata sua confiteantur oportet cum humilitate. A multiloquio et vitiorum occasionibus postea caveant, orationique incumbant; coniugati insuper ab actu matrimoniali abstineant. Ipso die s. Communionis, ieiuni esse debent recepturi sacramentum, et pauperibus aliquid aeris dare. (Quaedam signa certa ad agnoscendum si in amicitia Dei vivimus annon). Diligenter vestiti, devotionis sensibus animati accedant.

f. 87v-100r (rub.): *Come dopo la comunione si debba conservare in gratia, etd in molti mali incorre chi non si sa conservare* ([a]). *cap. 16°.*

([a]) Elenchus capitulorum habet [f. 2v]: *Come in molti mali incorre chi non si sa conservare in gratia dopo la comunione.*

Inc. *Non basta alla salute con ingegno studioso.* Des. *Ma hora ritorniamo a quello che seguita et ordina sancto Francescho regolando li sua figloli del Tertio Ordine, circha ad se medesimi.* — Gratiam in se non tuentes, Iudaeis « Hosannah », et post aliquot dies « Crucifige » clamantibus, aequiparandi sunt, etiam et Iudae apostolo, qui post Communionem Iesum tradidit pharisaeis. In Dei conspectu ut apostatae sunt, quia spiritus nequam per confessionis sacramentum eiectus, nunc cum aliis septem spiritibus se peioribus redit, qui sunt: spiritus praesumptionis, vanae gloriae, simulationis, avaritiae, invidiae, acediae, obdurationis. Per simulantis Tertiariae exemplum haec firmantur.

f. 100v-108r (rub.): *Come si debono abstenere et digiunare. cap. 17º.* Inc. *Quando l'homo vole fare alcuna opera.* Des. *Sanza alcuna faticha corporale possono adempiere facilmente.* — De obligationibus Tertiariorum erga ipsorum Ordinem. De gulae vitio tractatur. Ad quod impugnandum abstinentia et ieiunium statutis diebus, quibus inest mystica ratio, praescribuntur. Praeceptum tamen abstinentiae ob causas aliquot graves evanescit. De cibis qui illis diebus prohibentur et quaenam personae a legibus quibusdam exemptae sint explicat Marianus. Sanctorum Tertiariorum exempla affert. Ieiunii dies et tempora indicantur. Duo ieiunandi modi sunt distinguendi, doloris nempe et gaudii. De personis a ieiunii legibus exemptis.

f. 108v-110v (rub.): *Come non debono portare arme nè giurare. cap. 18º.* Inc. *Perchè nel tempo che venne sancto Francescho.* Des. *Per tali giuramenti dica tre volte el Pater nostro.* — Bellorum s. Francisci tempore saevientium brevis instituitur descriptio. Portandi arma offensiva, praeter casus a Summo Pontifice statutos, interdicit Regula. Quae asserta s. Ludovici et Ioannis regis Armeniae exemplis illustrantur. Iuramentum non licet praestare praeter casus in Regula praevisos. Transgressores illius praecepti poenitentiam sibi imponant.

f. 110v-113r (rub.): *Come questo Ordine è sottoposto a' frati Minori, et de' sua ministri. cap. 19º.* Inc. *Dapoi che sancto Francescho ha qualche regola in particolare data.* Des. *Incorrevono in scandolo et confusione de' frati Minori.* — Visitatorem ex Ordine fratrum Minorum sacerdotem habere debent fraternitates, ut ex Regula et Summorum Pontificum litteris constat. Tertii Ordinis sunt sequaces indigni qui ad instituti exordia reverti prohibent.

f. 113r-121r (rub.): *Come si debono ogni mese ragunare alla chiesa insieme* [a], *et come una volta l'anno debbano fare la visitatione. cap. 20º.* Inc. *Perchè le persone devote et religiose che vivono.* Des. *Per*

(a) Elenchus Capitulorum om. *a. c. i.*

alcune giornate sono discosto a' conventi de' frati dove se hanno a ragunare. — Sub eadem Regula viventes, unum quid efficiunt devotae personae. Quem ad finem congregatio fit quolibet mense. Praedicator ad poenitentiae et misericordiae opera eos inducat. Fratres et sorores fideliter pecuniam statutam conferant. In secunda congregatione, prima uniuscuiusque mensis dominica, quid agere debeant dicit Marianus, scil. quod culparum capitulum habeatur, ubi publice confiteantur peccata et Visitator cum misericordia poenitentiam eis iniungat.

f. 121v-126r (rub.): *Come debon dare bono exemplo et sovenire el proximo et orare pe' defuncti, et come si possono rimaritare. cap. 21°.* Inc. *Havendo dimonstro sopra ne' quatro precedenti capituli.* Des. *Godino li privilegi gratiosi, cioè indulgentie et participatione di meriti.* — In isto capitulo obligationes Tertiariorum erga proximum absolvit Marianus. Ad bonum exemplum dandum et ad maximam iustitiam sunt adstricti. Deinde ne spectaculis assistant et familiam eorum ab illis removeant hortatur Regula. Tertio ad efficacem proximi utilitatem proferuntur praescriptiones de solvenda pecunia et infirmis visitandis, et de defunctorum animabus per orationes iuvandis. Demum matrimonium iterandi facultas datur secundum sacram Scripturam et sanctorum Patrum testimonia.

f. 126r-129r (rub.): *Come li professi del Tertio Ordine in dua casi sono per la loro professione obligati al peccato mortale. cap. 22°.* Inc. *Sancto Francescho in tucte le sopradecte.* Des. *Allo optato fine di vita eterna insieme con sancto Francescho.* — Ad culpam non obligat Regula. Illi tamen qui de isto Ordine exeunt et alteram religionem non amplectuntur et etiam si Visitatori non obediunt, peccatum mortale perpetrant. Hoc ex formula professionis plurium Ordinum patet. Sequitur exhortatio ad Poenitentium fraternitati nomen dandum, quae pacem praestat in vita praesenti et gloriam in futura.

f. 129v-134r (rub.). *Come sancto Francescho vestì alcuni sancti et ilustri homini, cap. 23°.* Inc. *Havendo sopra in diciotto capitoli descripto.* Des. *Volò a' superni spiriti l'anno del Signore mille dugento venti sei.* — Tertii Ordinis historiam in capitulo quarto inceptam reassumit Marianus. Narrat eius institutionem in Florentina civitate et postea in castello Podii Bonitii [*Poggibonzi*], et aliis in locis, eiusque evolutionem. Demum breviter aliquorum illustrium virorum receptionem in Tertium Ordinem refert.

f. 134r-147v (rub.): *Come molti illustri homini sono entrati in questo Ordine, et del suo progresso. cap. 24°.* Inc. *In quelli tempi, o circha, che sancto Francesco passò della presente vita.* Des. *L'anno con le loro defensioni nutrito insino al presente giorno.* — Inter beatorum et illustrium Tertiariorum vitas chronologice dispositas, Instituti evolutionem historicam usque ad XVI saeculi exordium miscet Marianus.

f. 147v-150v (rub.): *Come questo Ordine è exaltato per privilegii. cap. 25°.* Inc. *Cognito el fervore et el fructo grande.* Des. *Ma non gioverà loro niente tale dispregio.* (Rub.). *Finito el primo tractato.* — Plurium Summorum Pontificum privilegia concedentium nomina referuntur et in fine omnium indulgentiarum usque ad saeculum XVI elenchus datur. — Cf. *Firmamentum,* Venetiis 1513, f. 5 ss.; *Rosarium,* l. c., f. 262-63.

f. 151r (rub.): *Incomincia el secondo tractato della perfectione del Tertio Ordine di sancto Francescho. Prologo.*

Per manifesta experientia si vede, secondo la sententia del morale Gregorio, più movere li exempli che le parole. Per la qual cosa, madre veneranda, poichè a optimo fine vi ho descripto el primo tractato del Tertio Ordine, nel quale già trenta cinque anni o circha siate professa, et havete veduto del suo principio el modo et molte cose devote et spirituali per modo di declaratione circha alla Regola, et così el progresso di molti illustrissimi homini che non si sono didegnati il suo habito assumere, et come dalla sancta Chiesa per varii privilegii et indulgentie è stato exaltato; resta al presente in questo secondo tractato aducere in exemplo la vita o vero istoria di alcuni, li quali in questo Tertio Ordine hanno sanctificato, acciochè noi immitando le loro perfectioni et virtù, finialmente siamo anchora noi a quella celeste gloria con quelli insieme assumpti.

f. 151r-165r (rub.): *Di sancto Lodovico re di Francia.* Inc. *El beatissimo Lodovico nono re di Francia fu figlolo del catholico Lodovico octavo* ([a]) *re, della progenie disceso di Ugo Ciappecta.* Des. *Molti altri miracoli spesso si fanno per li meriti di sancto Lodovico, ad laude dello omnipotente Dio.*

f. 165r-167r (rub.): *Di sancto Enrico re di Suetia, Novergia et Datia.* Inc. *Fu el beato Henrico figlolo di Aquino re di Novergia, di Suecia et di Dacia, el quale dalla sua puericia monstrò sempre segni di sanctità.* Des. *Devotamente visitò el sepolcro del beato Henrico, et con gran devotione abracciò et basciò el suo corpo, racomanda[n]dosi alle sua orationi.*

f. 167v-169v (rub.): *De sancto Ivo di Brittania, preto, avocato de' popilli.* Inc. *In Brittania minore del regno di Francia, nella città di Trecorica, di nobili et catholici parenti nacque sancto Ivo.* Des. *La quale festa per ordinatione del Capitulo generale li tre Ordini di sancto Francescho celebrano a ventisette di ottobre, cioè nel dì che fu del suo corpo facta la translatione.*

f. 169v-173v (rub.): *Del beato Bartholo prete de Sancto Gimigniano.* Inc. *In quel tempo che in Brittania, regno di Francia, in*

([a]) Prius aderat *septimo.*

questo Tertio Ordine fiorì el sopra decto prete sancto Ivo, così in Italia et provincia di Toschana fiorì el beato Bartholo del castello di Sancto Geminiano. Des. *Uno ne l' articulo della morte constituto fu liberato, et uno fanciullo morto per li sua meriti alla vita restituto.*

f. 174r-176v (rub.): *Del beato Vivaldo heremita da Sancto Geminiano.* Inc. *Fu el beato Vivaldo del castello di Sancto Geminiano, homo pio et devoto et in charità coniuncto di vera amicitia col beato Bartholo, del quale si fece discepolo et servo nella sua horribile infirmità.* Des. *Molti altri innumeri beneficii et gratie ogni giorno presta a chi devotamente se li racomanda.*

f. 177r-182r (rub.): *Di sancto Elzeario conte.* Inc. *Di expectabili conti di regio sangue discesi nacque sancto Elzeario nella città chiamata Apta, città di Proventia del regno di Francia, et fu conte di Ariano nel regnio di Napoli.* Des. *Ma di quanta sanctità et perfectione di vita vivendo fussi, li sua continui miracoli dopo la morte lo domonstrano.*

f. 182r [*Del beato Rostagnio de Aquis*] ([a]). Inc. *In Provencia anchora et in questo Ordine.* Des. *Ma di quanta sanctità et perfectione di vita vivendo fussi, li sua continui miracoli dopo la morte lo demonstrano.*

f. 182r-189r (rub.): *Del beato Roberto signore di Rimini.* Inc. *Fu uno homo mandato da Dio, el nome del quale si chiamò Roberto figlolo di Pandolfo Malatesti, signore di Rimini.* Des. *Sappi, Margarita, che io sono el tuo sposo, et non voglio che habbi altro marito. Et disparve. Onde, consentendo, in viduità devotamente visse. Ad laude di Dio. Amen.*

f. 189r-191r (rub.): *Del beato Iacopo prete et martyre da Castello della Pieve.* Inc. *Fiorì in sanctità in questo Tertio Ordine el beato Iacopo da Castello delle Pieve, provincia di Toschana, figlolo di Antonio dalla Villa et di Mestiola sua donna.* Des. *Dicesi anchora questo beato Iacopo havere havuto apreso di sè la corda di sancto Francescho, la quale haveva havuto dal sancto el suo zio Olfreduccio, con la quale fece molti miracoli.*

f. 191v-192v (rub.): *De' sancti martyri Piero da Roma et Giovanni di India.* Inc. *Nel Chairo di Babilonia el beato Piero romano del Tertio Ordine si presentò al soldano con frate Niccolò da Monte Corbino et frate Francescho da Napoli frati Minori.* Des. *Crudelmente fu occiso e ogni suo bene abruciato, acciochè secondo la qualità della colpa, fussi el modo della vendecta.*

f. 192v-196v (rub.): *Del beato Luchese da Pogibonzi, primo sancto di questo Ordine.* Inc. *Trasse l'origine el beato Luchese dalla*

([a]) Deest titulus, qui tamen habetur in elencho capitulorum, f. 3r.

Villa di Cacciano non molto discosto dal famoso castello di Pogibonzi, overo Pogio Imperiale. Des. *Et nella sequente mattena giocando li fanciulli in decto cimiterio veddono la terra sotto li loro piedi ondegiando elevarsi et abassarsi, per la qual cosa gridando, li frati che psalmegiavano in choro, et tucto el.* Vita mutila sic desinit.

Sequitur numeratio recenti manu apposita, ff. 197-263; ff. 197-254 vacant.

4. f. 255r-262v (rub.): *Incomincia la vita della beata Christiana de sancta Crocie.* Inc. *Fu la beata Christiana vergine gloriosa del castello di Sancta Crocie di Valdarno di vil conditione secondo el mondo, ma fu nobile di virtù et gratia.* Des. *Ma permectendolo Idio et li nostri peccati, l'anno del Signore 1514, rimanendo una candela accesa incautamente circha al suo feretro, a dì 12 di agosto si apichò el fuocho al decto feretro, et consumpse tucto el corpo et gran parte del monasterio.*

Pauca de auctore addenda sunt et de tempore quo codex noster exaratus fuit.

Auctor *Tractatus Tertii Ordinis* absque dubio est fr. Marianus de Florentia et codex insuper est opus eius autographum. Nam praeter rationes quae in primo folio insititio leguntur, scriptura (ceterum eius operum studiosis bene nota) omnino convenit cum autographo certo Mariani (1), quin dicamus de eius correctionibus et additamentis, quae prima fronte autographum demonstrant.

Tractatus de Tertio Ordine scriptus fuit inter an. 1519 et 1523. In prologo enim dicit Marianus se finem fecisse libro Secundi Ordinis, scil. 24 iulii 1519 (2). Anno vero 1523 moritur (3), et sic *Tractatus* incompletus mansit (4). Quae in codice, post multorum vacantium foliorum intervallum, sequuntur, antea a Mariano scripta erant et codici adiuncta.

II. — De Regula Mariana Tertii Ordinis.

(Textus reconstructio).

Saeculo praeterito ad finem vergente, anceps erat cl. Car. Müller, antesignanus ille studiorum franciscalium, num ante 1289 Poenitentium Fraternitates per totam Italiam dispersae et extra, communem Regulam scriptam habuissent, necne.

---

(1) Sabatier, *Fr. Francisci Bartholi,* 145s., 158.

(2) Ibid., 153 et nota 2.

(3) Vide supra, p. 1, nota 1.

(4) Cf. AFH XI, 1918, 305.

Huius enim vivendi normae existentiam nec fontes nec scriptores antiqui noti, argumentis validis probarunt (1). Quapropter laetissimo susceperunt animo, franciscalis historiae cultores, illam, quamvis brevissimam, descriptionem a cl. Sabatier factam manuscripti Bibliothecae Nationalis Florentinae, eo quod rationibus nihil dubii relinquentibus. Regulam quamdam, certe ante Nicolai IV solemnem promulgationem bullae *Supra Montem*, apud Poenitentes viguisse ostendit. Paucis adductis fragmentis, introductionis instar, in Mariani manuscripto, s. Francisci redactionis principales partes reperiri posse, opinabatur cl. Sabatier (2). Anno vix elapso, opportunissime in conventu fratrum Minorum Capistranensi novum codicem, alteram illius Tertii Ordinis redactionem continentem, invenit (3). Hanc Regulam ex criticis rationibus post seraphici Patris mortem tantummodo redactam fuisse putavit, ita ut Regula, quam prae manibus habuerat Marianus, fuisset quasi origo ex qua Capistranensis Constitutio exordium duxisset. Horum duorum codicum discussionem reassumens cl. W. Goetz (4), capitulorum titulis et paucis fragmentis e *Tractatu* Mariani notis unice fretus, rationum cl. Sabatier debilitatem ostendere et conclusionem contrariam ex praemissis eruere aggressus est. Codex Capistranensis sic primum locum ordine chronologico obtinuit et Mariana Constitutio esset transitus inter Regulam Nicolai IV et illam Capistranensem. P. Mandonnet, licet Constitutioni antiquae Capistranensi ex professo commentarium perlongum praebeat, per transennam tamen, ad firmandas conclusiones suas, saepe non parum audaces, de Mariani *Tractatu* agere adductus est. Duas illas Regulas easdem esse vult. Brevitatis gratia, auctoris intentionem per ipsius verba referam: « Mariano a eu sous les yeux le même document que celui retrouvé par M. Sabatier à Capistran, c'est-à-dire un document

(1) *Die Anfänge des Minoritenordens und der Bussbruderschaften*, Freiburg i. B. 1885, 140s.

(2) *Fr. Francisci Bartholi*, 160.

(3) *Regula antiqua fratrum et sororum de Poenitentia seu Tertii ordinis sancti Francisci*, in I fasc. collectionis *Opuscules de crit. hist.*, I, 1-30.

(4) W. Goetz, *Die Regel*, 97-107.

portant le même titre, contenant dans les douze premiers chapitres le Mémorial de 1221, dans le chapitre XIII les adjonctions de 1228, plus les quelques constitutions postérieures dont on avait fait un 14e chapitre [1] ». Ultimo loco, Car. Müller de Mariani codice egit, sed tanta cum moderatione ut a concludendo prudenter sese abstineret. Codex ille, prout e fragmentis noscitur, potius ipsi visus est expositio consuetudinum saeculorum XVi et XVIi, quam vera Tertii Ordinis historiae et Regulae proprie dicta explanatio. Auctorum igitur de hisce pertractantium argumenta recepit quidem, sed ut minus probantia. Unicum tamen ex fragmentis textum ut validam confirmationem suae theseos, pluribus abhinc annis expositae, habuit, eo quod cum Bernardi a Bessa auctoritate consonaret [2]. Sed de his postea loquemur.

Tot inter se diversae sententiae cum veritate historica quadrare non possunt. Fragmentorum itaque omnium quae ad rem nostram pertinent expositio, prout in codice quo utebatur Marianus iacebat, melius quam discussiones, solvet dubia.

Antequam reconstructionem ipsius Regulae aggrediamur, ea praemittenda sunt quae ad intelligentiam ipsius documenti sunt necessaria. Et primo quidem de genere Regulae qua Marianus utebatur. Merito quaeritur num Marianus antiquam Regulam Tertii Ordinis prae manibus habuerit. Si vocabulo: « antiqua Regula », intelligitur haec quae cum Capistranensi consonat, negative respondendum est. Nam praeter similitudinem quam maximam cum ista quoad praescriptiones ipsas, simul ac modum ordinationes formulandi, adsunt tamen discrepantiae tam evidentes ut primo intuitu Mariana Regula aliquo modo ut nova redactio antiquae Constitutionis Tertii Ordinis appareat. Si autem comparatio instituitur Constitutionis Marianae cum Regula Nicolai IV [3], patet illam antiquiorem esse. Quod facile ex reconstructione Regulae ipsius et ex lectione *Tractatus de Tertio Ordine* eruitur. Ibi enim continua oppositio statuitur inter Regulam Nicolai IV et illam quam dicit a sancto Francisco simul ac Card. Hugolino conscriptam. Hanc Constitutionem Marianus dicit: *a sancto*

---

(1) *Les Règles*, 172ss. (2) *Zur Geschichte*, 510-511. (3) *Seraphicae Legislationis textus originales*, Ad Claras Aquas 1897, 77-94.

Francisco scriptam seu *non bullatam*, illam vero: *bullatam*, seu *confirmatam* seu *Regulam Nicolai IV.* Frequenter etiam occurrunt verba: *Sancto Francescho diceva, ma Niccolao...*

De methodo a Mariano in *Tractatu* suo absolvendo adhibita, breviter nunc dicamus. Praefatio tria habet capitula; deinde sequitur ipsum opus in duas partes divisum. Prior ex professo agit de historia Tertii Ordinis, de qua tamen etiam in decursu operis aliquando auctor loquitur. Cum enim Poenitentium Ordinis fasta a fabularum farragine mundare et ad veritatis claritatem reducere statuisset Marianus, non abs re illi videbatur, a primordio usque repetere quibusnam in circumstantiis Regula ista exordium sumpserit. Secunda pars Regulae explanationem aggreditur, neglecta capitulorum dispositione, qua in codice occurrunt, ut ipse fatetur Marianus [c. 23, f. 129v]: *Havendo... descripto la Regola di sancto Francescho... et declarato alcune cose et alcune decte in exortatione, non con quello ordine che fu dal Sancto scripta, né anche da papa Niccolao confermata ho discorso, ma secondo m'è paruto più expediente secondo el mio intento.*

Quae Mariani mens pluribus textibus codicis illustratur. Sicut totum prologum matri suae et ceteris Tertiariis aedificationis gratia dedicat, ita in corpore *Tractatus* pluries lectorem huius suae intentionis memorem facit [c. 3, f. 11v]: *Ma quanto sia la perfectione di questa Regola brevemente quanto più sarà a me possibile declarando, alcune cose per vostra consolatione, o dilectissima madre, non voglio tacere, credendo fermamente che non mancho utilità che consolatione caverete* [Cf. c. 7, f. 45r].

Quam ob rem Tertii Ordinis Constitutionis explanationi incumbens, omnes praescriptiones in variis Regulae locis dispersas ad tres partes reducit, scilicet quae Deum, quae semetipsum et quae proximum respiciunt. Eo modo ita omnia disponit, ut theologia mystica quasi forma adhibeatur ad eam, quae communiter franciscalis perfectio vocatur, illustrandam.

Cui aedificationis scopo maxime intentus, Regulae internam indolem minus curavit. Licet in *Tractatus* cursu, ubi de novis praescriptionibus non faciendis *nisi de maioris partis*

huius fraternitatis consilio et assensu (1), inter annotanda ponat [c. 20, f. 130r]: *Questo dice sancto Francescho, acciocchè ogni visitatore non volessi di suo capo fare nove legi, et tanto venisino a moltiplicare che venisino poi in dispregio;* Regulam tamen quam prae manibus habebat, e *quatordici rubriche* seu capitulis constare scribit Marianus [c. 3, f. 10v]: *scripse una breve vita in quatordici rubriche distincta;* et omnes praescriptiones eadem auctoritate pollere, omnesque a sancto Francisco simul cum Cardinale Hugolino redactas esse censet.

Ast historice res non sic se habet. Adsunt et hic duae partes bene distinctae, sicut in Capistranensi et Regiomontana Regulis. Etenim pernota illa sanctio: *in supradictis omnibus nemo obligetur ad culpam sed ad poenam* (2) etiam in nostro *Tractatu* eisdem ipsis verbis occurrit et secundum auctoris indicationes locum tenet in capitulo nono. Sicut in omnibus constitutionibus, sic et hic in fine Regulae poni debet, ut accurate pro Regula Capistranensi P. Mandonnet ostendit hisce verbis. « Le paragraphe final du XII chapitre (in supradictis...) indique par la forme de sa rédaction et son contenu qu'il clôt la législation du Mémorial. On y déclare en effet, que dans tout ce qui précède personne n'est obligé sous peine de péché, mais est tenu seulement à la pénitence taxée. Une constitution de cette nature, qui tombe sur toutes les autres, ne peut trouver sa place qu'à la fin de la Règle » (3).

Regula igitur, quam in *quatordici rubriche* divisam tenuit Marianus, realiter constabat tantum novem capitulis cum quinque capitulis adiunctorum.

Quia vero Marianus nullam distinctionem instituit inter ea quae Regulam et ea quae additamenta respiciebant, magna inde confusio aliquando orta est, et scriptores recentes, qui Mariani *Tractatum* de Tertio Ordine minus caute secuti sunt, in eamdem viam erroris abierunt.

---

(1) Sabatier, *Regula antiqua,* 29, c. XIII, n. 10.

(2) Ibid., 28, c. XII, n. 7; L. Lemmens, *Regula antiqua,* AFH VI. 249, c. IX, n. 37; Berardelli, in Calogerà, *Nuova Raccolta d'Opuscoli scientifici e filologici,* Venetia 1755, t. 37 (1782), 48, ap. *Les Règles,* 176-177 Nicolaus IV, *Supra montem,* ap. *Seraph. Leg.,* 94, c. XX.

(3) *Les Règles,* 158, n. 4.

Pro scopo nostro, tria puncta sunt memoranda, quae plurium errorum causa fuerunt.

(4) Ehrle, *Controversen über die Anfänge des Minoritenordens,* in *Zeitschrift für katholische Theologie,* t. XI, Innsbruck 1887, 725-746; Van Ortroy, in *An. Boll.,* t. XVIII, 1899, 294-296; XXIV, 1905, 415-419; Ed. d'Alençon, in *Études Franciscaines,* t. II, Paris 1899, 645-647; W. Goetz, *Die Regel des Tertiarierordens,* l. c. et *Die ursprünglichen Ideale des heil. Franz von Assisi,* l. c.; *Quellen zur Geschichte des hl. Franz von Assisi,* l. c.; G. Schnürer, *Franz von Assisi,* München 1905, 33; I. Joergensen, *De H. Franciscus van Assisië,* versio neerlandica, Van de Velde, 2ª ed., Thielt 1911, 285-291; F. Cuthbert, *Life of St. Francis of Assisi,* London, Bombay, Calcutta 1912, 272, nota 1; R. Davidsohn, *Die Entstehung der Franziskaner-Tertiarier-Regel in Florenz,* in *Geschichte von Florenz,* t. II, Berlin 1903, 127-129 et in *Forschungen zur Geschichte von Florenz,* t. IV, Berlin 1908, 67-81; H. Hefele, *Die Bettelorden und das religiöse Volksleben Ober- und Mittelitaliens im XIII. Jahrhundert,* Leipzig und Berlin 1910, 62-69; H. Holzapfel, O. F. M., *Tertius Ordo,* in *Manuale Historiae Ordinis Fratrum Minorum,* Friburgi Brisgoviae 1909, 594-600; L. Oliger, *Third Order of St. Francis,* in *The Catholic Encyclopedia,* XIV, New York [1912], 641-644. Occasiones nobis defuerunt utendi libris in Germania editis ab an. 1914 usque ad an. 1920.

(5) *An. Franc.,* t. III, 686-687.

(6) B. Franciscus da Fabriano, in *Misc. Franc.,* t. X, 1906, 70.

asservatus haec habet: « Incepit ordo fratrum et sororum de penitentia institutus a beato Francisco anno domini M°CC°XXI°, sub Gregorio IX et bullatus per dominum Nicholaum papam quartum anno Domini M.CC. octuagesimo IX°, quinto decimo kal. septembris pontificatus sui anno secundo » (1).

In duobus ministrorum Generalium catalogis idem factum asseritur. In priore dicitur: «... Et anno Domini M°CC°XXI° incepit ordo 3us fratrum de penitentia a beato F[rancisco] inchoatus » (2). Et in secundo: « Anno Domini M°CCXXI [gloriosus pater Franciscus] incepit ordinem fratrum de penitentia » (3).

In *Chronica XXIV Generalium* eadem leguntur: « Anno Domini MCCXXI, beatus Franciscus instituit tertium Ordinem qui dicitur poenitentium » (4). Quae Glassberger (5), paucis mutatis, repetit.

Bartholomaeus Pisanus vero modum computandi diversum adhibet dicendo: « Tertius beati Francisci ordo dicitur Fratrum de poenitentia, ut sicut poenitentia omnes complectitur, sic ordo omnibus generibus hominum, videlicet virginum, viduarum et coniugatorum, disponitur iste et ordinatur, qui a beato Francisco circa tempora quarti decimi anni a sua conversione est institutus et ordinatus » (6). Iam vero hoc eodem anno 1221, quoddam *Memoriale* Tertii Ordinis redactum est, ut expressis verbis tituli Regularum antiquiorum dicunt, Capistranensis (7) nempe, Regiomontanae (8) et Venetae (9). In Bibliotheca Communali Amstelodamensi

(1) A. López, *Códice franciscano en dialecto del Langüedoc*, in *Revista de Estudios Franciscanos*, Barcelona, an. IV, 1910, 180.

(2) Holder-Egger, I. *Catalogus Generalium Ministrorum Ordinis Minorum*, *Appendices ad Chronica fratris Salimbene de Adam Ordinis Minorum*, in *MGH SS*, t. XXXII, Hannoverae et Lipsiae 1905-1913, 657. Cf. Davidsohn, *Die Enstehung*, in *Forschungen*, t. IV, 72. Iuxta cl. Davidsohn codex fuit scriptus circa an. 1316.

(3) Ibid., 675.

(4) *An. Franc.*, t. III, 27.

(5) *An. Franc.*, t. II. 24.

(6) *An. Franc.*, t. IV, 360-361; 177.

(7) *Reg. ant.*, in *Opusc. de crit. hist.*, t. I, 17.

(8) *Reg. ant.*, AFH VI, 245.

(9) Manuscriptum quod memorat P. Mandonnet, *Les Règles*, 177.

exstat codex saec. XV exeuntis qui textum sequentem habet: « In nomine Domini incipit Regula et modus vivendi Fratrum et Sororum Ordinis Continentium sive de Poenitentia, institutus a beato Francisco anno Domini M°CC°XXI°, et bullatus per Dnm. Nicolaum Papam quartum anno Domini M°CC°LXXXIX°, XV° kal. sept., pontificatus sui anno secundo » (1).

Hisce dictis, ad scripta Mariani redeamus.

Paucis abhinc annis, plures auctores, florentino manuscripto freti, originis locum Tertii Ordinis novo examini subiecerunt. Ast haec studia, veritatis historicae lucem attulisse non videntur, immo discussionibus non paucis et plerumque infructuosis viam panderunt. P. Razzòli (2), primus post Sabatier (3), studium codicis Mariani reassumpsit. Investigationes eius ad hoc praesertim tendebant ut Florentiam civitatem assereret locum esse originis fraternitatis de Poenitentia. In periodico *Miscellanea Francescana* (4), occasione inventionis *Compendii Chronicarum* Mariani, studium editum fuit ab auctore anonymo, circa Tertii Ordinis originem, quod totum in P. Razzòli sensu abundat. Demum cl. R. Davidsohn in cursu operis sui celeberrimi historiae civitatis Florentinae pluries de Tertio Ordine loquitur, et in quarto volumine in capitulo speciali de eius origine et evolutione tractans (5), ope multorum et ineditorum codicum, novam sententiam contexuit. Conclusiones eius breviter hic notamus: s. Franciscus et Cardinalis Hugolinus Florentiam venerunt anno 1221, ibique de Regula Tertii Ordinis componenda disseruerunt. Paulo post, Card. Hugolinus legationis officio coactus, in partem septentrionalem Italiae profectus est. S. Franciscus redactionem Regulae a se factam misit per fr. Michaelem ad Cardinalem ut eam approbatione sua muniret. Hac recepta, una cum Regula castigata, hortatur

(1) B. Kruitwagen, *Descriptio Codicis Amstelodamensis*, AFH I, 1908, 114.

(2) *Fra Mariano da Firenze e le sue opere, Trattato del Terz' Ordine*, in *Luce e Amore*, I, Firenze 1904, 268-274.

(3) *Francisci Bartholi*, 157-163; *Opusc. de crit.*, t. II, l. c., 29-30.

(4) *Misc. Franc.*, t. X, 1906, 57-59.

(5) *Forschungen zur Geschichte von Florenz*, t. IV, 67-81; *Geschichte von Florenz*, t. II, 127-129.

Franciscus ferventi praedicatione Florentinos ad poenitentialis vitae normam. Eius verbis commoti, multi eam suscipiunt. — Ergo haec Regula, sicut in Mariani manuscripto iacet, esset prima legislatio; Capistranensis vero genuinas partes haberet, sed e Mariana exscriptas. Haec tamen explanatio ut minus recta a scriptoribus reiecta est (1), insuper non quadrat cum Tractatu Mariani de Tertio Ordine (2).

Claritatis causa in tres partes distribuemus quae sequuntur. Primo de occursu s. Francisci et Card. Hugolini disseremus; secundo de compositione et indole Regulae; demum de Regulae additamentis.

En sententia Mariani pro prima parte.

1. [fol. 10v]. *Havendo adunque fornito la oratione et sentendosi pieno de divino spirito, et con el consiglio et adiuto di messere Ugolino Cardinale Ostiense, che fu poi papa Gregorio nono, compose et scripse una breve vita in quatordici rubriche distinta, la quale comincia: « Viri et mulieres huius fraternitatis » etc. Et intitulòla: « Memoriale propositi fratrum et sororum de penitentia in domibus propriis existentium ». Sancto Francescho in comporre questa Regola, essendo col sopradecto Cardinale, quello che lo spirito li dictava al Cardinale porgeva, et el Cardinale con sua propria mano alcune cose soperendo scriveva. La quale Regola con breve parole scripta, in sè grande substantia contiene et è comune a' cherici et layci, homini et donne, soluti et coniugati, vergine et vedove... Compose questa Regola sancto Francescho nel tempo che* (3) *[ritornò dal Soldano di Babilonia. Imperochè venendo a Firenze trovò molti huomini et donne*

(1) M. Bihl, AFH I, 1908, 642-643: E. Brem, *Papst Gregor IX, bis zum Beginn seines Pontifikats,* Heidelberg 1911, 115-118.

(2) Vide supra reconstructionem Regulae.

(3) Quae hic postea inter uncos includimus, Marianus, factorum narrationem non mutans sed amplians, super rasura et in margines excedens scripsit. Verba deleta sic sub novo scripto partim adhuc leguntur, servatis linearum et verborum intervallis:

nel tempo che [ritornò da soldano di
Papa Honorio

Babilonia. Imperochè venendo a Firenze trovò molti huomini et
tertio regeva la sancta Chiesa l'anno 6 del suo

donne che secondo el suo consiglio volevano far penitentia, li quali in
pontificato cioè l'anno del Signore 1221 alli

sieme col proposito che fece per quegli del castello di Canaio]. [*in mar-*
venti di maggio nella città di Firenze. La quale [f. 11r] Re-
gine inferiori sequitur ut infra].
gola *etc.*

che secondo el suo consiglio volevano far penitentia, li quali insieme col proposito che fece per quegli del castello di Canaio] lo indusono a scrivere la decta Regola. Et così scripta la Regola comminciò in decta città di Firenze a ricevere al decto Ordine li huomini et donne, et questo achade l'anno del Signore 1221 al dì venti di maggio. El quale Ordine et [fol. 11r] *Regola da poi Papa Niccolao 4 aprovò et confirmò nella città di Rieti l'anno secondo del suo pontificato a dì diciotto di agosto con bolla di piombo che comincia* « Supra montem catholice fidei », *dividendola in venti capituli et transmutando et postponendo et rasettando alcune poche cose, secondo pareva più expediente.*

[c. XIII, fol. 129v]. *Havendo sopra i diciotto capitoli descripto la Regola da sancto Francescho composta insieme con messere Ugolino Cardinale et declarato alcune cose et alcune altre decte in exortatione, non con quello ordine che fu dal Sancto scripta nè ancho da papa Niccolao confirmata ho discorso, ma secondo che m' è paruto più expediente... sequitando la historia sopra lasciata in fine del quarto capitolo; havendo addunque sancto Francescho già scripto la Regola per quelli che lo volevon sequitare in penitentia, li quali erano molti per ogni città, castello et villa, nel sopra decto anno* (1) *[mille dugento venti; venendo a Firenze, l'anno sequente mille dugento venti uno, addì venti uno del mese di maggio] con grande fervore predichò et esortò a fare penitentia in modo el populo, che lo comosse tucto a grande pianto et animato al dispregio del mondo; alcuni di loro perfectamente si convertirono a Christo entrando nella religione: ma alcuni altri coniuncti con le loro donne non potendo totalmente abbandonnare el mondo furono ricevuti et dalle sue sancti mani de l'habito del Tertio Ordine vestiti con grande pianto et lachrimosi gemiti per devotione et grande compuntione* (2) *di quore de' circumstanti, vedendo nobili et potenti et richi in dispregio del mondo vestirsi di panni humili et vili. Li quali tucti*

---

(1) Item hinc super rasura scribens sic verba mutavit (puncta indicant verba quae inter prius scripta legi non possunt):

mille dugento [venti venendo a Firenze,
venti uno *addì* *venti*

l'anno sequente mille dugento venti uno addì, ven-
di maggio . . . . *castello di Poggibonzi di*

ti uno del mese di maggio] con grande
Valdelsa . . . . *et* con grande

(2) Sequuntur in margine inferiori et in superiori margine folii sequentis verba adiuncta. Antea statim ad sequens folium transiens, continuaverat: *di quore de' circumstanti. De' quali.* Sed super primis quatuor verbis rasis scripsit ultima verba additamenti: *(ri)cevenne alcuni a questo 3o Ordine. De' quali* etc. — Publice hic gratias referimus P. Benvenuto Bughetti, O. F. M., qui nobis in absolvendo nostro labore peramanter astitit consilio et opere.

dati a l'opere della misericordia si ragunavano pocho fuori della porta a san Pagolo in una casa, dove caritativamente ricevevono poveri et infermi et anchora sovenivano de' lor beni a' poveri vergognosi della città distribuendoli secretamenti in subsidio de' poveri per famiglia et populo et sextiere. Come insino al presente aparisce ne' libri di decto spedale... [f. 130r] *Ma poi che in decta città san Francesco hebbe dato così principio a questo 3° Ordine, venne al Poggio Imperiale di Valdelsa, dove predichò ferventemente et animogli a penitentia et ricevenne alcuni a questo 3° Ordine. De'quali* etc.

In hac sententia sibi consentaneus est Marianus in suo *Compendio Chronicarum.* Ibidem enim omnia supra dicta memorat, ut ex extractis sequentibus patebit.

Ad annum 1212: *Ex tunc* [narratio promissionis Regulae pro fratribus de Poenitentia, cf. *Actus* et *Fioretti* (1)] *cogitavit facere Tertium Ordinem, quem postmodum, anno 1221, scripta Regula, Florentie instituit* (2).

Anno Domini 1220 Beatus Franciscus applicuit Venetias et Bononiam, ubi ab omnibus honorifice fuit receptus cum gaudio et omnium applausu, et precipue a Domino Hugolino, protectore, legato Sancte Romane Ecclesie, cum quo Florentiam veniens, et reperiens devotionem maximam populi ad penitentiam animati, composuit Regulam pro viris et mulieribus a matrimonio ligatis. In compositione eius dominus Hugolinus supplebat, quod Sancto Francisco in dictandi scientia deerat. Fuerunt etiam simul per mensem et ultra cum heremitis de Camaldulo. Exinde Beatus Franciscus recedens, venit Alvernam, deinde Assisium (3).

Ad annum 1221: *Eodem anno et 14 Ordinis, scripta Regula, ut supra dictum est, beatus Franciscus venit ad Florentiam, et cum in eadem essent plurimi viri et mulieres matrimonio alligati, cupientes mundum despicere, tradidit eis prefatam Regulam, 20 maii* (4), *sicque Tertium Ordinem incepit, per totum orbem diffusum, cuius propositum est in domibus propriis honeste vivere, operibus pietatis impendere, vanitatem seculi fugere* (5).

---

(1) P. Sabatier, *Actus beati Francisci et Sociorum eius,* in *Collection d'Études,* t. IV, Paris 1902, c. 16; G. L. Passerini, *I Fioretti di sancto Francesco,* Firenze, 1908, c. XVI. (2) AFH I, 107.

(3) AFH II, 96-97, ubi minus recte dicitur Marianus hoc factum ad alium annum referre, sc. 1221; cf. ibid., nota 1.

(4) In Tractatu de Tertio Ordine haec referuntur ad 21 maii 1221, f. 129v et ad 20 maii, f. 10v. (5) AFH II, 98.

Tertii Ordinis Regula igitur, secundum Mariani dicta, cooperationi s. Francisci simul et Cardinalis Hugolini deberetur, quando an. 1220, Florentiae convenissent. Promulgatio autem eius solummodo anno sequenti 1221, die 20 (fol. 10v) seu 21 maii (fol. 129v) facta esset, absente Cardinale.

An haec a Mariano narrata cum historia quadrent, ex fontibus eruendum est.

Certum est Hugolinum intervenisse Regularum redactioni fratrum Minorum (1), Pauperum Dominarum (2) et fratrum de Poenitentia. Pro istis enim sequens praeclarum testimonium Bernardus a Bessa praestat: « In regulis seu vivendi formis Ordinis istorum dictandis sanctae memoriae dominus Papa Gregorius in minori adhuc officio constitutus, beato Francisco intima familiaritate coniunctus, devote supplebat quod viro sancto iudicandi scientia deerat » (3).

Auctores fere omnes, Bernardi laudati verbis freti, ad necessitatem alicuius occursus Francisci et Hugolini ad hanc Tertii Ordinis Regulam redigendam concludunt. Eapropter de loco ubi hi duo amici sibi obviarint plus quam aequo tractaverunt et in deserta discussionum aberraverunt. Ad scopum nostrum, luciditatis causa, enucleate distinguamus oportet duos occursus s. Francisci et Hugolini Florentiae: Primum quem Thomas a Celano commemorat (4): « Cum enim tempore quodam dominus iste [Hugolinus] legatione, sicut saepe solebat, pro Sede Apostolica in Tuscia fungeretur, beatus Franciscus non multos adhuc fratres habens et volens in Franciam ire, devenit Florentiam, ubi tunc iam dictus episcopus morabatur »; secundum vero, si evenerit, ubi de redactione Tertii Ordinis Regulae tractatum fuisset.

(1) BF I, 69-70, *Quo elongati:* « Et cum ex longa familiaritate, quam idem Confessor Nobiscum habuit, plenius noverimus intentionem ipsius; et in condendo praedictam Regulam, obtinendo confirmationem ipsius per Sedem Apostolicam sibi astiterimus, dum adhuc in minori officio constituti... ».

(2) L. Oliger, *De origine,* 193-207, ubi Hugolinus monstratur composuisse Regulam.

(3) *An. Franc.,* t. III, 686; cf. Mandonnet, *Les Règles* 150 s.; Müller, *Zur Geschichte*, 518, nota 2; Oliger, *De origine,* 198, nota 2.

(4) I Cel. XXVII, 76.

Marianus qui, immerito quidem ad an. 1216, de missionibus in Gallia loquitur, de occursu s. Francisci et Hugolini tacet (1), sed occursum in circumstantiis supradictis refert ad an. 1220. Ast hoc a ceteris documentis contradicitur (2). Cardinalis enim tunc temporis nulla legatione fungebatur, insuper de eius transitu per Florentiae civitatem nullum vestigium superest. Scimus econtra eum 12 iulii 1220 Urbe veteri (3), mense septembris Placentiae (4), et mense novembris Romae fuisse (5). Quod ad Franciscum attinet, nullibi invenitur quod illo anno Florentiam venerit (6).

Cl. Boehmer priorem occursum refert ad an. 1217, quando Franciscus ad missiones in Galliam proficiscitur et Florentiae a Cardinale a suo proposito removetur (7); alterum vero, ubi de redactione Regulae Tertii Ordinis agitur, Bononiae seu in terris finitimis, mense augusti 1221 (8). Ast gratis praesentia s. Francisci ibidem asseritur (9).

R. Davidsohn, qui ad sententiam Mariani defendendam sese accingebat, illum occursum Francisci et Hugolini an. 1220 reiicit (10): quia non verisimile est quod Franciscus per no-

(1) *Compendium Chronic.*, AFH I, 95, ad an. 1216.

(2) Davidsohn, *Die Enstehung*, 74, in *Forschungen*, IV.

(3) Fumi, *Codice diplomatico della città d'Orvieto*, in *Documenti di Storia Italiana*, t. VIII, 91.

(4) G. Levi, *Documenti ad illustrazione del Registro del Card. Ugolino d'Ostia*, Estratto dall'*Archivio della R. Società Romana di storia patria*, t. XII, 30.

(5) J. Felten, *Papst Gregor IX*, Freiburg im Breisgau 1886, 35 s.

(6) H. Fischer, *Der heilige Franziskus von Assisi während der Jahre 1219-1221*, Freiburg 1907, 42-126. Cf. G. Golubovich, *Biblioteca bio-bibliogr. della Terra Santa e dell'Oriente Francescano*, t. I, Quaracchi 1906, 1-98; Van Ortroy, *An. Bol.*, t. XXXI, 1912, 451-462.

(7) *Regesten zur Geschichte des Franciscus und der Franciscaner 1182-1340*, in *Analekten*, ad an. 1217, 125.

(8) Ibid., XXXV.

(9) S. Franciscus ibi adest an. 1220, ubi agitur de magni conventus subversione, *Spec. Perfect.*, c. 6; II Cel. XXVIII, 215. Cf. Fischer, *Der heil. Franz.*, 54-68. Bononiae etiam invenitur an. 1222. Cf. Boehmer, *Analekten*, LXI et 106; P. Robinson, *Some chronological difficulties in the life of St. Francis*, AFH I, 29. De adventu autem s. Francisci ibi an. 1221, nullum vestigium superest.

(10) Davidsohn, *Die Entstehung*, 74.

vem menses hanc Regulam absque promulgatione apud se conservasset, et inde hoc factum historicum ponit an. 1221, ex eo quod omnia adiuncta hunc annum indicare videantur. Quot tamen difficultates ex huius sententiae probatione profluant, iam modus implicatus argumentandi probat (1). Quia Hugolinus mense aprilis Florentiam reliquerat (2), Franciscus supponitur ibi composuisse Regulam (3). Sed et ipse Franciscus eo tempore Florentiae non fuit. Fontes enim eum prope Assisium praedicantem monstrant ante 10 martii (4), quo, mortuo Petro Catanio (5), Elias Vicarius generalis eligitur (6). Insuper impossibile evadit itinerarium s. Francisci a Mariano traditum post diem 20 seu 21 maii 1221. Tunc enim Florentiae promulgat Regulam Tertii Ordinis, inde venit Podium Bonitium, ubi multos ad poenitentiam recepit, deinde [fol. 130r] « *circuendo anchora predicando per l'altre castella di decta Valdesa, di questo habito vesti alcuni altri* ». Ast die 30 maii 1221, generale capitulum celebrabatur Assisii.

Contra sententiam cl. Davidsohn, gnaviter E. Brem demonstravit, hunc occursum inter Franciscum et Hugolinum locum habuisse Florentiae in initio mensis octobris 1218, nam ex una parte, documenta Cardinalem hoc tempore Florentiae fuisse monstrant et fontes franciscales sancti Francisci praesentiam ibidem eodem tempore minime excludunt (7).

Occursum vero non admittit pro compositione Regulae et sequentem sententiam proponit (8). Fratrum de Poenitentia numero in dies crescente, a s. Francisco approbationem petiit Cardinalis, instigante Curia Romana, ut Regulam pro

(1) M. Bihl, AFH I, 642s.; Brem, *Papst Gregor*, 115-117.

(2) Levi, *Registro del Cardinale Ugolino d'Ostia*, 11; Boehmer, *Analekten*, XXXIV.

(3) Davidsohn, *Die Enstehung*, 72s.; cf. *Geschichte*, II, 127s.

(4) H. Fischer, *Der heil. Franz.*, 129ss. Haec sententia tamen non ab omnibus admittitur, cf. G. Golubovich, *Biblioteca bio-bibl.*, l. c.; Van Ortroy, *An. Bol.*, t. XXVI, l. c.

(5) P. Sabatier, *Speculum Perfectionis seu S. Francisci Assisiensis Legenda antiquissima*, in *Collection d'Études*, Paris 1898, 70, nota 2; L. Lemmens, *Catalogus Sanctorum Fratrum Minorum*, Roma 1903, 7.

(6) *An. Franc.*, t. II, 32; t. III, 31.

(7) E. Brem, *Papst Gregor*, 111-117.

(8) Ibid. 117s.

his redigeret. Et hoc ad effectum perduxit an. 1221 antequam legationem suam suscepit. Iam vero, haec non plane cum fontibus consonant, ex eo quod non fit mentio de norma vitae. Dicit enim Thomas a Celano (1): *Egregius nempe artifex, ad cuius formam, regulam et doctrinam, efferendo praeconio, in utroque sexu Christi renovatur Ecclesia et trina triumphat militia salvandorum. Omnibus quoque tribuebat normam vitae ac salutis viam in omni gradu veraciter demonstrabat.*

Post tot tantorum virorum tentamina, quaeritur an non aliam viam, ad hanc difficultatem superandam, ingredi oporteat. De loco occursus s. Francisci et Card. Hugolini ad componendam Tertii Ordinis Regulam, quem tot conatibus quaesierunt eruditi et fontibus historicis quadrantem non invenerunt, non inquirendum esse nobis videtur. Nam ut haec nimis implicata omnino fiant plana, Bernardi a Bessa testimonium (2) — quod omnes tamen scriptores in suum sensum adducunt — analysi criticae subiicere sufficit. Ad plenam intelligentiam huius textus, memoratu superfluum non apparet tunc temporis rumorem sparsum fuisse, Tertium Ordinem non a s. Francisco sed a Card. Hugolino aut a fratribus Minoribus institutum fuisse (3). Ideoque Bernardus, qui veritatem historicam simul et hereditatem s. Francisci vindicare voluit, modum quo Regula fratrum de Poenitentia effecta sit, indicat, nempe cooperatione s. Francisci et Card. Hugolini. An vero liceat, de illa cooperatione ad occursum concludere, nobis non videtur. Multi enim exstant modi cooperandi seu supplendi quod amici scientiae deest, etiam absque occursu. Et quod res revera sic se habuit, apud ipsum

(1) I Cel. XV, 40. (2) *An. Franc.*, t. III, 686.

(3) In ipsis additamentis ad Regulam Capistranensem huius rumoris vestigium non obscurum invenimus. Etenim, ut infra probabimus, regimen Fraternitatis an. 1247 a clero saeculari ad fratres Minores transivit. Ast ex primis adiunctis, ab ipsis appositis, apparet: *ista fraternitas quae a beato Francisco habuit fundamentum.* Haec verba cum rumore sparso optime intelliguntur. Marianus dicit f. 11v: *è manifesto come sancto Francescho è stato lo inventore et institutore et ordinatore di questo Tertio Ordine et non li sua frati per tirare ad sè li populi, come dicono li detractori.* Cf. f. 11r.

Bernardum, confirmatum reperimus. Omnia namque in hoc casu chronistam inducebant, ut absque ambiguitate hunc occursum affirmaret, ex quo rumor falso sparsus iam illico evanuisset. Sed nihil horum fecit. Insuper de his quae addidit Bernardus de familiaritate s. Francisci et Card. Hugolini, nullo modo occursum inferre licet. Illa enim sunt verba ipsius Gregorii IX in bulla ad fratres Minores directa (1). Quae hic allata videntur ad dictam cooperationem confirmandam (2). Quomodo vero haec cooperatio in redigenda Regula intelligenda sit, in cursu studii nostri videbimus.

Ast an huius cooperationis in Regula antiqua adsint adhuc vestigia, aliis verbis de compositione et indole primitivae Regulae, nunc inquirere volumus.

Etiam hic mediis in discussionibus, via plana quaerenda est. Inutile sane foret, varias sententias omnes enumerare et singillatim refellere; illas tantum, quae undequaque nova prae se ferunt indicare sufficiat. Inter has eminet sententia P. Mandonnet, qui, ceteris doctis contradicentibus, Regulam antiquam prout iacet, ut unum quid completum habet compositum an. 1221 (3). Quoad difficultates obvias — ut de armis non sumendis et iuramentis non praestandis c. VI, nn. 3–4 et c. X, 3 ubi de privilegiis agitur — eas ex ipsius normae vivendi indole solvere conatur (4). Boehmer etiam, paucis ordinationibus exceptis c. VI, nn. 1–2 et c. X, n. 3, totam Constitutionem, quia ex XII capitulis constat, ut authenticam a s. Francisco et Hugolino compositam censuit (5). Econtra paucis ante annis P. Cuthbert, sententiam novam proposuit: sc. propositum tradendi Regulam Tertii Ordinis arbitratus est exordium duxisse ab Hugolino, qui tamen hanc vivendi normam s. Francisci ap-

(1) BF I, 68-70 et etiam in bulla canonizationis s. Francisci, ibid., 42-44.

(2) Illa quae dicit Marianus f. 10v et 100v de occursu s. Francisci et Hugolini, sumpta sunt ex testimonio Bernardi a Bessa.

(3) *Les Règles*, 155s., 175.

(4) Ibid., 168-170.

(5) *Analekten*, xxxv. G. Schnürer refellit hanc sententiam, *Neuere Quellenforschungen über den hl. Franz von Assisi*, in *Historisches Jahrbuch* München, t. XXVIII, 1907, 13s. Quoad divisionem Regulae in XII capp. cf. Müller, *Zur Geschichte*, 508; L. Lemmens, Regula ant., AFH VI, 1913, 242–250; L. Oliger, AFH V, 1912, 431, 441; Reconstructio Regulae Mariani supra.

probationi subiecit an. 1220–1221. Regula autem haec antiqua deperdita est, nisi fuerit destructa, et textus antiquior nobis notus, est illa Regula an. 1228 (1). Argumentandi rationes plures e Sabatier assumpsit (2).

Nos Poenitentium Regulae indolem studiose inspicientes pervenimus ad conclusiones quasdam diversas, ad quarum demonstrationem in decursu huius studii operam dabimus.

Tituli XII capitulorum (3), qui Regulae materiam plus minusve fideliter exprimunt, vix suspicari permittunt illa omnia diversa quae ibi continentur, si absque capitulorum titulis uno tractu praescriptiones leguntur. Tunc enim apparent in Regula duae partes apprime distinctae; quarum prior cc. I–VI, n. 2 complectitur, altera vero cc. VI, n. 3–XII (4). Pars prior fraternitatem in genere, posterior congregationes locales in Tertio Ordine constitutas respicit.

---

(1) *Life of St. Francis of Assisi*, 279: « It was probably during Francis' absence in the East that Cardinal Ugolino definitely conceived the plan of giving these « secular » penitents a Rule and organisation distinct from that of the brethren. May be, in the troubles which followed upon the attempt of the Vicars to establish a more monastic regime, some of these penitents themselves had begun to draw together into some sort of defensive league to assert their claim to be considered followers of Francis and to be directed by the brethren, as they did many times in the years that followed Francis' death » 283s: « Oftentimes in his observant way, Cardinal Ugolino must have contrasted the Lombard fraternity with the Umbrian; and as we have said, it was probably from Lombardy that he brought back to Rome the idea of a new lay-fraternity, such as he proposed to Francis when they met during the winter of 1220-1221. Unfortunately the original Rule of the Order of Penance, as the new fraternity was named, which the Cardinal himself composed in consultation with Francis is at present lost, if indeed it is not altogether destroyed; and the earliest version of it known to us, dates only from 1228, seven years after the institution of the fraternity, and by that time it is probable some of the original precepts were modified ».

(2) *Regula ant.*, 9, nota 1.

(3) Semper, absque indicatione contraria, sequimur capitulorum divisiones, et praescriptionum numeros data a P. Sabatier, *Regula antiqua*.

(4) Verius esset dicere, priorem partem comprehendere cc. I-VI et alteram cc. VII-XII; sed luciditatis causa, iam hic divisionem laudatam introduximus, quam infra probabimus veritati respondere.

Iam singulas partes separatim inspiciamus. Prior constat ex praescriptionibus quibus vestitus (c. I), abstinentiae (c. II), ieiunii (c. III) orationum (cc. IV–VI, n. 1) et decimarum (c. VI, n. 2) leges ordinantur. Si accurate haec omnia attenduntur, integram completamque vivendi normam exhibere clare ostendunt. Ope enim exterioris (c. I) et interioris (cc. II–III) mortificationis, orationum (cc. IV–V) et sacramentorum adiutorio (c. VI, n. 1) via salutis per poenitentiae semitas panditur. Iam vero in nulla medii aevi Regula aliud exemplum notum est, ubi modo tam alto et largo, 'tot et tantae vitae christianae praescriptiones in genere simul et ad singula descendentes tractatae fuerint. Procul dubio qui eas redegit ordinationes, non solum huius temporis necessitates optime novit, sed etiam remedia efficacia, cum non ordinaria visus acuitate adhibuit. Haec prior pars tantum, fideliter respondet inscriptionibus Regulae, sc. in domibus propriis facere poenitentiam. Omnium antiquarum Regularum inscriptiones alteram partem, ubi de organisatione agitur, excludere videntur, si excipiatur tamen secunda pars inscriptionis Regulae Capistranensis. Lingua latina qua usus est redactor in hac parte, scriptorem ostendit, qui absque rethoricis imaginibus, directe servanda dicit stylo severo et castigato, superfluum usum coniunctionis copulativae *et* maxima cura evitans.

Quoad secundam Regulae partem quae congregationum organisationem in ipso sinu Tertii Ordinis respicit, deest haec unitas in complexu omnium ordinationum, et perfectio uniuscuiusque praescriptionis ad unum quid efformandum. Quae melius adhuc ex schemate sequenti patebunt: Primo agitur de prohibitione arma sumendi et iuramenta praestandi nisi in casibus pontificiis (c. VI, nn. 3–4); monentur membra ut in eorum quotidiana loquela iuramenta vitent (n. 5). Obligatur unumquodque membrum ad confortandam suam familiam ad Dei servitium (n. 6). Deinde agitur de missa et congregatione cuiusque mensis (c. VII, n. 1) et de his quae ibi pertractanda sunt (n. 2), de praedicatore (n. 3), de assistentia membrorum attenta et religiosa (n. 4); tunc de ministrorum officiis erga infirmos (c. VIII, n. 1) et de fratrum et sororum obligationibus erga defunctos (c. IX, nn. 1–3). Omnes testamentum facere debent (c. X, n. 1); ministri, cum consilio

Episcopi, si necesse est, discordiam inter membra fraternitatis et extraneos removeant (n. 2); iidem ministri, cum consilio Episcopi, iura et privilegia fraternitatis ab aliis observari curent (n. 3). Additur praescriptio de acceptatione et duratione officiorum (n. 4). Post haec agitur de receptione in fraternitate (nn. 5-6), de professione post annum (nn. 7-11) et de prohibitione Ordinem relinquendi (n. 12). De receptione haereticorum aut de haeresi suspectorum (c. XI, n. 1), mulierum matrimonio ligatarum (n. 2) et eorum qui antea ex Ordine expulsi fuerunt (n. 3). Ultimum capitulum loquitur de culpis dicendis (c. XII, nn. 1–3) et de scandalo (n. 4). Deinde de potestate Visitatoris in fraternitatis membris (n. 5), tunc de electione officialium (n. 6) et demum datur sanctio praescriptionum Regulae (n. 7).

Sicut pro prima Regulae parte fecimus, hic eamdem methodum adhibebimus, scilicet connexionem inter diversas praescriptiones notantes, progrediemur ad solutionem difficultatum. Praescriptiones c. VI, nn. 4–5, unum quid efficiunt; e contra n. 6, nec cum praecedenti materia nec cum sequenti quadrat. Quoad cc. VII–IX, etiam in ceteris huiusmodi fraternitatibus, mutatis mutandis, reperiuntur; ast priores praescriptiones c. X, nn. 1–4, quamvis multam connexionem inter se praebeant, a ceteris tamen nn. 6–12 eiusdem capituli dissonant. Sequens vero capitulum integrum (XI, nn. 1–3) logice ante ultimam ordinationem capituli praecedentis locum haberet, haec enim (c. X, n. 12) prohibet de religione exire. In duodecimo capitulo videtur adesse vinculum quod omnes ordinationes (c. XII, nn. 1–6) ad unitatem reducit.

Quod ad modum ordinationes formulandi spectat, minus castigatus hic quam in prima parte, imo pluribus in locis hians et asper evadit.

Iam vero si comparationem inter priorem et secundam partem instituimus, diversitates adhuc clarius patebunt.

1) In primis capitulis (I–VI) organisationis proprie dictae nullum vestigium invenimus. De Visitatore una vice agitur, ubi de dispensatione in vestitu (c. I, n. 6); sed amplius non memoratur aliquis qui difficultates saepius ibidem occurentes possit ex auctoritate solvere. In posteriori vero parte (cc. VII–XII) iam a primo capitulo organisatio statuitur. Ibidem apparent ministri (c. VII, n. 1), massarius (n. 2),

praedicator (n. 3); deinde auctoritas Episcopi (c. X, nn. 2–3; c. XI, n. 1) et nuntii (c. XII, n. 6) et auctoritas Visitatoris continuo augetur (c. X, n. 9; c. XII, n. 1; n. 2; n. 4; n. 5; n. 7).

2) In prima parte nulla adest restrictio quoad vocabulum: *Fraternitas Poenitentium.* Constituitur illa Fraternitas generalis quasi unum quid, una familia religiosa quae sub una Regula communi absque limitatione locorum vel regionum in toto orbe terrarum dispersa vivit: *Viri qui huius fraternitatis...* In secunda vero parte omnia quae fraternitatem respiciunt ad particularem regionem limitari videntur. Iam ab initio capituli VII, tota indoles particularis sequentium praescriptionum patet: *Omnes fratres et sorores* CUIUSCUMQUE CIVITATIS ET LOCI *quolibet mense, quandocumque videbitur expedire, conveniant apud ecclesiam quam ministri nuntiaverint* (VII, n. 1) (1).

3) In prima parte agitur solummodo de vita poenitentiali, in secunda vero supponuntur iam difficultates cum potestatibus civilibus et iam gaudent Fratres de Poenitentia iuribus et privilegiis (2).

4) Praescriptiones condendi modus etiam differt omnino in ambabus partibus. In priore redactori Regulae insuper et formae est cura. Nullibi enim invenimus illas, quae crebrius in altera parte occurrunt, elocutiones barbaras. Ordo

(1) In secunda parte vocabulum « *fraternitas* » semper adhibetur cum termino limitativo, c. X, n. 5. *Cum aliquis huic* fraternitati *intrare petierit, ministri eius conditionem et officium inquirant et onera fraternitatis huius et maxime alienorum restitutionem exponant ei.* C. XI, n. 3. *Incorrigibiles fratres et sorores a* fraternitate *eiecti iterum in ea nullo modo recipiantur,* nisi saniori parti fratrum *placuerit.* C. XII, n. 2. *Et si aliquis incorrigibilis exstiterit, per* ministros habito consilio aliquorum discretorum fratrum eidem visitatori intimetur ab ipso de fraternitate *abiiciendus et* in congregatione *publicetur.* C. XII, n. 6. Ministri cum consilio suorum fratrum *post annum eligant...* nuntios, *qui dicta factaque* fraternitatis *de mandato eorum nuntiet.* Una vice occurrit *fraternitas* absque limitatione, sed haec praescriptio ut infra videbimus logice connectitur cum praecedentibus ubi limitatio exstat, c. X, n. 12. *De hac* fraternitate *et de iis, quae hic continentur, nemo exire valeat nisi religionem ingrediatur.* Cf. Müller, *Zur Geschichte,* 498 s.

(2) C. X, n. 3. *Si contra ius vel privilegia fratres et sorores a potestatibus vel rectoribus locorum in quibus habitant vexentur, ministri loci, quod videbitur expedire, cum consilio domini episcopi faciant.*

statutorum est ordinatus et connexio praescriptionum omnium cum praecedentibus et sequentibus est optima. Deinde coniunctio copulativa *et* raro invenitur et semper ut unio naturalis cum praecedentibus adhibetur. Quoad posteriorem partem, relatio inter diversas ordinationes per fas et nefas fit coniunctione copulativa. Ubi in priori divisione Regulae tribus vicibus occurrit *et* in initio praescriptionum, in posteriori occurrit undecim vicibus. Sed haec in maiore lumine, ex exemplo hic allato, apparebunt.

Capistr. c. I, n. 1.	**Capistr.** c. VII, nn. 1-4.
Viri qui huius faternitatis fuerint de panno humili sine colore induantur cuius brachium sex soldorum Ravennatensium non excedat, nisi propter necessitatem evidentem 'et' necessariam, ad tempus cum aliquo dispensetur. 'Et' consideretur panni latitudo 'et' arctitudo circa praedictum pretium.	... Conveniant apud ecclesiam... ibique divina audiant. 2. '*Et*' quilibet dat massario unum denarium usualem, quos idem massarius colliget, 'et' ministrorum consilio inter fratres pauperes 'et' sorores distribuat, 'et' maxime infirmis 'et' eis, qui non habuerint funeris exsequias. Demum inter alios pauperes 'et' eidem ecclesiae de eodem pecunia offerat. 3. '*Et*' tunc ... 4. '*Et*' sint sub silentio ...

Ex dictis hucusque conclusionem hanc esse deducendam nobis videtur, scilicet in Regulis antiquis notis, duas adesse redactiones diversas.

* * *

De tempore vero quo unaquaeque redacta fuerit, iam nunc videndum est.

Quando de constitutionibus agitur ubi duae redactiones diversae adsunt, quarum prior pars organisatione caret et altera ea pollet, principium generale applicatur, quo nempe ad alicuius temporis evolutionem inter has redactiones concluditur. In primo et secundo instituto s. Francisci res revera sic se habet. Sicut pro duobus prioribus Ordinibus, ita in Tertio pro prima parte invenitur solummodo alicuius organisationis initium in persona Visitatoris; quoad secundam partem, organisatio cuiuscumque fraternitatis localis completa est.

Hoc confirmatur a Bernardo a Bessa, qui clare duas periodos distinguit [1] in initio Ordinis.

Argumentum aliud in titulo Regulae antiquae Capistranensis reperitur. Dicit ille textus obvius et litteralis non quod fraternitas de Poenitentia incepit an. 1221, sed tantum quod Memorialis seu huius vivendi normae redactio incepta est an. 1221; currente vero tempore prout nunc iacet evadit, nempe tempore Domini Gregorii noni papae, XIII° cal. iunii, indictione prima, sc. 20 maii an. 1228.

Si Regulam ipsam nunc inspicimus, facile textus invenitur qui transitionem, priorem inter et secundam partem facit, et terminum *ante quem* prior pars cc. I–VI, n. 2 viguit et *post quem* posterior introducta fuit. Nam c. VI, n. 3, manifeste respicit bullam *Significatum est* [2], datam in favorem Poenitentium an. 1221, 16 dec. Prior pars igitur Memorialis iam tunc temporis in suo tenore existebat, quando nn. 3ss., c. VI, introducti sunt in Regulam. Privilegium vero non praestandi iuramenta nisi in casibus a summo Pontifice exceptis in sua indulgentia, refert ad bullam *Detestanda* [3], datam 27 maii an. 1227 [4]. Haec praescriptio (c. VI, n. 4) igitur non ante

---

(1) *An. Franc.*, t. III, 686: ***Istis*** a principio *frater assignabatur Minister*, sed nunc *suis in terra dimittuntur Ministris*.

(2) BF I, 8.

Bulla *Significatum est.*	**Regula** C, c. VI, 3.
Quia vero tales super iuramento de armis sumendis et sequendis locorum potestatibus exhibendo multotiens molestantur... Fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus cum a talibus fueris requisitus, molestatores suos super huiusmodi iuramenta, praemissa monitione, sublato appellationis impedimento auctoritate nostra compescas.	Arma mortalia contra quempiam non recipiant.

(3) BF I, 39s., vide infra, p. 69.

(4) Davidsohn, *Die Entstehung*, 75: « Diese Bulle Gregors IX. [Detestanda] (Potthast 8159) ist mit falschem Datum bei Wadding [*An. Min.*, t. II, 602], Ripoll [*Bull. Praed.*, t. I, 27, n. 25], Federici [*Istoria de' caval. Gaudenti*, t. II, cod. dipl. 602], und Sbaralea [nota 1] gedruckt, von denen einer sie dem andern entnahm. *Firmamentum*, (Venet.) Pars 2, tr. 1, f. 11v.

hunc annum in normam vivendi fratrum de Poenitentia introduci potuit.

Stabilito ergo tempore prioris partis Regulae compositionis antequam analysim ulteriorem alterius incipimus, iam quaestio de auctore huius redactionis solvenda est.

Ex legenda prima Thomae a Celano, certo certius scimus s. Franciscum triplicem vivendi normam tribuisse suis alumnis Primi, Secundi et Tertii Ordinis (1). Cuiusdam indolis duae priores fuerint, ex testimoniis primorum discipulorum (2) necnon s. Clarae cognoscimus (3); de Tertii autem Ordinis vivendi norma nullum vestigium superest, nisi forsan Regulae antiquae prima pars.

Ast hoc verisimile non est. Etenim, inter scripta s. Francisci, *Littera ad omnes fideles* (4) melius communitatem idearum cum illis in Regula Tertii Ordinis refert. Sed quantum distant ab invicem! Quoad indolem internam quaedam in ambobus documentis reperiuntur similia. De hac similitudine nemo mirari potest ex eo quod *Littera ad omnes fideles* quasi hortatio est omnium christianorum ad poenitentiam faciendam et multo maiorem numerum consiliorum complectitur quam vivendi norma fratrum de Poenitentia. Quoad modum concipiendi vitam poenitentialem, deest in *Littera ad omnes fideles* illa synthesis vitae christianae quam in Regula invenimus. Insuper modus scribendi linguam latinam omnimode differt in hisce duobus documentis. Si cum aliis scriptis s. Francisci Regulam Tertii Ordinis conferimus, eadem conclusio imponitur (5). Demum rationes cur P. Sabatier Regulae redactionem s. Francisco attribuere non potuit et nos ratas habemus scil.: « L'absence des exhortations qui ailleurs reviennent sans cesse sous sa plume nous amène à penser que ce mémorial n'est qu'indirectement son œuvre » (6).

Sie ist nicht Laterani 3, Kal. apr. pontif. a. 2, sondern Laterani XII Kal. iunii pontificatus nostri anno primo datiert ». In Archivio Arcispedale di s. Maria Nuova, Firenze « Bolle e Brevi ».

(1) I Cel. XV, 40. (2) *Opuscula S. P. Francisci,* 160-165; Boehmer *Analekten,* 83-89. (3) *Opuscula S. P. Franc.,* 75 s.; 169-171; AFH V, 187-193. (4) *Opuscula,* 87-98; Boehmer, *Analekten,* 49-57.

(5) Goetz, *Die Regel,* 102 s.

(6) *Regula ant.,* 8; Goetz, *Die Regel,* 102 s. Praeter Wadding, *Beati Patris Francisci Assisiatis Opera Omnia,* Antverpiae 1623, 223-232,

Videmus ergo s. Franciscum dedisse quamdam vivendi normam summariam primis poenitentibus, qui in brevi spatio temporis celeriter multiplicabantur; Hugolinus qui probabiliter iam cognovit eius institutionem, huius fraternitatis membra obviam habuit quando legatione fungebatur in Italia septentrionali et secundum intentionem s. Francisci in vivendi norma repertam, novam Regulam composuit. Eo sensu etiam videtur intelligendum ea quae dicit auctor vitae Gregorii XI (1): *Penitentium fratrum et Dominarum inclusarum novos instituit ordines et ad summum usque provexit.*

Nunc ad analysim accuratam Regulae est redeundum, quoad secundam partem: cc. VI, n. 3–XII. Ibi agitur praeter c. VI, nn. 3–6, uti diximus, de organisatione congregationum in sinu Tertii Ordinis; de tempore vero scimus terminum *post quem* hae constitutiones sunt introductae et terminum *ante quem* redactae.

Ibidem plura inveniuntur puncta quae in nulla Regula ordinatim constituta reperiuntur: repetitiones inutiles e. g., in c. VII, n. 2 et in c. XII, n. 6 ubi de massarii functione, in eisdem fere terminis sermo est; in c. X, n. 4 ubi de officialibus et de duratione officii eorum, iterum in c. XII, n. 6 agitur; Alia minus clara exhibet Regula, e. g., c. X, n. 4, *Ministeria... quae hic scripta sunt;* et c. X, n. 8 *quae hic sunt scripta sive scribenda vel minuenda...* Tertium notatu dignum est, quod in ultima ordinatione Regulae de novo officio usque tunc ignoto loquitur nempe de nuntiis (c. XII, n. 6). Deinde obvia est styli diversitas in condendis praescriptionibus adhibita; ubi in cc. VII–IX–X, nn. 1–4 latinitas non multum castigata apparet, in c. X, nn. 5–12 e contra incompta fit, e. g., n. 9: *Et quod si quid contra hunc modum...*; n. 12: *De hac fraternitate et iis, quae hic continentur, nemo exire valeat...*; tunc subito accuratissima evadit in c. XI; ast in capitulo sequenti minus diligens est. Insuper materiae dispositio non iuxta indolem ordinariam constitutionum ordinata est (2). Demum apparent successive

---

scriptores recentes non admiserunt Regulam Tertii Ordinis inter opera genuina s. Francisci. *Opuscula,* 172 s.; Boehmer, *Analekten,* XXXI-XXXV; 73 ss.; Goetz, *Die Quellen.*

(1) *Vita Gregorii IX,* ap. Muratori, *Rerum Ital. Script.,* t. III, 575.

(2) Goetz, *Die Regel,* 102 s.

auctoritates extra fraternitatem constitutae; quarum praesentia in secunda Regulae parte facta in unius anni spatiò, ordinate explicari non potest; idem foret dicendum de officiorum evolutione in ipso sinu congregationis localis.

Explanatio horum omnium ex ipsius Regulae redactione patet. Excepto c. VI, nn. 3–6, si paucis verbis contrahimus, quae in cc. VII–XII habentur, invenimus quod successive agitur 1) de congregatione cuiuslibet mensis, ubi iam obligationes cc. VIII et IX includuntur implicite et de vita publica c. X, n. 4; 2) de receptione, c. X, nn. 5–11, de qua iterum c. XI, n. 3) de iis quae extraordinarie in congregatione agenda sunt, c. XII.

Iam vero in hisce materiarum divisionibus plures partes distincte redactas invenimus. Etenim cc. VII–X, nn. 1–4 unum quid constituunt; sicut et X, nn. 5–12; c. XI novam addit redactionem et demum c. XII finem facit Regulae.

Sed has divisiones diversas examini subiiciamus. Constant cc. VII–X, nn. 1–4 ex duabus partibus optime distinctis, scilicet ex obligationibus membrorum erga fratres congregationis vivos et defunctos et ex mediis quibus extraneorum turbationes superentur. Articulus 4 c. X est conclusio praecedentium. Ibi enim hortatio adest ad ministerium et alia officia quae in anteriori parte scripta sunt suscipienda et exercenda. Quod res revera sic se habeat, deduci potest ex titulo capituli VIII, ubi tota series harum ordinationum indicatur; dicitur enim ibi: *De operibus misericordiae et testamentis et discordiis reformandis*. Insuper idem infertur ex verbis: *Quae sunt hic scripta*, c. X, n. 4 iuxta illa quae in eodem capitulo occurrunt c. X, n. 8 *que hic sunt scripta sive scribenda vel minuenda*. Postremo, si cc. VII–X, nn. 1–4 una cum sequentibus redacta fuissent, iam c. X, nn. 5–11 locum primum tenere deberent (1).

Per alteram redactionem igitur introducti fuerunt c. X nn. 5–12. Articuli 5–11 de receptione ad Tertium Ordinem et de professione agunt; n. 12 vero de prohibitione de hac religione egrediendi. Hic, sc. n. 9, pro prima vice in secunda Regulae parte, apparet officium Visitatoris. Modus ordinationes scribendi incultus evadit. Duo exempla, supra memorata,

(1) Goetz, *Die Regel*, 102 s.

ex hac compositione sunt desumpta. Articulus 12 his praescriptionibus modo naturali finem ponit.

Ast c. XI reassumit conditiones ad receptionem requisitas pro quibusdam personarum classibus. Ordinatim locum tenere debuisset in capitulo praecedenti ante n. 12. Sed tantum ab illo capitulo differt quoad expositionis claritatem et purum dicendi genus quantum ad redactionem diversam absque dubio dicere licet. Ibidem etiam novum potestatis principium invenimus, nam prima vice occurrunt illa verba: *nisi saniori parti fratrum placuerit,* c. XI, n. 3.

Demum duodecimum Regulae capitulum ut ultima redactio nobis apparet. Est quasi officialium constitutio. Nam Visitator qui tantum semel in secunda Regulae parte apparuit, hic quinque vicibus memoratur, semper cum auctoritate crescente (nn. 1; 2; 4; 5; 7). Etiam potestas loci vel rector hic inseritur; novum officium nuntiorum (n. 6) instituitur; et ea quae dicta fuerant antea (c. VII, n. 2 et c. X, n. 4) hic reassumuntur.

Videntur ergo c. VI, n. 3, post an. 1221; c. VI, nn. 4–6 post 21 maii an. 1227 introducti fuisse; cc. VII–XII diversis temporibus inter 21 maii an. 1227 et 20 maii an. 1228 (1).

***

Hisce dictis de compositione et indole Regulae antiquae prout in Capistranensi (C) et Regiomantana (R) apparent, iam nunc inquirere volumus de antiquitate harum Regularum, nempe C R et Marianae (M).

Pro hac parte, exclusionis methodum adhibemus. Et primo quidem quoad M.

M prouti iacet, procul dubio recentior est quam C et R. Nam signa non obscura evolutionis in organisatione necnon et variis officiis quae, ut supra indicavimus, in corpore Regularum C et R invenimus, in M non apparent ob novam redactionem quam subiit. Cuius redactionis causa, ordinatio-

(1) Goetz, *Die Regel,* 105 dicebat de C., « sie kommt mir nicht wie eine Regel, sondern eher wie eine jener Zusammenwürfelungen vor, an denen die ältere Franziskanerlitteratur leider so reich ist ».

nes quae variis in capitibus Regularum C et R positae, quamvis ad unum idemque obiectum referebantur, apud M in unam rubricam sub uno capite collectae sunt et reductae. Ad quod accedit quod tres priores praescriptiones quae apud C in additamentis c. XIII, nn. 1–3 reperiuntur, apud M in corpore Regulae insertae sunt. Aetas igitur redactionis M determinanda erit ubi de aetate illarum trium ordinationum agetur.

Ad iudicandum vero de antiquitate Regularum C et R, unice ad varias lectiones attendimus, speciatim quae occurrunt in inscriptione Regulae, titulis capitum eorumque divisione et quibusdam praescriptionibus in textu Constitutionis.

Regulae Inscriptio

C	R
Incipit regula et vita fratrum vel sororum poenitentium. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Memoriale propositi fratrum et sororum de Poenitentia in domibus propriis existentium inceptum anno Domini M°CC°XXI° tempore Gregorii noni papae, XIII° cal. iunii, indictione prima, tale est.	Incipit tercia regula beati Francisci de penitencia in domibus propriis existencium. Memoriale propositi fratrum vel sororum de penitencia in domibus propriis existencium inceptum anno domini MCCXXI tale est.

Tituli capitulorum

	C		R
I	De modo vestium	=	I
II	De abstinentia	=	II
III	De ieiuniis	=	III
IV	De orationibus	=	IV
V	Quando debent ire ad matutinum	—	—
VI	De confessione et communione et aliorum satisfactione et de armis non sumendis et iuramentis non praestandis	=	V
VII	De missa et congregatione cuiusque mensis	=	VI
VIII	De operibus misericordiae et testamentis et discordiis reformandis	=	VII

IX	De fratribus defunctis	— —	
X	De testamentis faciendis		
—	—		VIII De recipiendis (1)
XI	De contemptione et suspicatione hereticorum	=	IX De correccione et dispensacione, et officialibus.
XII	De culpis dicendis		

Dispositio praescriptionum in variis capitulis Regularum.

C	R	M (2)
I, 1-7	I, 1-4	III, 13-17; IV, 18-19
II, 1-6	II, 5-7; III, 8a	V, 26-31
III, 1-4	III, 8b-9	V, 32-35
IV, 1-5	IV, 10-11	VI, 36-39
V, 1	IV, 12	VI, 40
VI, 1-6	V, 13-15	IV, 20b-25
VII, 1-4	VI, 16-18	VII, 41-44
VIII, 1	VII, 19	VIII, 48
IX, 1-3	VII, 20-21	VIII, 49-51
X, 1-12	VII, 22-24; VIII, 25-29	VIII, 45-47; IX, 52; II, 3-11.
XI, 1-3	VIII, 30-32	I, 2; II, 12; IX, 56
XII, 1-7	IX, 33-37	IX, 53-55; 57a; 58; 60

Lectiones variantes in C et R.

C c. II, n. 3.	R c. II, n. 6.
Aliis vero diebus non ieiunandis liceat comedere caseum et ova.	Aliis vero diebus non ieiunandis liceat comedere caseum, ova et cetera cibaria sagiminis diversitate condita.

C c. IV, nn. 3-4.	R c. IV.
Sed cum ad ecclesiam non vadunt, dicant pro matutino psalmos quos dicit Ecclesia vel alios quoscumque XVIII psalmos vel saltem *Pater Noster*, ut illitterati 4. In omnibus horis... [usque] 5.	Omittit.

(1) Hic titulus deest in originali. Cf. Lemmens, *Regula antiqua*, AFH VI, 241 et 248. (2) Hic divisionem praescriptionum Regulae M addidimus, pro commoditate lectoris.

C c. VI, n. 2.	R c. V, n. 13b.
De decimis praeteritis satisfaciant et de futuris praestent.	Reconcilient se proximis; aliena restituant; de decimis preteritis satisfaciant et de futuris prestent.
C c. X, n. 6b.	**R c. VIII, n. 26c.**
... et de alienis satisfaciat, numerata pecunia vel cautione pignoris data. Proximis...	... et de alienis satisfaciat. Proximis...
C c. X, n. 8.	**R c. VIII, n. 27b.**
... quae hic sunt scripta sive scribenda vel minuenda secundum consilium fratrum, toto tempore vitae suae, nisi aliquando de licentia steterit ministrorum.	... que hic scripta sive scribenda vel minuenda, quod de licentia steterit ministrorum.

Ex hac collatione Regulae C cum R, diversitates non spernendae inter has Constitutiones apparent, quae Regulam R recentiorem quam C ostendunt. Etenim inscriptio R *tercia regula beati Francisci* valde mira est ea aetate et certe minus antiqua videtur (1) quam inscriptio C, quae etiam in Regula Veneta (2) legitur. Quoad divisionem Regulae in variis capitulis, melior ordinatiorque est ordo apud R ut ex schemate patet (3). Inter lectiones autem, praeter eas quae negligentiae scribae debentur, e. g. R, c. IV, notatu digna est illa quae occurrit in R, c. II, n. 6, ubi dicitur *et cetera cibaria... condita.* Haec enim sumpta sunt ex Humiliatorum privilegiis concessis a Gregorio IX et addita fuere in prima parte Regulae (4). Ad hoc accedit quod redactio Regulae R ad C sese refert.

Quoad aetatem Regulae C, cc. I–XII, arbitramur inscriptionem fideliter dare diem et annum eiusdem redactionis, sc. 20 maii 1228.

Quaestioni vero an constitutio C fuerit imposita et communis omnibus fraternitatibus necne, breviter respondere intendimus. Sabatier hypothesim sequentem proponit (5): « La

(1) K. Müller, *Zur Geschichte*, 519.
(2) Mandonnet, *Les Règles*, 177, saltem pro prima parte.
(3) Lemmens, *Regula antiqua*, AFH VI, 244.
(4) Potthast, 7916; Tiraboschi, *Vetera Humiliatorum Monumenta*, t. II, Mediolani 1767, 1587.
(5) *Regula ant.*, 17 s., nota 1.

présence de Grégoire IX à Assise du 26 au 31 mai est rendue certaine par son itinéraire (v. Potthast, *Regesta*, t. I, p. 706), mais ce que dit 1 Celano (122 s., III opusculum), rend cette présence très probable les jours qui précèdent... Je crois donc être autorisé à penser qu'à ce moment Grégoire IX aura fait un effort tout particulier pour amener la règle des Pénitents à être en harmonie avec ses projets. Tout cet ensemble de données cadre d'ailleurs fort bien avec un renseignement donné par les Annales Wormatienses, à l'année 1227: Ordo Poenitentium eodem anno a papa confirmatur (Pertz, *Script.*, t. 17, p. 75) ».

Ut hypothesis cl. Sabatier veri similitudine polleret, necesse foret probare Gregorium IX Assisii Regulam Tertii Ordinis approbasse. Ast hoc factum fuisse minime videtur [1]; econtra valde mirandum esset, Gregorium IX aliquam Constitutionem approbasse, in qua nec fratres Minores nec clerus saecularis ut rectores fraternitatis expresse apparent. Quoad approbationem, de qua Annales Wormatienses, in alio scripto vestigium eiusdem non invenitur. Annon esset fortassis allusio ad bullam *Detestanda*?

Conclusio, quam studium Tertii Ordinis Regularum nobis suggerit est ista: Praescriptiones C, cc. I–VI, 2; R, cc. I–V, 13, efficiunt vivendi normam, quam Hugolinus composuit; contra C, cc. VII–XII; R, cc. V–IX, in sinu plurium fraternitatum exortae sunt. Communicatione vero harum praescriptionum secunda pars Regulae facta est. Sic constitutio C non est nisi copia unius huiusmodi Regulae prout an. 1228, 20 maii iam existebat; R posterior est C, et ita M.

* * *

Ultima pars nostri laboris, nempe discussio additamentorum, maximi est momenti, quippe quod horum ope, pro quibusdam fraternitatibus completa Tertii Ordinis historia usque ad constitutionem Nicolai IV confici potest. Quare diligenti examini ea quae nobis praebent C R et M [2] sunt subiicienda.

---

(1) Goetz, *Die Regel*, 104.

(2) Hunc ordinem servamus, quia antiquitati Regularum respondet.

Iam primo intuitu clare apparet hypothesim P. Mandonnet, sc. additamenta C communia fuisse omnibus totius Italiae fraternitatibus de Poenitentia [1], per adiuncta R infirmatam et per reconstructionem M penitus subversam esse.

Sed ad singula Regularum adiuncta descendere oportet.

Quoad varia capitula additamentorum, nulla relatio exstat inter C et R ex una parte et inter R et M ex altera. Pro C et M vero, nn. 4–12 adiunctorum C [2] reperiuntur iisdem fere verbis in cc. XI, XII. Additamenta nn. 13–15 C apud M non reperiuntur, ast in eorum loco adsunt capitula XIII et XIV.

In primo tamen capitulo adiunctorum trium Regularum C R M notatu digna sunt sequentia: In additamentis C, ad c. XIII, non adest ordo in praescriptionibus secundum ordinem ipsius Regulae, nam n. 1 refertur ad c. X; n. 2 ad c. IV; n. 3 ad c. VI; nn. 4–7 ad c. VII; nn. 8–9 ad c. XII; nn. 11–15 ad c. X. Adiuncta potius ex fraternitatis necessitatibus hic et nunc manifestatis, quam plura ordinate redigendi causa orta sunt.

Quoad adiuncta R in primo capitulo, ordinem Regulae servant: n. 1 refertur ad c. II; nn. 2–3 ad c. III; n. 4 ad c. IV; nn. 5–7 ad c. V; nn. 8–11 ad c. VI; n. 12 ad c. IX.

Ordinationes c. X, Regulae seu primum capitulum additamentorum M, in eodem ordine ac Regula sunt dispositae. Sic nn. 1–2 referuntur ad c. II; nn. 3–4 ad c. V; n. 5 ad IX [3].

Additamenta ergo primi capituli fraternitatum, ubi R et M viguerunt, in eo consonant quod in stricto sensu constitutionum locum tenent. Per mulctas, ieiunia et alias poenas in R, per persuasionis media in M coercitio delinquentium obtinetur.

---

(1) *Les Règles*, 204.

(2) Ut supra diximus, nn. 1-3, c. XIII Regulae C in corpore ipsius Regulae M inveniuntur.

(3) Cf. tamen ea quae supra p. 25 dicta sunt.

En brevis conspectus dispositionum horum additamentorum.

C				R				M			
nn.	1	cc.	X	nn.	1	cc.	II	nn.	1-2	cc.	II
»	2	»	IV	»	2-3	»	III	»	3-4	»	V
»	3	»	VI	»	4	»	IV	»	5	»	IX
»	4-7	»	VII	»	5-7	»	V				
»	8-9	»	XII	»	8-11	»	VI				
»	11-15	»	X	»	12	»	IX				

De tempore vero quo additamenta nn. 1–12 c. XIII Regulae C introducta sint nunc videamus.

P. Mandonnet additamenta C, nn. 1–10, c. XIII ante 1228 redacta esse censuit [1], duas praesertim ob rationes. 1) Propter Regulae C inscriptionem. In qua inscriptione et Regulam ipsam et additamenta nn. 1–10 comprehendi arbitratus est. Sed minus recte, ut ab omnibus auctoribus de hac materia tractantibus ostensum fuit, et ut ex dicendis patebit. 2) Ex verbis in n. 4 adiunctorum occurrentibus: *petant unum fratrem Minorem de conventu*, argumentum sumit ut copiose agat de difficultatibus in Ordine fratrum Minorum, inter fratres spirituales nempe et Eliae sequaces ac de utriusque partis maiore minoreve influxu in Tertium Ordinem, ita ut illa additamenta et immediate sequentia quasi fratrum Conventualium actioni deberentur [2]. Quae minus recta videntur, eo quod Poenitentium vestigia in hisce controversiis tunc temporis non inveniuntur, indeque arctissima illa connexio Primum inter et Tertium Ordinem nequit inferri.

Ad determinandum tempus quo redacta fuerint adiuncta, potius ad documenta pontificia quam ad hypotheses recurrendum esse putamus.

Bullae quamplurimae in favorem fratrum de Poenitentia usque an. 1289 exclusive concessae, in tres series distribui possunt. Prima pars complectitur litteras datas ab an. 1221

---

(1) *Les Règles*, 165.
(2) Ibid., 162; 193-199.

usque ad an. 1246 (¹); secunda ab an. 1247 ad an. 1248 (²); tertia demum ab an. 1251 ad an. 1264 (³).

Quoad primam temporis periodum (1221–1246); quatuordecim sunt bullae quae fratrum necessitates ex una et remedia ex altera parte ostendunt. Quarum *Detestanda* et *Ut cum maiori*, maximi ponderis sunt, quippe quae persecutionibus paulatim finem fecerunt. Istius periodi vestigia in omnibus Regulis hucusque notis inveniuntur. Et primo quidem pro *Detestanda*, in C, c. VI, n. 4; R, c. V, n. 15; M, c. IV, n. 24.

Bulla *Detestanda.*	**Reg. Capist.** VI, n. 4.
... Inde nobis humiliter supplicastis ut vobis indulgere misericorditer dignaremur ne aliquod iuramentum, nisi forsan *pacis* et *fidei*, *calumniae* vel *testimonii* facere teneamini... Nos... *indulgemus*.	Omnes a iuramentis solemnibus abstineant, nisi necessitate cogente in casibus a summis pontificibus exceptis in sua *indulgentia*, videlicet pro *pace*, *fide*, *calumnia* et *testimonio*.

Insuper durante ista periodo Fraternitatum regimen internum pro magna parte mutatum fuit. Ad quod plenius in-

(¹) *Significatum est*, 16 dec. 1221, BF I, 8; *Cum illorum*, 1 dec. 1225, BF I, 19; *Nimis patenter*, 26 maii aut 25 iun. 1227, BF I, 30; *Detestanda humani*, 21 maii 1227 (cf. R. Davidsohn, *Forschungen*, IV, 75), BF I, 39 (30 mart. 1228); *Cum illorum*, 2 aug. 1229, Potthast, 8446 (Wadding, *An. Min.*, II, 604 ad 23 aug.); *Cum dilecti*, 4 iun. 1230, Potthast, 8565, (BF I, 65, ad 7 iun.); *Cum illorum*, 5 apr. 1231, BF I, 71; *Nimis patenter*, 5 apr. 1231, BF I, 71; *Ne is qui bonus*, 15 mart. 1233, BF I, 99; *Ut cum maiori*, 21 nov. 1234, BF I, 142; *Ex parte dilectorum*, 6 sept. 1236, *Arch. Arcispedale S. Maria Nuova*, Firenze, « *Bolle e Brevi* »; *Gaudemus in Domino*, 27 iulii 1239, BF I, 271; *Dilectis filiis*, 30 iul. 1244, in *Biblioteca della Società storica Subalpina*, vol. XXX, *Le carte dell'Archivio Capitolare di Tortona dal 1221 al 1313*, 166–168; *Avido semper*, 21 ian. 1246, Fineschi, *Memorie istoriche degli uomini illustri di Santa Maria Novella*, Firenze 1790, 150 ss.; *Intentos cultui*, 15 mart. 1246, BF *Epitome*, p. 39, n. 402.

(²) *Vota devotorum*, 13 iun. 1247, BF I, 464; *Vota devotorum*, 5 aug. 1247, BF I, 476; *Cupientes*, 24 sept. [25 aug.] 1247, BF I, 492; *Licet vos*, 10 nov. 1248, Potthast, 13073; BF *Epitome*, p. 50, n. 518.

(³) *Cum sicut*, 4 nov. 1249, BF I, 532; *Sua nobis dilecti*, 5 dec. 1251, Potthast, 14429; cf. AFH VII, 1914, 229; *Detestanda*, 11 april. 1252, BF *Epitome*, p. 59, n. 609; *Pia desideria*, 27 apr. 1255, BF II, 42; *Cum illorum*, 20 ian. 1258, Potthast, 17158; BF *Epit.*, p. 97, n. 986; *Pium arbitrantes*, 5 iul. 1264, BF II, 570; Meritis vestrae devotionis, 1267, BF *Epit.*, p. 131, n. 1304.

telligendum, inter Visitatorem Regulae antiquae et illum additamentorum comparationem instituemus ([1]). Visitatoris munus saec. XIII, sensu canonico, a cl. Sabatier sequenti modo describitur: « Le mot de *Visitator* désigne d'ordinaire des inspecteurs chargés avant tout d'assurer le fonctionnement régulier de la discipline, ce sont les dignitaires de la police ecclésiastique » ([2]). In constitutione antiqua Visitator nobis apparet ut corrector (cap. I, n. 6; X, n. 9; XII, nn. 1, 2, 4, 7) et ut dispensandi potestate praeditus (cap. XII, n. 5). In additamentis vero Regulae C de hoc munere nihil superest nisi nomen, et officium Visitatoris ut aliquid honorificum evadit ([3]). In ordinatione 2ª capitis XIII, ut speciali aliqua potestate pollens apparet, sed tam tenui quod iam pro nihilo reputanda sit: *Item Visitator de consensu ministrorum et aliorum fratrum dat licentiam fratribus non eundi ad ecclesiam aliquo tempore*... In aliis circumstantiis illud officium aequiparatur officio Ministrorum, nam semper quando de illo agitur dicunt adiuncta: *Visitator et ministri*, aut *Visitator vel ministri* (c. XIII, nn. 1, 4, 6, 9, 13, 14, 15).

Quaenam autem fuit potestas, quae tam brevi tempore fraternitatum regimen internum subvertit? Hoc per litteras pontificias factum fuisse ex re perspicitur, scilicet per litteras *Ut cum maiori* ([4]). In his, Visitatoris munus ab aliquo fraternitatis membro ad Episcopum vel eius delegatum transfertur et de Visitatore, sicut in Regula adest, nihil remanet nisi nomen cum potestatis simulacro: *Apostolica auctoritate mandamus quatenus ad visitationem et correctionem eorum quilibet* [*Episcopus*] *in sua dioecesi solicite intendentes.*

In additamentis R e contrario, Visitator sicut eum vult bulla *Ut cum maiori*, nobis apparet. In capitulo I, n. 12 legimus: *Ministri... petant... a Visitatore vel ab aliquo* [*de*] *domo Visitatoris, si Visitator abesset, quod placeat ipsi Visitatori* [*venire*] *et facere generalem correccionem de omnibus fratribus de penitencia* ([5]).

([1]) Pro ceteris officiis fraternitatis cf. Mandonnet, *Les Règles*, 182 ss. K. Müller, *Zur Geschichte*, 501 ss. ([2]) *Regula ant.*, 19, n. 1.

([3]) Müller, *Zur Geschichte*, 502-503.

([4]) BF I, 142. ([5]) Lemmens, *Regula ant.*, AFH VI, 250.

In adiunctis capitis X Regulae M, ne una quidem vice occurrit Visitatoris nomen; capitula vero XI, XII apud M se habent ut c. XIII, nn. 4–12 apud C, unde assumpta videntur.

Ex dictis duo nobis patere apparent: 1) Fraternitas, ubi Regula C viguit, nomen Visitatoris in additamentis retinuit, sed eius iurisdictionem, iuxta Pontificis Gregorii IX bullam, Ordinis extraneo confidit; additamenta R M et nomen et munus Visitatoris Episcopo vel eius delegato reliquerunt. 2) Adiuncta C (c. XIII, nn. 1–3) tantum post 1234 introducta fuerunt, a fortiori additamenta R et M.

* * *

Antequam secundae seriei bullarum pontificiarum recensionem faciamus, quaedam breviter dicere volumus de indole fraternitatum de Poenitentia ab an. 1227 usque ad an. 1234.

K. Müller evolutionem officiorum in Regula et in adiunctis C, quoad officium Visitatoris diligenter annotat (1). Pristinam sententiam (2) quoad visitationem ab Episcopo an. 1234 introductam, cui adhaerent Sabatier (3) et Mandonnet (4), mutavit (5). Ast immerito, ut nobis videtur. Nam praeter argumenta, quae supra memoravimus, verba ipsius bullae *Ut cum maiori* (6) nullo modo, ut vult Müller, indicant visitationem iam antea ab episcopis fuisse factam. E contrario, etenim scopus bullae, ut fatetur auctor laudatus, est finem facere persecutionibus a parte episcoporum et aliorum. Iam vero, illae exactiones pro maiori parte ortae sunt, quia vigilantiae Episcoporum non subiectae erant fraternitates. Episcopis igitur imponendo visitationem, eo ipso molestiae cessabant. Haec enim sunt verba Gregorii IX: *Per Apostolica vobis scripta mandamus, quatenus ad visitationem et correctionem eorum quilibet in sua dioecesi solicite intendentes, et habentes ipsos ob reverentiam Sedis Apostolicae et nostram propensius commendatos, nec molestetis, nec permittatis eosdem, quantum in*

(1) ***Zur Geschichte,*** 504.
(2) ***Die Anfänge,*** 143.
(3) ***Regula ant.***, 12.
(4) ***Les Règles,*** 183 ss.
(5) ***Zur Geschichte,*** 505, nota 1.
(6) Vide supra p. 70.

vobis fuerit, molestari indebite. Insuper in Regula officium Visitatoris nullo modo sacerdotem requirit (1). Ex illis argumentis igitur concludimus visitatorem ab an. 1221 usque ad an. 1234 non fuisse fratrem Minorem, nec sacerdotem saecularem sed personam laicam.

Sed an ministeriatus durante eadem periodo in manibus alicuius laici fuerit, non patet. Distinguendum enim est inter primam et secundam partem Regulae (2). In ultima parte, clare apparet, duos ministros, qui tunc fraternitatem localem regebant, fuisse laicos (3); in prima vero parte, de ministeriatu non fit mentio expresse, ex eo quod fraternitas, in genere sumpta, tunc temporis regebatur ab aliquo extra Ordinem Continentium posito, scil. a fratre Minore. Hoc tamen regimen fratris Minoris paulatim evanuit, ita ut an. 1227, — quando Ordo de Poenitentia iam longe lateque dispersus et in congregationibus localibus constitutus erat — duo fratres cuiuscumque fraternitatis ut rectores ipsius adsunt (4). Hic est sensus obvius testimonii Bernardi a Besse (5): *Istis a principio frater assignabatur Minister, sed nunc suis in terra dimittuntur Ministris, ut tamen a fratribus tamquam confratres et eodem patre geniti consiliis et auxiliis foveantur.* Pars ultima textus manifesta est allusio ad officium Visitatoris, suo tempore a fratribus Minoribus gestum.

Ergo fraternitates de Poenitentia, ubi Regulae C et R viguerunt extra regimen et visitationem cleri regularis et saecularis stabant ab an. 1227 usque ad an. 1234 (6).

---

(1) Cf. Mandonnet, *Les Règles,* 183 ss.; Müller, *Zur Geschichte,* 502 ss.; 505, nota 3. (2) Vide supra p. 53-57.

(3) Cf. Mandonnet, *Les Règles,* 181; Müller, *Zur Geschichte,* 501 s.; 505, nota 3. (4) Reg. Capistr., c. VII-XII. (5) *An. Franc.,* t. III, 686.

(6) Marianus etiam in isto sensu explicat textum laudatum. [f. 130r-v] *Onde, come scrive frate Bernardo da Bessa compagno di sancto Bonaventura nel libro de' Tre stati della religione, haresti veduto infra questi Tertiani* (sic) *nobili homini cavalieri et grandi militi et altri grandi homini secondo el mondo con mantelli honesti involuti in pelle nere, così in humili vestimenti vestiti come in humile cavalcature cavalcare, et così modestamente conversare che solo risguardandoli non dubiteresti non fussino homini timenti Dio. Alli quali in questo principio era asegnato loro in ministro uno frate Minore, ma al presente in tale modo sono lasciati sotto la cura de' ministri electi di loro medesimi, che sieno nutriti con consigli et adiuti de' frati Minori come fratelli da uno medesimo padre generati.*

***

In secunda periodo, scil. ab an. 1247 ad an. 1248, quatuor prodierunt litterae pontificiae. Bulla *Vota devotorum* bis repetitur. Prima totius Italiae et Siciliae respicit fraternitatum regimen; secunda fraternitatum Lombardiae; tertia autem agit de fautorum Frederici II, post eorum conversionem, acceptatione in Tertio Ordine; quarta iterum ad Lombardiae fraternitates mittitur, eo quod a bullae *Vota devotorum* praescriptionibus eximuntur (1).

Periodus ista Tertii Ordinis historiam magni interest, quia vestigia non obscura in Regulae additamentis reliquerunt. Notandum primo, quod Visitatoris munus — in sensu bullae *Ut cum maiori* — in fratres Minores transfertur. Dicit enim Pontifex Innocentius IV: *Mandamus per vos [Provinciales] et fratres vestri Ordinis ad hoc idoneos, Visitationis officium impendentes.* Insuper Regulae antiquae ordinatio (Capist. VII, 3) *Si commode possunt, habeant unum religiosum in Dei verbo instructum qui eos moneat...* », evanescit (2), eo quod frater Minor Visitator, etiam fraternitatis fit instructor: « instruentes ». Haec, conferendo textus, melius illustrabuntur. Nam omnia quae in bulla continentur etiam in Regulae additamentis reperiuntur.

Bulla *Vota devotorum.*	Reg. **C**, cap. XIII.
Mandamus, quatenus ipsis opportunis temporibus, per vos et fratres vestri Ordinis ad hoc idoneos visitationis officium impendentes, et instruentes Regularibus disciplinis, corrigatis et reformetis eosdem, tam in capite, quam in membris, quae correctionis et visitationis officio noveritis indigere.	n. 4 Rogatur frater Minor de conventu (3) cuius consilio fraternitas regatur. n. 5 Si ille discedit, alius petatur, ut semper a fratribus Minoribus regatur fraternitas. n. 6 Conveniant prima dominica cuiuslibet mensis. n. 8 Capitulum culparum fit.

(1) Vide supra p. 69, nota 2. (2) Immerito Visitator et religiosus, de quo in Regula C, c. VIII, 3, a Sabatier identificantur: *Regula ant.*, 19, nota 1; cf. Müller, *Zur Geschichte,* 502-507.

(3) Frater de conventu. Haec locutio nonnisi circa medium saec. XIII invenitur. Cf. BF I, 538; L. Palomes, *Dei Frati Minori e delle loro denominazione,* Palermo 1897, 5 ss.; H. Holzapfel, *Manuale historiae Ord. Frat. Min.,* 71 s. Ergo nomen: *frater Minor de conventu,* ad hoc tempus refertur historice. Cf. Müller, *Zur Geschichte,* 506.

Ad thesim nostram firmandam adhuc argumentum adducemus. In additamentis R haec omnia desunt. Et recte quidem. Nam Regula ista in partibus Bononiae et finitimis terris utique viguit, ut ex ipsius indole patet (1); ast Innocentii IV bulla de qua supra, pro tota Italia data (2), sed postea rogantibus fraternitatibus pro Lombardia — inter quas Bononia — retractata fuit (3).

Ex quibus concludendum nobis videtur, additamenta nn. 4–10, unum quid efformantia, post an. 1247 in C constitutione assumpta esse.

* * *

In tertia temporis periodo ab an. 1251 ad an. 1264, plures bullae pontificiae in favorem Tertii Ordinis datae sunt (4). Quarum bullarum nullum vestigium adest in additamentis hucusque notis. Proinde fraternitatum regimen, anno 1247 mutatum, procedente tempore conservatum fuisse videtur (5).

Ergo additamenta Regularum hucusque notarum C, R, M vestigia prae se ferunt non obscura dependentiae immediatae a bullis pontificiis. Inde post earum promulgationem scripta fuisse, necesse est.

Difficilius tamen est, accurate determinare tempus quo nn. 11–15 c. XIII Regulae C introducti fuerint. Certum est inter redactionem n. 10 et n. 11 aliquod tempus exstare ob attestationem in n. 10: *nulla nova constitutio fiat nisi de maioris partis huius fraternitatis consilio et assensu* (6). Eodem modo inter nn. 11–12 et nn. 13–15. Nam nn. 11–12 adsunt in additamentis Regulae M, desunt vero nn. 13–15. Si

(1) Lemmens, *Regula ant.*, AFH VI, 244 s.

(2) BF I, 464, *Vota devotorum.*

(3) C. Eubel, BF *Epit.*, *Licet vos*, 50, n. 518.

(4) Vide supra p. 69, nota 3.

(5) P. Mandonnet ut ostendat visitatorem laicum fuisse saltem ab an. 1257-1274, in medium vocat epistolam sic dictam s. Bonaventurae. Sed epistola non videtur esse authentica. Cf. *Opera Omnia*, VIII, LXIX-LXX; K. Müller, *Zur Geschichte*, 499, nota 1; cf. Golubovich, *Acta et Statuta Generalis Capituli Tertii Ordinis Poenitentium D. Francisci Bononiae celebrati an. 1289*, AFH II, 63-71, ubi ostenditur illam organisationem fraternitatum in provincias tantum incepisse circa an. 1289.

(6) P. Mandonnet, *Les Règles*, 165-167.

igitur parvus numerus adiunctorum C attenditur ex una parte et ex altera affinitas C cum M [1], quae adhuc duo alia capitula XIII et XIV addidit, iam verisimile est haec ultima additamenta ante 1260 non fuisse introducta. Et ideo tota historia harum fraternitatum, ope adiunctorum confici potest.

Ultima quaestio nunc ponitur: sc. num inter spatium temporis 1228 quando Regula C introducta est et inter 1289, quando Nicolaus edidit bullam *Supra montem*, alia Constitutio Tertii Ordinis viguit?

Regula a Waddingo edita [2] videri posset medium tenere inter C et N, ex eo quod in Regula Waddingi desunt ea quae Nicolaus IV mutavit prouti legere est in bulla *Unigenitus* [3]. Sic sentiit P. Mandonnet et Regulam istam an. 1234 compositam fuisse arbitratus est [4]. Ast immerito, ut ostendit K. Müller, quia fontes a Waddingo adhibiti, omnes habent Constitutionem prout in bulla *Supra montem* continetur [5].

---

(1) Non tamen ad verbum respondent Capistranensibus adiunctis additamenta Mariana. Sic C, c. XIII, n. 6; M, c. XI, n. 9 alio modo concipiuntur.

Capistr. c. XIII, n. 6.	**Marianus** c. XI, n. 9.
Item omnes fratres conveniant in prima dominica cuiuslibet mensis ad missam in loco fratrum Minorum, nisi remaneant de licentia visitatoris vel ministrorum, propter aliquam legitimam causam. Et similiter eodem die conveniant ibidem post nonam.	Tucti li frati et sore convenghino insieme ogni prima domenica di ciascheduno mese dopo nona in loco de' frati Minori, nessuno si exempti senza alcuna legittima cagione et con licentia del visitatore o de' ministri.

(2) *B. P. Francisci Assisiatis Opuscula,* 223-232. (3) BF IV, 167 s.

(4) *Les Règles,* 206-245; nuperrime etiam W. Seton, *A fifteenth-century Courtesy Book and Two fifteenth-century franciscan Rules,* 31-33.

(5) *Die Anfänge,* 118 ss.; *Zur Geschichte,* 520-523. Immerito tamen K. Müller (ibid. Editionem anni 1880 qua usus est Müller, prae manibus non habemus), anceps haeret an codex Assisiensis ad quem refert Waddingus (ibid. 221), eamdem Regulam exhibuerit ac illam ab Annalista editam. Nam Waddingus implicite innuit istum codicem antiquiorem esse sua Regula. Dicit enim in *Adnotationes in Reg. Tertiar.*: « In nomine, etc. Regulam hanc, eo modo quo ab ipso Francisco conscripta vel tradita fuerit, videre non licuit apud quempiam, sed Bullae Nicolai insertam eam omnes offerunt. Vetustum quemdam Codicem Ms. in Bibliotheca Minorum Convent. Assis. offendi, qui eam solam et quaedam Hispaniarum monumenta continet. In quibusdam a ceteris discrepat. Ex illo

Negari tamen non potest, quod currente saeculo XIII, variae Regulae et diversae Tertii Ordinis viguerint. Nam omnino verisimile est modum quo constitutio M formata est (¹) etiam ab aliis fraternitatibus adhibitum esse, sc. tempore quo novae congregationes Poenitentium erectae sunt, Regulam iam existentem sumpserunt, sed additamenta in corpus ipsius Constitutionis redegerunt. Sic etiam, quae antea explicatu difficilia erant, plana fiunt.

Haec confirmantur, ex bulla *Unigenitus*, ubi non de transpositione praescriptionum agitur, sed de additione aliquarum ordinationum (²): *Ordinem ipsum approbando, ordinationes nonnullas salutaris persuasionis, nostris litteris in eodem Ordine duximus observandas; inter ceteras eisdem fratribus, paterno consulentes affectu, ut huiusmodi normam vivendi sequerentur et sequendo amplecterentur eamdem.*

Ut finem huic discussioni faciamus, omnia quae diximus, hisce paucis verbis contrahimus:

1. Ordo de Poenitentia non fuit nucleus ex quo Primus et Secundus Ordo successive orti sunt, sed s. Franciscus tres Ordines instituit, tribuens unicuique normam vitae. Card. Hugolinus anno 1221, legatione fungens et inveniens quosdam fratres de Poenitentia composuit Regulam.

---

principium hoc transcripsimus », sc. In nomine Domini, Amen (Ibid., 232, 1). Expresse vero dicit Waddingus, se innixum testimonio Hieronymi a Sorbo, hanc Regulam (Nicolai IV) duxisse, esse factam a s. Francisco (Ibid., 221). Circa modum quo Waddingus constituit Regulam Tertii Ordinis, duo fingere possumus: 1) vel ex Regula Nicolai IV abstulit ea quae ipse Pontifex adiunxit, iuxta ea quae habentur in bulla *Unigenitus*; vel 2) conferendo Regulam Nicolai IV cum Constitutione quae in codice Assisiensi continetur — ubi forsitan additamenta desunt et inde praescriptiones circa visitationem fraternitatum a fratribus Minoribus faciendam — sustulit ordinationem visitationis ex Regula Nicolai IV et insuper mutavit nomen *Francisci* in nomine *s. Michaelis*, sicut in antiquis Constitutionibus continetur, non attendens adiectivo *praedicti*, adiuncto nomini *Francisci*, quia de sancto superius sermo erat in Regula Nicolai IV et addens illud nomini *s. Michaelis*, pro prima vice ibidem occurrenti. Pro ceteris variis lectionibus eamdem methodum adhibuit. Eodem fere modo fecit Waddingus pro Regula Clarissarum sicut legere est apud P. Oliger, mutatis mutandis, pro Clarissarum Regula, cf. AFH V, 430. Immerito Waddingus dicit Regulam Tertii Ordinis Mariani incipere: Si qui voluerint (ibid., LXI).

(¹) Vide supra p. 62s.

(²) BF II, 167

2. Constitutio a Card. Hugolino an. 1221 redacta, reperitur in cc. I–VI, n. 2 Regulae Capistranensis.

3. Cetera capitula Constitutionis Capistranensis VI–XII, si excipiatur n. 3 c. VI, redacta sunt post 21 maii 1227 et ante 20 maii 1228. Haec capitula in pluribus congregationibus redacta sunt. Regula Capistranensis est copia alterius Constitutionis, facta 20 maii 1228.

4. Regimen fraternitatum ubi Regula Capistranensis et eiusmodi Constitutiones viguerunt, ab an. 1227 usque ad an. 1234 erat laicum. In initio, ministeriatus a quodam fratre Minore exercebatur, ab an. 1227 transiit in manus duorum ministrorum laicorum. Visitator ab anno 1221 usque ad an. 1234 fuit persona laica.

5. Regula Capistranensis antiquior est Regulis Regiomontana et Mariana.

6. Quoad additamenta Capistranensia, c. XIII, nn. 1–15, aetas eorum modo sequenti est statuenda: nn. 1-3 post an. 1334 redacta sunt; nn. 4–10 post 1247; reliquae vero ordinationes nn. 11–12 et nn. 13–15 ubi duplex redactio adest, difficilius tempus earum redactionis plane determinari potest.

7. Regula Mariana constat ex IX capitulis et V capitulis additamentorum.

8. Ordo capitulorum in Regula Mariana differt ab aliis Regulis hucusque notis, et illa Constitutio apparet ut evolutio ad illam Nicolai IV in bulla *Supra Montem*.

9. Regula Mariana post an. 1234 redacta fuit. Additamenta nn. 1–3, c. XIII Constitutionis Capistranensis in corpore Regulae Marianae reperiuntur; nn. 4–12, c. XIII respondent cc. XI et XII adiunctorum Regulae Marianae.

10. Regula quam edidit Wadding est illa Nicolai IV, cum quibusdam praeteritionibus et varietatibus ab ipso Annalista introductis.

Ad Claras Aquas.

ANASTASIUS VAN DEN WYNGAERT, O. F. M.

L'ÉCOSSE

PATRIE DU BIENHEUREUX JEAN DUNS SCOT(*)

Dans un article publié, ici-même (1), j'ai cherché de résoudre la question toujours ouverte: Quelle est la patrie du B. Jean Duns Scot? Écartant les prétentions de l'Angleterre comme insoutenables, et me basant sur des témoignages contemporains du Maître Subtil, je concluais en faveur de l'Écosse plutôt que de l'Irlande. Cette étude a été favorablement accueillie par d'éminents critiques. Et la *Scottish Historical Review* (2) avoue même que mon article confirme scientifiquement les conclusions formulées par Mr John Edwards dans son étude: *Duns Scotus: His Life and Times* (3).

(*) SUMMARIUM: Antequam hic pro Scotia, patria Beati Iohannis Duns Scoti, capitale novum argumentum proferatur, necesse videtur prius refellere duos errores: unum, videlicet de Hibernica origine Iohannis exstare quamdam traditionem; alterum, huius traditionis fundamentum in scriptis quoque Subtilis reperiri posse, nempe in *Expositione super Metaphysicam Aristotelis* (lib. VII, c. V, tit. 17). In primis, traditio ista Hibernica tardior est quam ut possit antiquiori obesse. Deinde recentior ista traditio in nullo genuino opere Scoti fundatur. — Rationes omnes pro Scotia alio in loco (AFH, t. X, 1917, 1-16) iam adductae, plene confirmantur antiquissimo quodam codice capituli Dertusensis, sicut et *Libro Procuratorum Nationis anglicanae in Universitate Parisiensi,* ubi perplures Scoti indiscriminatim, sese Scotos vel de Scotia vocitant. Et inter alios ibi occurrit quidam Magister, dictus: *Thomas de Duns Scotus* « *clericus* SANCTI ANDREE DIOCESIS » in Scotia, ubi reapse invenitur pagus *Duns.* [NOTA DIRECTIONIS].

(1) AFH X, 1917, 1-16.

(2) Glasgow, 1919, vol. XVI, 253.

(3) *Ibidem,* vol. IV, 1905, 361. Cette étude passa inaperçue et nous-mêmes nous en ignorions l'existence lors de notre premier article.

Avant d'essayer un nouveau pas vers la solution définitive, il ne sera pas sans intérêt d'examiner deux points préliminaires: I. A-t-il existé une tradition, qui fait naître Scot en Irlande? II. Scot lui-même a-t-il, par ses écrits, donné lieu à cette tradition?

I.

On ne peut nier, que l'existence d'une *tradition constante*, en faveur de l'origine irlandaise de Scot, laisserait facilement présupposer, au moins *a priori*, son fondement historique. Mais cette tradition n'existe pas. On voit bien de célèbres scotistes irlandais *créer une opinion* en faveur de l'origine irlandaise de Scot, mais ils ne parviennent pas à rattacher leur opinion à la tradition du XVe siècle, qui *toute basée sur les témoignages des écrivains de cette époque*, milite en faveur de l'Écosse:

a) Guillaume Vorilong, mort à Rome en 1464, fit un magnifique éloge de Jean Scot, à Paris en 1448. Le célèbre Maître exalte, dans l'Épilogue de son commentaire sur les Sentences, les trois grands Docteurs du moyen âge: Bonaventure, Thomas et Scot. Voici comment il célèbre devant toute l'Université de Paris son Maître préféré: *l'écossais*, Jean Scot:

« Nunc; nunc ad te, amor meus, *o doctor Subtilis Joannes, dictus de Donis*, se convertit lingua mea. Non autumo haut suspicor quemquam in terris viventem tuas laudes dignis celebrare sermonibus, quem mater universitatum Parisius suo in flore et precio tot inter doctorum turmas *Subtilis* nomine insignivit: cuius postmodum Colonie clerus adventum sentiens, universus tibi obviasse refertur. *Te primitus Scotia genuit*, te postmodum Anglia docuit, ubi primo sententias legisti. Rursus suscepit Francia, sed Colonia tenet in tumulo. *O germen ergo Scotie*, o Anglie scientia, o Francie subtilitas, sed o Colonie requies: utinam beata! Mirum unum comperio, quod tot subtilia scribens, in errore non es comprehensus aut aliquo. Hic est, hic est, o patres aptissimi, huius honor studii; mentes suspensas faciens pre stupore; cuius dicta communem transcendunt facultatem; inquisitor maximus ve-

ritatis, redargutor falsitatis, veri archa, legum summa, rerum comperta sanctio: in philosophicis strenuus, in magicis precipuus, in theologicis arduus, in cognitione quam conspicuus! Huic siquidem dixerim bonitatis merito ascribere debeo; cuius poculis suavissimis a iuventute sum nutritus; quem turba angelici concentus suscipiat.

« Hoc igitur doctorum ternario solidatus, hoc in anno merito redarguendum me dicerem, nisi eis aliquas expressissem gratias » (1).

b) Si Vorilong contredit, à Paris, l'opinion irlandaise, un manuscrit de Bâle, de 1442, n'est pas moins catégorique: *Nicolai Boneti metaphysica que est resolutoria modi loquendi, quem habet Iohannes de Scotia* (2).

c) Un beau manuscrit, du Séminaire de Rottenburg copié à Paris en 1461, ne dit pas autre chose dans son colophon: « Explicit tractatus primi principii Parysiensis doctoris subtilis Iohannis Dinis (!), *natione Scoti.* Parisius anno Dom. MCCC°LXI ultima die iulii », fol. 15, Ms. H. 13 (3).

d) Un manuscrit de l'*Étude générale d'Avignon* (4) nous révèle aussi l'opinion de la France méridionale sur notre question. Il rapporte, en effet, au fol. 31 le précieux colophon: « Explicit principium *Iohannis Duns de natione Scoti,* qui aput totum orbem nomen Subtilis adimplevit, cuius memoria et fama in benedictione manet ». Et comme si l'écrivain ne voulait point laisser planer de doute sur l'expression: *Duns de natione Scoti,* il copie les vers sur la mort de Jean Scot:

---

(1) Guill. Vorrilong, *Opus super quattuor lib. Sent.,* Venetiis 1496, fol. 316r.

(2) *Extracta ex scripto Antonii Andree de Arragonia super Metaph., scripta Basilee anno 1442,* per Joh. Kerch de Giengen (fol. 146), in *Catal. codicum lat. Bibl. regiae Monacensis,* sec. And. Schmellerii, Monachii 1878, t. I, part. III, p. 210, n. 1682-18788 (Teg. 788).

(3) F. Ehrle, S. J., *Die Ehrentitel der Scholastischen Lehrer des Mittelalters* (= Sitzungsberichte d. Bayer. Akad. d. Wiss.), München 1919, 53.

(4) *Catalogue gén. des Biblioth. des départem.,* t. 27, (*Bibl. d'Avignon,* t. I), p. 238, n° 328 [196]. I. M. Mucciolo, *Catalogus Biblioth. Malatestianae,* Caesenae 1780, t. I, p. 67, Plut. XVIIe, cod. II du XIVe siècle, donne déjà cette poésie, avec quelques variantes, mais sans les deux derniers vers.

Scotia plange, quia periit tua gloria rara:
Funde precem, confunde necem, tibi cum sit amara.
Quam fera, quam nequam sit mors, tribuens tibi legem
Cum reliquis equam, rapiens ex ordine regem.
Celum, terra, mare nequeunt similem reparare;
Si queris quare? Probet hec editio clare.
Troja luit florem de viribus Hectore fisum;
Sic luo doctorem iuve[ni]li flore recisum.
Ergo, legens, plora; quia non huic subfuit hora,
Sed ruit absque mora, pro quo studens, precor, ora.
Christum implora salvantem te sine mora;
Matrem adora, ut tibi succurrat in hora. Amen.

e) Il y a enfin un manuscrit à l'Université d'Édimbourg, en Écosse, terminé à Paris, par l'Allemand Marquardus Roden, le jour de l'octave de l'Archange s. Michel 1452, contenant: 1° Tractatus questionum de principiis nature, fol. 1–56. — 2° f. 57r: Antonii Andree excerpta ex questionibus super Metaphysicam *Joh. Duns de Scocia*. — *Incip.* « Gyrum celi circuivi sola » ... *explic.* fol. 190r: « qui est Deus benedictus, vivens et regnans super universam creaturam a seculo usque in seculum. Amen. Explicit metaphysica *fratris Johannis Duns de Scocia*, nominatus Doctor subtilis, excerpta per fratrem Antonium Andree de Provincia Arragonie, custodia hyldensi [*lisez Ylerdensi*], completa per me Marquardum Roden de Almania, nunc Parisiis anno dni 1452 in octava s. Michaelis Archangeli » (1).

f) Un témoignage du B. Amédée † 1492, qui fut confesseur du pape Sixte IV, est particulièrement intéressant pour notre question, car il donne les traditions existantes, quand il écrit de Scot dans son Apocalypse: *pro quo decertant Scoti et Anglici*... (2). Antoine d'André, qui enseigna au couvent de Montson au XIVe ou XVe siècle (3), est plus

(1) *A descriptive catalogue of the Western Mediæval Manuscripts in the Edinburgh University Library*, by Catherine R. Borland, Edinburgh 1916, p. 197-8, n° 124.

(2) *De Vita B. Joan. D. Scoti*, Romae 1905, in 4°, p. 24, § L.

(3) W. Schum. *Besch. Verz. d. Amplonianischen, Hands.-Saml. zu Erfurt*, Berlin 1887, F 359 écrit au f. 374r: *Iste questiones sunt in universo undecime quas frater Anthonius Andree determinavit anno quo*

explicite: *qui fuit natione Scotus,* écrit-il [1]. Mariano est plus catégorique encore, que les deux précedents, il dit: *Hic natione de Scotia fuit* [2].

g) Qu'on n'objecte pas que ces textes peuvent s'entendre de l'Irlande comme de l'Écosse. Des passages, recueillis *au hasard* dans les bullaires, prouvent jusqu'à l'évidence qu'aux XIIe, XIIIe et XIVe siècles les Papes entendaient par Scoti les Écossais et par Scotia l'Écosse.

Clément III écrivant, le 13 mars 1188, à Guillaume, roi d'Écosse, s'exprime comme suit: « Clemens episcopus servus servorum Dei charissimo filio Guillelmo *illustri Scotorum regi,* salutem et apostolicam benedictionem » [3]. Célestin III l'appelle lui aussi, le 13 mars 1193: *Scotorum regi* [4]. Innocent III donne encore, en avril 1200, le titre de *Rex Scotorum* à Guillaume, roi d'Écosse [5]. Par contre, quand il défend, le 30 mars 1215, les intérêts d'Irlande il s'adresse au roi Jean d'Angleterre, qui s'intitule lui-même: « Johannes, Dei gratia *rex Anglorum, Dominus Hiberniae,* dux Normanniae et Aquitaniae et comes Andegaviae ... » [6].

Le 17 janvier 1217, Honorius III adresse d'une part, la bulle *Multum fame vestre* [7], à *Willelmo illustri regi Scotie,* pour qu'il cesse de conspirer contre Henri, roi d'Angleterre; et de l'autre, la bulle *Non iam magis* [8] à l'Archevêque de Dublin et aux évêques et prélats d'Irlande, ut eos qui in regno Hybernie *fideles sunt Henrico regi Anglie in sua fidelitate confirment.* Trois années plus tard, le 31 juillet 1220, Honorius mande, par la bulle *Apostolatus officium* [9], Jacques, chapelain et pénitentier papal, comme légat auprès des évêques *Hibernie;* mais un autre exemplaire de cette

---

legit naturalia in Montebono (lisez *Montesono*). Nous devons ce renseignement à l'amabilité de Mgr A. Pelzer, attaché à la Bibl. Vaticane.

(1) AFH X, 1917, p. 8, note 8. (2) *Ibidem,* p. 14.

(3) *Bullarium Romanum,* Augustae Taurinorum 1858, t. VIII, p. 59.

(4) *Ibidem,* p. 84. (5) Potthast, *Reg. P. Rom.,* t. I, n. 1022.

(6) Migne, *Patr. lat.,* t. 217, (Innoc. III, opera, t. IV), col. 247.

(7) Presutti, *Reg. Hon. III,* Romae 1888-95, t. I, p. 44, n. 245.

(8) *Ibid.,* p. 45, n. 246.

(9) A. Theiner, *Monumenta Hibernorum et Scotorum historiam illustrantia,* Romae 1864, p. 15, n. 35.

bulle est expédié au roi *Scotie*, pour l'accréditer en même temps dans ce dernier royaume (1).

Le 14 novembre 1275, Grégoire X accorde à Édouard Ier, roi d'Angleterre, en vue de la croisade projetée par le concile de Lyon, la dîme sur les bénéfices de l'Angleterre, de l'Irlande, du pays de Galles *et même de l'Écosse*, si Alexandre III, roi de ce pays, y consent (2).

Le 17 juin 1285, Honorius IV enjoint à l'évêque de S. Andrew, *in Scotia*, de vendre aux Prêcheurs de Veranico le couvent des Frères de la Pénitence de J.-C. (3). Le 5 juillet de la même année le Pape protège, près du roi d'*Ecosse* les trésoriers des fonds de la croisade (4). Sept jours plus tard il recommande aussi au roi d'*Angleterre*, Édouard Ier, les banquiers florentins, qui gardaient les fonds pour la Terre-Sainte (5). Dès le 20 avril 1285, le Pape avait envoyé comme légats *in regnis Anglie et Scotie, Hybernie et Wallie*, Gautier Wellensis et Hélie de Hauvilla, pour protéger les intérêts de la Terre-Sainte (6).

L'année même où le Ministre général, Gondisalve, envoya Scot à l'Université de Paris, Benoît XI expédia Gérard comme légat dans les royaumes d'Angleterre, d'Irlande, d'Écosse et de Galles (7). Nous pourrions multiplier les citations prouvant que les Papes distinguaient nettement l'Écosse de l'Irlande et les Irlandais des Écossais ou *Scoti*...

Après la mort de Jean Duns Scot, Jean XXII nomme toujours les Irlandais *Hibernicos* et les Écossais *Scotos* (8). Et l'Astesanus dédie, en 1317, sa célèbre *Summa de casibus* (9)

(1) Presutti, l. c., t. II, n. 2391.

(2) J.-B. Martin, *Conciles et bullaire du dioc. de Lyon*, Lyon 1905, p. 471, n. 1947.

(3) A. Theiner, l. c., p. 131, n. 288.

(4) *Ibid.*, p. 133, n. 295, et M. Prou, *Regist. d'Hon. IV*, Paris 1888, col. 56, n. 66.

(5) T. Rymer, *Foedera... inter reges Angliae et alios,...* Hagae Comitis 1745, t. I, III, p. 5.

(6) A. Theiner, l. c., p. 130, n. 287.

(7) Grandjean, *Registres de Benoit XI*, Paris 1906, col. 745-753, n. 1213-1220.

(8) Raynaldi, *Annal. eccl.*, ann. 1317, n. 42-45.

(9) Venetiis 1480, fol. 2, col. C.

au card. Jean Gaetani, citant *frater Iohannes Scotus famosissimus et subtilissimus* parmi ses sources.

Un ouvrage du Maître Aug. Alph. Vargas de Tolède, prouve qu'on avait d'exactes notions géographiques, à l'Université de Paris en 1345. Son commentaire (1) du Lombard indique exactement la nationalité des théologiens qu'il combat en donnant leur lieu natal ou leur patrie. *Johannes Scotus* a souvent l'honneur d'être combattu par Vargas. En son commentaire, de 1345, Alphonse prouve que Scot faisait école; car plusieurs fois il écrit: *contra Scotum et suos* ou *sequaces*. On voit enfin qu'il discute et combat les opinions *Anglorum* et *Hibernorum* (2).

Au XIVe et XVe siècle, il ne peut donc être question que d'une tradition en faveur de l'Écosse et des Écossais et l'*opinion* qu'on essaya de créer, plus tard, a contre elle *l'ancienne* tradition de l'Ordre.

II.

Trouve-t-on dans les écrits authentiques de Duns Scot des textes qui font croire à son origine irlandaise?

E. Pluzanski, inclinant pour l'opinion irlandaise, présente fort bien un argument de Cavellus: « Pour conserver Duns Scot à l'Irlande, ses éditeurs irlandais produisent un argument psychologique qui est assez ingénieux. Dans l'Exposition sur les douze livres de la Métaphysique, publiée parmi les œuvres de Duns Scot, on lit au livre VIII, texte 17: « Dans la définition du *blanc*, *homme* n'entre pas nécessairement, mais c'est le contraire dans la définition de *saint François* ou de *saint Patrice* ». Voilà le cri du cœur, selon Wadding, voilà « les noms qui viennent d'eux-mêmes sur les lèvres d'un *franciscain irlandais!* Mais, fait remarquer M. Renan, cette Exposition elle-même porte à la fin cette mention qu'elle a été rédigée par Antonio Andrea, d'après des notes conservées de l'enseignement de Scot. Soit, dirons-nous,

(1) *Incipit lectura sup. I Sent. edita eximio doct. fr. Alphonso de Toledo... O. F. H. S. A.*, Venetiis 1490, sans pagination.

(2) *Ibid.*, dist. 34, q. 1, tit. 4.

mais Andrea était Aragonais: il n'eût pas inventé l'exemple de Patrice, s'il ne l'avait pas recueilli de Duns Scot, et l'argument ne nous paraît pas à dédaigner » (1).

Sans doute l'argument est spécieux et aurait sa valeur psychologique. Mais, déjà, bien avant E. Renan, une étude de Matth. Ferchius (2), basée sur des arguments de critique interne, a restitué cet autre pseudo-Scot à Antoine d'André et les manuscrits confirment les conclusions de Ferchius. Enfin, l'Exposition fût-elle de Scot, il resterait toujours la question de l'authenticité du texte produit: *in diffinitione s. Francisci et sancti Patritii*, qui impressionna Wadding (3) et tous les tenants de l'origine irlandaise du Docteur Subtil. Ce passage se trouve, il est vrai, dans les éditions de Maurice-du-Port, mais ici, comme ailleurs, Maurice a métamorphosé un peu le texte de l'Exposition. En effet, les mots: *sed in diffinitione masculini seu feminini*, qu'on trouve dans les manuscrits, par exemple dans le Ms. LXV du Collège Oriel d'Oxford, fol. 116r col. 2 (4), deviennent: *sed in definitione Francisci vel Sancti Arnoldi*, dans la la première édition de l'Exposition d'André, imprimée à Venise en 1482 (5). Ce n'est que vingt ans plus tard, en 1503, que Maurice imprimera le travail d'Antoine d'Andrée, mais *en l'attribuant* au Bienheureux Jean Scot. Et le *sanctus*

(1) E. Pluzanski, *Essai sur la Philosophie de Duns Scot*, Paris 1887, p. 11.

(2) *Discussiones Scoticae*, Patavii 1638, pp. 46-50.

(3) *Iohannis Duns Scoti... Opera omnia*, Parisiis 1892, in 4°, t. VI, p. 179, et fol. 112r de l'édit. de Venise 1503. « ... Et subdit: quod non contingit ostendere separatim, id est, diffinire aliquod accidens copulatum sicut contingit album sine homine: sed non femininum sine animali: in diffinitione enim albi non ponitur necessario homo: sed in diffinitione Francisci vel Patricii necessario ponitur animal sicut subiectum in diffinitione proprie passionis ».

(4) H. O. Coxe A. M., *Catalogus Codicum Mss. qui in Collegiis Aulisque Oxoniensibus hodie adservantur*, Oxonii 1852, pars I, *Catal. codd. Coll. Orielensis*, p. 23. Nous prions le Bibliothécaire du collège Oriel d'agréer nos remerciements.

(5) *Scriptum aureum super metaphysicam Aristotelis... sec. novam translationem editum ab excellentissimo viro fratre Antonio Andree ordinis minorum provincie Aragonie*, Venetiis 1482; cf. Haine, *Repertorium*, *988. Nous devons ce renseignement à l'obligeance du P. Michel Bihl, O. F. M.

Arnoldus, saint allemand ou français, disparaîtra dans cette deuxième édition pour être remplacé par *s. Patritii,* patron d'Irlande, patrie de Maurice-du-Port. Ceux qui ont fait usage de ce texte pour prouver l'origine de Duns Scot trouveront que Maurice a pris trop de liberté avec son manuscrit.

***

Aux preuves de notre premier article en faveur de l'origine écossaise du Docteur Subtil, nous pouvons ajouter 1°) un argument d'une importance capitale, donné par les deux savants éditeurs du *Chartularium Univ. Paris.*, dans l'*Inventarium codicum Ms. capituli Dertusensis* (1). Ils y décrivent le manuscrit 139 du XIVe siècle, qui renferme des Extraits des Pères, des quodlibets d'Alexandre et les: *Questiones de quodlibet mag. Johannis de Scotia, Ord. Fr. Min. Parisiis disputate: Cuncte res difficiles ait Salomon*... Les deux éditeurs datent le manuscrit du XIIIe siècle; leur jugement désintéressé, nous permet de conclure que nous avons dans ce manuscrit un contemporain des premières années du XIVe siècle, voire un précieux témoin du vivant de Jean Duns Scot.

2°) Si malgré tout, quelqu'un persistait à nier à Jean Scot la nationalité écossaise, les 944 colonnes du *Liber Procuratorum nationis anglicane* de l'Université de Paris (2) le confondraient et prouveraient jusqu'à l'évidence que les Écossais s'appellent eux-mêmes *Scoti* à chaque colonne de ce Registre.

---

(1) Denifle O. P. et Chatelain, *Inventarium*, Parisiis 1899, p. 88.

(2) Denifle O. P., *Auctarium Chartularii Universitatis Paris.*, Parisiis 1894, t. I, LXXX-944, coll. Les Anglais, si nombreux au XIII siècle, ont déserté Paris, au point qu'en soixante-treize années, on trouve à peine huit gradués renseignés dans les registres de la *Natio anglicana*. Aussi la *Natio anglicana* de l'Univ. de Paris ne comptant plus d'Anglais perdit dans la suite son nom. *Ibid.*, p. XVII. Les guerres de l'Angleterre avec la France, commencées en 1291, marquent le début de cet exode général. Les Écossais, au contraire, toujours alliés de la France ne pouvant plus se rendre aux universités anglaises affluaient à Paris.

Ce *Liber Procuratorum*, qui nous conduit jusqu'à l'année 1332, et qui permet d'établir la statistique des diverses nationalités de la *Natio anglicana* à l'Université de Paris, laisse constater que les Écossais, maîtres et étudiants, constituaient l'élément prédominant. Ils réprésentaient la moitié de la *Natio*, alors que l'autre se repartissait entre l'Empire, la Hongrie, la Bohême, la Pologne, la Suède, le Danemark, la Norvège et l'Angleterre *avec* l'Irlande.

Cette extraordinaire affluence d'Écossais à l'Université imposait, pour éviter les équivoques, l'individualisation des Universitaires (1). On peut, en effet, se rendre compte par le *Liber Procuratorum* que beaucoup de maîtres et d'étudiants ajoutaient à leur prénom, leur lieu natal et leur patrie: *Johannes de Karonna Scotus, Galterus de Wardelau Scotus* ou *de Scotia*, etc.

Faisant abstraction de tous les autres prénoms, nous relevons dans le premier livre des Procurateurs, dix-huit *Johannes... Scotus* et quinze *Johannes... de Scotia*. Parfois un même individu s'appele successivement: X... *Scotus* et *de Scotia*.

Ces « *Iohannes... Scotus* » sont certainement des Écossais; leur surnom *Scotus* (qu'ils échangent souvent avec la forme: *de Scotia*) le prouve peremptoirement. Il n'en est pas autrement de notre *Iohannes Duns Scotus*, que la tradition appelle souvent: *Iohannes Duns de Scotia*. Son nom nous permet même de situer son village natal en Écosse.

Parmi les nombreux Écossais affiués à l'Université de Paris nous avons découvert l'*Écossais: Thomas de Duns Scotus*. Ce personnage apparaît la première fois, dans le *Liber Procuratorum*, le 10 février 1349: « Primo determinaverunt... Item dominus *Thomas de Dunz Scotus* sub magistro Henrico de Smalhem, cuius bursa VI solidi » (2). Le 19 mars 1350 il devient Licencié (3); et maître-ès-arts, le

(1) Il est à remarquer que l'ajoute du nom *Duns* à celui de *Johannes Scotus*, qu'on donne à notre Docteur, coïncide avec l'affluence des Ecossais à Paris. Voir *Arch. Fr. Hist.*, t. X (1917), p. 5 ss.

(2) *Ibid.*, col. 130[36]. (3) *Ibid.*, col. 141[47].

20 janvier 1354 (1). La notice du 9 mars 1356 est particulièrement intéressante. En effet, quand *Thomas de Duns Scotus*, devint Procureur de la *Natio*, le *Liber* ajouta un nouveau mais très précieux renseignement: CLERICUS SANCTI ANDREE DIOCESIS (2).

Il est superflu d'insister sur la similitude des noms des deux maîtres: *Thomas de Duns Scotus* et *Johannes Duns Scotus*. Le nouveau renseignement permet de rechercher dans le diocèse de St. Andrew et dans la province écossaise de Berwich, quelque *Duns*, qui pourrait être la patrie de ces maîtres. Nous y trouvons en effet: *Duns*, village du comté de Berwich à 11 kil. nord–est de Greenlaw, au pied du Dunslaw, entre White Adder et Black Adder, affluent gauche du Twee (3).

Puisqu'il est prouvé, d'une part, que les contemporains font de notre Jean Duns Scot un Écossais et que d'autre part son nom *Scotus* signifiait pour les contemporains comme pour nous: *Ecossais*, et qu'enfin la patrie du Maître Thomas de Duns Scotus est *Duns*, au diocèse de St. Andrew en Écosse; tout critique impartial regardera la controverse peremptoirement tranchée en faveur de l' ÉCOSSE.

P. ANDRÉ CALLEBAUT, O. F. M.

---

(1) *Ibid.*, col. 154[39].

(2) *Ibid.*, col. 190[43]. En 1357 Thomas apparaît de rechef comme Procureur, col. 220[40], comme maître aux coll.: 259[25], [38], 308[25], [27], 309[26], 311[22], [27], 333[41], 337[37], 338[8], 345[6], [12]: sous le nom de *Thomas Duns, Dons, Dunz et Thomas Duns de Scotia*. Grâce à un renseignement de 1370, on sait qu'il s'adonna plus tard à la médecine, col. 399[23].

(3) Vivien de Saint-Martin, *Nouveau Dictionn. de Géographie Universelle*, Paris 1884, t. II, p. 116.

DOCUMENTA

ACTA OFFICIALIA
DE REGIMINE CLARISSARUM
DURANTE SAEC. XIV

Processum evolutionis Ordinis S. Clarae quoad internam constitutionem, scil. a forma vitae quam protomonasterio S. Damiani tradidit ipse pater Franciscus usque ad Regulam Urbani IV, quae huius evolutionis culmen et stabilimentum fuit, diffuse et scite descripsit atque absolvit in hoc ipso *Archivo* P. Livarius Oliger, O. F. M. (1). Processum vero controversiae inter primum et secundum Ordinem, quoad eorum mutuam relationem, tempore exortae quo duo Ordines ad internam maturitatem pervenientes hanc externam dependentiam vel servitutem aut definiendam aut proiiciendam sentiebant, hisce quoque fasciculis exposuit et novis prolatis documentis vero suo aspectu et tempore statuit P. Zephyrinus Lazzeri, O. F. M. (2). Uterque proprias disquisitiones eo perduxit, ut novum Bonifatii VIII statutum diei 3 iulii 1296 enunciaret, quo, Regula Urbani IV in hac parte aliquatenus mutata, regimen Clarissarum ab immediata dependentia cardinalis Protectoris ad manus Ordinis denuo commissum erat, et sic praecedentis controversiae finis impositus (3). Hinc mihi incipiendum, ut processum huius, quae unica remanet, generalis quaestionis in historia secundi Ordinis, scil. de eius regimine, per sequens saeculum XIV evolvam, non quidem meis verbis aut demonstrationibus, sed ipsis officialibus monumentis ob oculos positis et declaratis.

(1) *De origine Regularum Ordinis S. Clarae,* AFH V, 181-209, 413-47; seorsim ed. Ad Claras Aquas, 1912, pp. 64.

(2) *Documenta controversiam inter Fratres Minores et Clarissas spectantia (1262-1297),* AFH III, 664-79; IV 74-94.

(3) *Bull. Franc.* (BF) IV, 396; AFH V, 443; IV, 91.

Ut autem ad haec planiorem mihi viam sternam, vices, naturam et extensionem regiminis Fratrum Ordinis in Clarissas ante ann. 1296 brevi perstringam ([1]).

Hoc regimen generali Ministro Ordinis primo commissum est per Gregorium IX die 14 decembris 1227 ([2]) his simpliciter verbis: *Tibi et successoribus tuis curam committimus Monialium [Pauperum reclusarum] praedictarum, in virtute obedientiae districte praecipiendo mandantes, quatenus de illis tamquam de ovibus custodiae vestrae commissis curam et solicitudinem habeatis.*

Quam commissionem Innocentius IV, die 16 octobris 1245, innovat et magis determinat, *generali et universis provincialibus Ministris Ord. Fratrum Min.* scribens ([3]) atque mandans, *quatenus eis [Monialibus inclusis Ord. S. Damiani] tam in capite quam in membris per vos ipsos vel alios Ordinis vestri Fratres providos et discretos, auctoritate nostra, quoties expedire videritis, visitationis, correctionis et reformationis officium impendatis; informetis disciplinis regularibus, et praedicatione verbi Dei confortetis easdem; confessiones audiatis ipsarum, eisque Missarum solemnia et alia divina celebretis officia et exhibeatis ecclesiastica Sacramenta; et cum necesse fuerit, vel propter ipsarum graves aegritudines seu obitus aut propter visitationem seu altarium vel Monialium consecrationes aut alias iustas et honestas causas, associatis vobis tot idoneis Fratribus vestri Ordinis quot ad hoc noveritis opportunos, monasteria ingrediamini earumdem... Ad haec, ut ad praetacta Monasteria in specialibus festis ipsorum... ac ad portas, crates et locutoria Monasteriorum ipsorum... accedere, et Fratres vestri Ordinis destinare possitis, auctoritate vobis praesentium duximus concedendum.* Et denuo eisdem, die 12 iulii 1246 ([4]), ultra explicando procedit: ... *dictae Moniales [Ord. S. Damiani] hoc solum a vobis commissionis nostrae beneficium consequantur;* repetit de visitatione et correctione; *instituatis, mutetis et ordinetis; electio tamen Abbatissae libere pertineat ad conventum. Et ne, pro eo quod in eisdem monasteriis Fratres vestri Ordinis residere continue non tenentur, pro defectu Sacerdotis possit periculum imminere, ad confessiones earum in necessitatis articulo audiendas et ministranda sacramenta... nec non divina officia celebranda deputetis aliquos discretos et providos Capellanos.* Haec omnia in Regula ab ipso Inno-

---

([1]) Lineas generales ope documentorum tantum officialium describo. Reliqua quaerantur apud duas citatas dissertationes.

([2]) Bulla « *Quoties* »: BF I, 36.

([3]) Bulla « *Paci et saluti* »: BF I, 387.

([4]) Bulla « *Licet olim* »: BF I, 420.

centio Clarissis die 6 augusti 1247 (1) data reassumuntur, atque eis pauca sequentia sunt addita: *Confirmatio [Abbatissae] et infirmatio fiat per generalem Ministrum, si aderit in Provincia, et in eius absentia per Provincialem illius Provinciae in qua monasterium fuerit constructum... Nec aliquod monasterium vestri Ordinis de cetero ab aliquo inchoetur sine Capituli generalis Ordinis memorati licentia et assensu... Liceat... Visitatori tam Capellanum et servientes Sorores quam Conversos pro evidenti necessitate aut manifesta utilitate de uno monasterio ad aliud transmutare.*

His autem omnibus Ordini demandatis, videbatur auctoritas cardinalis Protectoris in Clarissas penitus supplantata esse; cui dubio statim Summus Pontifex occurrit, ipsi Protectori, qui Monialium curam remiserat, die 17 iunii 1248 (2) scribens et mandans: *Quatenus de monasteriis praedictis ad plenum consuetam et solitam curam gerens ut prius, Moniales iam dictas non desistas tuo patrocinio... confovere. Circa correctiones autem seu reformationes per te vel per alios faciendas in eis, confirmationes quoque Abbatissarum ac Sororum receptiones, illa utaris auctoritate libere secundum Deum,* quam prius Gregorius IX ei concesserat. Dependentia Ordinis a cardinali Protectore in huiusmodi regimine sic firmabatur (3).

At non erat hoc regiminis officium fastidiis et importunitate carens. Quotquot creabantur nova monasteria sub vocabulo S. Damiani, Fratrum Min. servitium expetebant; monasteria ipsa Ordinis S. Benedicti, pristina cum Clarissis affinitate forsan adducta, hoc idem sibi arrogabant. Innocentius IV (4) et postea Alexander IV (5) statuerunt ut Clarissarum tantum ad Sedem apostolicam nullo mediante pertinentium servitio Fratres Min. teneri censerentur. Tandem Ordo gravem sarcinam deponere voluit; et sic controversia de qua supra exorta est (6).

---

(1) Bulla « *Cum omnis* »: BF I, 476.

(2) Bulla « *Cum dilectis* »: BF *Epitome*, p. 247.

(3) In re tamen dependentia a Protectore ante an. 1263 nominalis tantum erat; nullumque exstat actum Protectoris in hac re definienda, cum omnia inter Sedem apost. et Fratres immediate agerentur. Cf. quoque documenta an. 1263 apud Lazzeri, ll. cc., in quibus velut novum quid exprimitur, Cardinalem pro Ordinis pace et libertate Clarissas in suam curam suscepisse: doc. n. IV: AFH III, 678.

(4) Bulla « *Petitio vestra* », 24 iunii 1253: BF I, 619; cf. BF *Epitome*, n. 666; AFH VIII, 605, nr. 84. Eam innovavit Alexander IV, 18 aug. 1255: BF II, 67.

(5) Bulla « *Quanto studiosius* », 13 maii 1255: BF II, 47.

(6) Cf. totum opusculum P. Lazzeri, supra citatum. — In Constitutionibus Narbonensibus anni 1260, de relatione cum Monialibus hoc unum vestigium habetur: *Visitatores Dominarum pauperum et eorum socii ac provinciales Ministri aliqua munuscula ab eis non recipiant ullo modo, nec aliis Fratribus quibuscumque liceat ibi comedere vel de nocte dormire* (S. Bonaventura, *Oper. Omnia,* VIII, 460). —

Rebus anno 1263 temporanee saltem compositis, in Regula Urbani IV paulo post edita (1) regiminis status iuridicus sic apparet: Ordo S. Clarae est sub immediata cura cardinalis Protectoris, qui idem est Clarissarum et Fratrum Minorum, quique monasteriis *tam per se quam per viros idoneos... visitationis officium impendere* studebit; cuius officii munera quidem describuntur, nullo tamen de Fratribus Minoribus verbo facto. Interim revera Fratres Minores, quibusdam datis cautelis, Visitatorum officio sub card. Protectoris dependentia funguntur, primum a Ministro generali de consilio discretorum Fratrum (2), deinde a Capitulo provinciali (3) electi, et card. Protectoris et gen. Ministri, prioris nomine, normis suffulti et, ut ita dicam, manuducti (4). Quinimmo in nonnullis dissitis regionibus, ad distantiae

---

In Capitulo gen. an. 1263 definitum vel definiendum erat: *Secundo, ut omnino dimitteretur cura Sanctimonialium Damianitarum sive Clarissarum* (*Chron. hist.-leg.*, I, 27). At per immediatam controversiae accomodatitiam solutionem, de qua in AFH III, 668ss., hoc statutum incassum remansit.

(1) 18 oct. 1263: « *Beata Clara* »; BF *Epitome*, 276.

(2) Cf. Lazzeri, n. IV: AFH III, 678; n. VI § *Porro:* AFH IV, 81.

(3) In Capitulo generali Argentorati ann. 1282 habito, hoc inter *Definitiones* statutum est: *Item Inquisitores heretice pravitatis et Visitatores Ordinis S. Clare in quolibet provinciali Capitulo suis officiis per se ipsos resignent si presentes fuerint, vel per litteras si absentes, et possint eligi ad Capitulum provinciale de custodiis vel conventibus ubi fuerint assignati* (*Arch. für Literatur-u. Kirchengeschichte* etc., VI, 51; AFH VII, 682 not. 6). Quod statutum in Constitutionum generalium redactione Parisiensi anni 1292 praemissum est statuto iam citato Const. Narbonensium: *Arch.* cit., VI, 123.

(4) Eas habes in P. Lazzeri citato opusculo, nn. IV-X: AFH ll. cc. Si de earum argumento pro re nostra quaeras, ut hanc quoque delineationem praebeam, paucis dicam. N. IV, 29 sept. 1263, electio est Visitatoris per Min. gen. facta et communicata, cum dispositióne de sociis Fratribus in Visitatione assumendis et cum forma instrumenti libertatis ad cautelam a Clarissis obtinendi. N. VI, est forma Visitationis a card. Protectore singulis Visitatoribus praescripta, quam sub dato 11 dec. 1263 habemus, sed tempore aequalem esse praecedentium Min. gen. litterarum ex eisdem probatur, totamque transumptam invenies, paucis additis vel mutatis, in documento sub n. I infra edendo (cf. ibid. summarium). N. X quoddam directorium est Visitatoris, de omnibus quae iuxta Regulam et Protectoris mentem circa monasterii clausuram, crates, bona, Abbatissas, atque Sororum silentium, ieiunium etc. per se ipsum facere vel aliis praecipere aut temperare debeat ac possit. Quae litterae nota temporis et auctoris hucusque carent; sed cum P. Lazzeri illas a Ministro generali, scil. S. Bonaventura, scriptas esse facile dices, eodem an. 1263; eas tamen mutilas et valde incompletas ad nos pervenisse ipse P. Lazzeri agnovit et infra clarius constabit: cf. p. 102, not. 3. Litterae hae « *Accedat* » in subsequentibus normis pro Visitatoris officio nullibi amplius apparent; at non temerarium erit dicere hoc directorium fundamentum et regulam fuisse quibus praxis in singulis regiminis circumstantiis exinde postea semper est innixa. — Cetera documenta sub nn. V, VII, VIII, IX vel de temporaneis vel minimis agunt; reliqua sub nn. XI et XI serius edita sunt et infra sub n. III inclusa.

inconvenientia praecavenda, monasteriorum et sic Visitatorum regimen ipsis provincialibus Ministris, consensu a Ministro generali rite obtento restituitur (1). Sic novae legislationis et consuetudinis fundamentum iacitur; praeteriti temporis experientia adhibetur, novaeque occasio datur, unde agendi regulae vel ampliabuntur vel magis praecise definientur (2). Minorum Ordo, qua talis, in regimine pene extraneus remanet (3) vel consensum ad tempus renovat (4); sed monasteriorum status interim firmatur, singuli Fratres praxi docentur, exercitio assuefiunt, cura paulatim normalis fit et pacifica; contrarietates in Ordine cessant, dum labor multiplicatur et difficilior fit ut ab uno centro totus regatur et invigiletur: tempora tandem matura sunt, ut regimen Clarissarum, sub dependentia cardinalis Protectoris denuo Ordini restituatur, per generalem et provinciales Ministros ac Visitatores et Fratres, in hoc quoque ab ipsis dependentes, regulariter adimplendum.

Quod factum est decreto Bonifatii VIII, qui die 3 iulii 1296 praefatam Bullam Innocentii IV diei 12 iulii 1246 innovavit (5). Tunc duorum Ordinum cardinalis Protector erat Matthaeus Rubeus de Ursinis, anno 1279 ad hoc officium per Nicolaum III destinatus, et in eodem expresse confirmatus a Nicolao IV, die 7 maii 1288, singulis pro unoquoque Ordine litteris datis (6). Litterae pro protectoratu secundi Ordinis eiusdem sunt tenoris ac litterae quibus Urbanus IV ad normam mox edendae Regulae an. 1263 Ioannem Caietanum Ursinum eiusdem Ordinis Protectorem creaverat (7).

---

(1) Hoc facile praesupponitur, e. g. pro provincia Turoniae, ex Bulla Nicolai IV d. 28 aug. 1289 « *Inter personas* » directa *generali ac provinciali prov. Turonen. Ministris*, qua declaratur quaedam privilegia monasterio de Garda Ord. S. Clarae illius ditionis concessa non derogare curae circa illud ipsis per Sedem apost. commissae (BF IV, 102; cf. 295). Sed indubitate evincitur ex litteris a card. Protectore Ioanne Ursino anno 1268 Ministro prov. Alamanniae superioris directis, quibus ei committitur cura monasteriorum Ord. S. Clarae infra limites suae Provinciae consistentium, eodem fere modo et forma, quibus post annum 1296 toti Ordini omnia monasteria committenda erunt (vide infra doc. sub n. I). (2) Cf. infra doc. I, nr. 9 in fine.

(3) Vide infra doc. I, n. 8. Conferre tamen hic praestat statutum Capituli gen. anni 1272 vel 1274: *Item inhibet generalis Minister Fratribus ut non dissuadeant Sororibus S. Clarae de receptione Regulae* [Urbani IV], *et vult quod Minister* [provincialis] *habeat eas recommendatas ob reverentiam et venerationem patris domini Cardinalis* (*Archiv* cit. VI, 41s.). (4) Definitio Capituli Paduani an. 1276: *Item placet... quod serviatur Dominabus S. Damiani modo consueto, ex mandato d. Pape, usque ad sequens Capitulum generale:* AFH VII, 681.

(5) « *Quasdam litteras* »: BF IV, 396; cf. BF *Epitome*, n. 2077.

(6) « *Felicis record. Nicolaus* » et « *Licet ex iniuncto* »: BF IV, 17-18. Alias Bullas circa extensionem eius in II Ordinem protectoratus officii cf. ibid., pp. 36, 39s., 49, 145, 299, 454.

(7) Bulla « *Licet ex iniuncto* », d. 14 iulii 1263: BF II, 474.

Tunc Matthaeus, qui certe auctor censendus est huius renovatae commissionis, statim post paucos menses generali et provincialibus Ministris litteras direxit, quibus quae novi eorum essent officii et adauctae auctoritatis determinat, atque, ex praedecessoris sui card. Ioannis Caietani normis pro officio Visitatoris anno 1263 emanatis multa reassumens et nonnulla addens, formam monasteriorum regiminis et visitationis praesentat (1). Dein post mensem alteram eisdem dirigit epistolam, in qua, colligens et reformans varia ad normam Visitatorum a se ipso iam scripta, quaedam statuit et consulit circa receptiones personarum et clausurae observantiam, in quibus vel abusus irrepserant vel necessitates novae emerserant (2).

Hucusque hae binae litterae velut codex habebantur, quo per maiorem partem saec. XIV usque ad annum 1370 regimen Clarissarum peractum esset. Huius enim anni sunt litterae Philippi Cabassolae, tunc cardinalis Protectoris, itidem generali et provincialibus Ministris directae, quibus omnia contenta in praedictis duabus epistolis card. Matthaei Rubei, eisdem fere verbis paucisque additis, in unum coordinata repetuntur, eaeque primae erant post annum 1297 eiusdem argumenti constitutiones novae nobis hucusque notae (3). At perperam. Antea enim bis saltem eaedem litterae iam editae fuerant, annis scil. 1307 et 1317, a respectivis tunc temporis cardinalibus Protectoribus, fr. *Ioanne Minio a Murovallium* ex-Ministro generali Ordinis (4) et Arnaldo a Pelagrua (5). Meritum, si quod est, coordinationis, in unum homogeneum et absolutum, epistolarum card. Matthaei Rubei, fr. *Ioanni de Muro,* qui et nonnulla omisit aliaque addidit, tribuendum est; Arnaldus pauca tantum addidit; Philippus (6) litteras Arnaldi simpliciter innovavit; quod iterum fecit, anno 1390, card. Franciscus Carbonus, eius post alios in officio Protectoris successor (7).

Forma itaque plene resolutiva et definitiva huius legislationis iam ab anno 1307 obtenta est; ratio autem qua postea constitutio innovata sit, si quoad editionem anno 1317 quaeras, in paucis adiungendis forsan etiam reponenda, at quoad editiones ann. 1370 et 1390 vel in eo ut quae oblivioni vel negligentiae tradita erant ad memoriam et ad plenam observantiam revocarentur, vel potius, si ad annum earum re-

(1) Vide infra documentum sub n. II, cui summarium etiam praemittitur.

(2) Vide infra documentum sub n. III, itidem cum summario.

(3) Eas edidit Waddingus, *Annales,* vol. VIII², post *Regesta Pontificia,* pp. 597-603. Vide infra documentum sub n. VI.

(4) Generalis Min. ann. 1296-1304; Cardinalis an. 1302; Protector Ord. ann. 1307-1313; AFH II, 472, 627-35. Vide doc. sub n. IV, cum summario.

(5) Card. Protector ann. 1313-34. Vide doc. sub n. V.

(6) Ca d. Protector ann. 1369-72.

(7) Card. Protector ann. 1390-1404. Vide doc. sub n. VII.

novationis attendas, quia ad ius stabat vel in usum venerat ut quilibet Protector commissionem renovaret et facultates transmitteret. Nil mirum ergo si aliorum istius temporis cardinalium Protectorum huiusmodi litteras commissionis aliquando contigerit inveniri.

Ex editis et notis monumentis huius saeculi nullibi apparet hanc regiminis constitutionem et praxim aut suspensam aut immutatam unquam esse. In Constitutionibus Assisiensibus ann. 1316, statutum anni 1292 innovatum est cum hac additione: *Nec aliis Fratribus quibuscumque liceat ibi comedere vel de nocte dormire, « absque provincialis Ministri licentia speciali. Nec accedendi ad monasteria detur alicui licentia generalis nec alicui Abbatisse vel Sorori ipsos vocandi, nec accedendi detur alicubi licentia nisi ex causa rationabili fuerit ordinatum »* (1). Notanda autem est, propter multiplices coniecturas quibus aditum praebet, Bulla Ioannis XXII, die 1 octobris 1317 paucos post menses a card. Arnaldi litterarum publicatione (doc. n. V) edita, qua Bullae tum Innocentii IV de concessione, tum Bonifatii VIII de renovatione regiminis supra relatae firmius confirmantur cum hac additione: *discretioni vestrae* [*generalis et provincialium Ministrorum*] *ad instar dicti praedecessoris* [*Bonifacii VIII*] *per apostolica scripta mandamus, quatenus omnia praemissa, etiam si eaedem litterae de cetero nullatenus appareant, circa praefata monasteria... exequi diligenter et sollicite studeatis* (2).

Constitutiones Perpinianenses anno 1331 editae, omissis quae in praecedentibus Constitutionibus de hoc regimine pauca habebantur, circa licentiam tantum accedendi ad monasteria nonnulla praescribunt et perstringunt: *Ad Monasteria Sanctimonialium, quarum est nobis cura commissa, nullus Frater accedat, nisi vel ex officio vel speciali Ministri sui obtenta in scriptis licentia* (3).

Eatenus in Constitutionibus primi Ordinis pauca, ut vidimus, et ad Fratres tantum attinentia, inserta sunt. In Constitutionibus vero generalibus anno 1336 a Benedicto XII promulgatis integrum nec breve quidem capitulum circa Clarissas et earum regimen includitur. Praecipitur enim: *quod in singulis monasteriis... per provinciales Ministros... de consensu Abbatissarum et conventuum... certus Monialium numerus statuatur iuxta monasteriorum ipsorum suppetentiam ... quodque ultra dictum numerum nulla in eis possit recipi,*

(1) AFH IV, 512, nr. 29.

(2) Bulla « *Tenorem* »: BF V, 126. Quae litterae iterum ab Urbano V renovatae sunt *ad perpetuam rei memoriam*, ad instantiam tamen Abbatissae monasterii de Altaripa dioec. Tolosan., die 23 maii 1366 « *Provisionis nostrae* »: BF VI, 400.

(3) AFH II, 595, nr. 3.

nisi de apostolicae Sedis auctoritate seu licentia speciali... Si vero *ipsorum monasteriorum facultates seu obventiones excrescerent, ex tunc prius talis excrescentia referatur Capitulo generali... in quo ordinari habeat quot personae ex dictis fructibus vel obventionibus excrescentibus ultr[illegible] dictum statutum numerum possint poni;* atque *infra dictum stat[illegible]m [illegible]umerum alicuius vel aliquarum receptio... fieri neque[illegible] nisi [illegible]stri generalis vel provincialis speciali licentia et express[illegible]. Abb[illegible]ae autem teneantur annis singulis coram generali vel p[illegible]inci[illegible] Ministro seu Visitatoribus et certis Monialibus... providis [illegible] discret[illegible] hoc per conventus... electis, de receptis et expensis... [illegible]lenam [illegible] fidelem reddere rationem... In novitate cuiuslibet Abbatis[illegible], infra duos menses,* coram eisdem, *de omnibus bonis... mobilibus [illegible] [illegible]is seseque moventibus... fiant inventaria.* Cum *in nonnullis monasteriis* perpetua clausura *non usquequo servetur,* praecipitur *Ministris, Visitatoribus, Abbatissis ut clausuram huiusmodi diligenter [illegible] faciant et servari* tam ab intrinsecis quam ab extrinsecis nisi gravi caus[illegible] [illegible]pellente vel *sine Apostolicae Sedis licentia speciali.* Praelati primi Ordinis *Fratres sibi subditos arcere studeant ab accessu ad monasteria Monialium.* Quoad Servitiales ad observantiam professionis adstrictas Regula immutatur, ita ut *quemadmodum et ceterae Moniales debeant sub perpetua clausura manere. Possint tamen singula monasteria... habere aliquas... mulieres, moribus et aetate maturas, providas et honestas, in saeculari... habitu incedentes, quae dictam clausuram nullatenus ingredi permittantur, sed negotia monasterii... fideliter exterius peragant et procurent* etc. [1].

Ceterum hae Constitutiones temporaneae fuerunt, et brevi ad antiquarum formam redeundum erat. In sequentibus itaque redactionibus statutum de regimine Clarissarum penitus suppressum est [2]. In Capitulo vero generali anni 1354, in quo Constitutiones Farineriae editae sunt, haec quoque inter *Memorialia* statuta fuerunt: *Item, quod nullus Frater ponatur ad morandum cum Sororibus (Ord. S. Clarae), nisi fuerit sufficienter correctus. Item, quod nullus loquatur Sororibus post Completorium. Item, quod Visitatores non ingrediantur monasterium (Monialium Ord. S. Clarae) ante secundam pulsationem Primae, nec ibidem remaneant post secundum pulsum Completorii* [3].

Dein solae cardinalis Protectoris normae remanent (non tamen illis exclusis quae ex antea recensitis ordinationibus in pacificum usum

(1) *Chron. hist.-leg.*, I, 60-62; BF VI, 40-42.

(2) Cf. redactionem anni 1340 ap. AFH VI, 251-66; Constitutiones Fortanerias anni 1346, ap. AFH V, 698-709; Constitutiones definitivas, Farinerias dictas, anni 1354: *Chron. hist.-leg.*, I, 64-85; BF VI, 639-55. (3) BF VI, 655.

et laudabilem consuetudinem certo venerant), ad regimen Clarissarum per reliquum saec. XIV et ultra dirigendum et exemplandum (1).

Extra limites huius delibationis excurrit quaestio: an et quando abrogatae vel immutatae sint huiusmodi normae cardinalis Protectoris. Res de cetero est speciali inquisitione digna. In Observantium reformatione pluries de Clarissarum tum vita tum regimine actum et statutum est (2); sed haec praescriptionibus anni 1390 minime contradicunt. Probabilius in dissitis et pene altero ab altero independentibus monasteriis varia fuit huius Constitutionis, sicut et morum, fortuna. Certum est in nonnullis monasteriis circa finem saec. XV litteras card. Protectoris plenam vim adhuc obtinere. In peculiaribus enim Statutis monasterii S. Apollinaris Mediolanensis, exaratis post eius reformationem per Observantes factam an. 1463, haec leguntur: *E açiò che la ignorantia non sia ad alcuna casone de peccare, la Abbadessa facia ognia sexta feria e sabbato legere a mensa tuta la Regola, et ognia duy mise una volta le infrascripte Ordinatione, et ognia sei mesi una volta il Privillegio de Philippo protectore* (3). Anno 1483, card. Iulianus de Ruvere, fratrum Minorum et Clarissarum Protector (4), cum Abbatissis monasteriorum provinciae Argentinensis (Alamanniae superioris) sub Observantium cura degentibus dispensat

(1) Si de numero Visitatorum in singulis Provinciis quaeras et de eorum ac Confessorum electionis circumstantiis, vide ex. gr. *Tabulas Capitulares prov. Tusciae (saec. XIV-XVIII),* quas in hoc *Archivo* X, 413ss. edidi. Tot sunt Visitatores Monialium quot Custodiae in Provincia, anno 1394 (p. 422). Item anno 1483 (p. 424ss.). S. Bonaventura anno 1263 unum tantum Visitatorem elegerat pro prov. Tusciae (Lazzeri, op. cit., nn. IV, VI-VIII). Unus tantum ibidem exstare videtur anno 1271 (ib. n. IX) et inter annos 1279-1296 (ib. nn. XI-XII). Sed iam tunc secundum Custodias aut conventus unius Visitatoris limites determinari posse et revera alicubi determinatos esse probat statutum Capituli Argentoratensis anni 1282 (cf. supra p. 92, n. 3). Electiones ad singula Capitula provincialia renovabantur ut de ceteris officiis mos erat et iam ab an. 1282 praescriptum. — Inquirere quoque iuvabat de iure et consuetudine quibus Fratres, Confessoribus et Visitatoribus non computatis, Monialium tum temporali tum spirituali servitio addicti erant, ita ut saepe, sed non semper, proprii Ordinis conventum apud Clarissarum monasterium erigerent vel erigi permitterent. At documentis aliunde sumptis meque pro nunc fugientibus inquisitio alias instituenda est.

(2) Cf. Constitutiones Martinianas an. 1430 (*Chron. hist.-legalis,* I, 97); Observantium Constitutiones anni 1443 (ib. 108s.); litteras de reformatione Clarissarum card. Dominici Firmani an. 1449 (Wadd., *Annales,* XII, 42).

(3) Idest, documentum sub n. VI. — De hoc monasterio varia referentur cum istas Ordinationes in hoc *Archivo* edere licebit. De codice quo continentur, vide infra. Notandum hic, ut dubiis via praecludatur, in eodem codice, cum Regula et Ordinationibus legendis, *Privilegium* quoque, ut ibi inscribitur, cardinalis Philippi Cabassolae in vulgarem sermonem versum contineri.

(4) Ann. 1474-1503: AFH IV, 321.

a Statuto card. Arnaldi de Pelagrua [1] de non receptione consanguinearum [2].

Haec insuper innuere videntur, tum apud Observantes statuta card. Protectoris integre viguisse; tum apud singula monasteria vel Provincias sub diversi card. Protectoris nomine huiusmodi litteras (anterioribus vel posterioribus aut ignoratis aut praetermissis) legis vigorem semel obtentum numquam amplius immutasse [3].

Documenta quae infra sunt edita, candide fatear oportet, nihil novi (si primum excipias) prae se ferre. Quae sub nn. II et III leguntur primo apud *Firmamenta trium Ordinum b. p. n. Francisci* vulgata reperiuntur, unde in alias rerum nostrarum collectiones n. II quoque transivit, ut suo loco indicatum inveniet lector. Documentum sub n. IV (et V) in sequenti n. VI, apud Waddingi *Annales* iam edito, totum continetur. Item apud Waddingi *Annales* pars adest n. VII. At hic meum non equidem nova dandi fuit propositum, sed potius processum exhibendi. inter annos 1296-1390, legislationis pro Clarissarum regimine; quare mihi secundum et tertium documentum vel multipliciter et difficulter nec unquam satis clare citanda erant, vel denuo integre transcribenda. Ultimum malui, quo magis perspicua documenti IV editio evaderet, atque ipsorum II^i^ et III^i^ dependentia, si qua erat, et novitas evidentius emergeret. Hinc n. II^i^ textum, ad alium codicem revisum, ope quoque antecedentium vel ab eo dependentium documentorum passim corrigere potui; III^i^ vero iuxta novum originale recudere.

Quarti autem editio necessaria mihi est visa, tum quod longe anteriorem datam praebeat, ita ut pene novum et fundamentale documentum merito sit dicendum, cum quod editio, quam apud Waddingum habemus in multis profunde corruptam, optima occasione tutissime corrigi poterat. Documentorum V^i^-VII^i^ variantes in communi textu indicandas ad praecedentis calcem posui; principium vero et finem, omnino diversa, proprio loco dedi.

Partes ab antecedenti scripto desumptae *cursivo charactere* expressi, in notis indicans locum originis. Variantes ad documentum IV in duas partes divisi. In superiori, asterisco et littera (*a) distinctas, variantes et additiones etc. posui, quae rectae in respectivis documentis vel certo censendae vel mihi sunt visae; in inferiorem vero partem mere menda amandavi, quorum maior pars editioni Waddingianae n. VI^i^ tribuenda est, ut prima fronte, ceteris collatis, apparebit atque

---

(1) Scil. in documento infra sub n. V, anni 1321: cf. textum doc. IV, n. 17. Cf. quoque *Appendicem*, sub n. II. (2) *An. Franc.*, II, 500s.

(3) Cf. e. g. notitiam bibliographicam in fine documenti n. V.

vulgaris versio Mediolanensis, quam ad comparationem passim adhibeo, luculenter demonstrat.

Documentum I mihi in notis **IC** exprimitur; II = **M¹**; III = **M²**; reliqua item a singulorum auctoris initialibus litteris: IV = **J**; V = **A**; VI = **Ph**; huius versio = **Phv**; VII = **Fr**; Waddingiana editio n. Vⁱ = **W**.

Cetera, si qua occurrent, ad singula documenta vel in notis indicabo.

I-III. — Horum dependentia, quantum hucusque scimus, provenit ex documentis editis a P. Z. Lazzeri in dissertatione iam citata *De controversia* etc. Num. I dependet e litteris cardinalis Ioannis Ursini, datis d. 13 dec. 1263, quae formam visitationis praebent, ibidem quaerendis sub n. VI. Num. II indidem et e nostro doc. I dependet; n. III vero ex apud Lazzeri sub nn. XI et XII positis, epistolis scilicet ab eodem, qui nostras scripsit, card. Matthaeo Rubeo ad Visitatorem monasteriorum Tusciae directis, quo anno nescimus, cum in codice, ex quo P. Lazzeri eas excerpsit, temporis dato careant. Hinc quaestio de earum tempore; an scilicet nostras praecedant vel sequantur. P. Lazzeri anceps fuit. At, omissis quae ex consideratione rerum in singulis epistolis contentarum nobis facile persuadent in huiusmodi documentis serius ea esse scripta quae plura eaque maturiora neque statim peritura praecipiunt, hoc sufficiat ad quodcumque dubium propellendum: epistolas sine dato ad particularem Visitatorem missas esse; nostram vero ad generalem et provinciales Ministros: hanc scil., etiam si dies dationis deesset, post diem 3 iulii 1296 quo Clarissarum regimen directe in manibus illorum Ministrorum repositum fuerat, a quibus singuli Visitatores tunc dependebant ac dirigendi erant; illas vero ante hunc diem, quando Visitator, etsi in Provinciae Capitulo electus, cardinali Protectori in sui officii agendis directe et immediate suberat [1].

Cum autem haec omnia praecedentia documenta in illa editione paragraphos numero distinctos non habeant, paragraphi ipsi per eorum initiale verbum mihi erant citandi.

Cum etiam inter fontes et eorum derivata experientiae et notionum evolutio non brevis intercedat, ut ex ipsis in medio saepe additis et mutatis evidenter apparet, in nn. I, II et III partes *cursivo charactere* expressae eadem verba quidem indicant, non vero semper easdem verborum formas.

Denique, ut quaenam in nn. IIº et IVº ex praecedentibus epistolis vel resumpta vel omissa sint, etiam nunc appareat, partes substantiales nn. Iⁱ-IIIⁱ postea omissas inter uncos (« ») inclusi.

---

(1) Ceterum, si notas in quibus omissa ex fonte indicantur inspicias, ea revera omissa invenies quae cum praecedenti regiminis statu conveniebant, sed a novo penitus discordabant.

Documenta.

I.

1268, 10 februarii. — Ioannes Caietanus de Ursinis, primi et secundi Ordinis card. Protector, - **1-2.** postquam cum consensu generalis Ministri Fratribus per Ordinem designatis Clarissarum visitationis formam et auctoritatem commisit, - **3.** provinciae Alamanniae superioris monasteria sub particularis Fratris regimine collabentia - **4.** provinciali Ministro recommittit. - **5-6.** Quapropter ipse ad officium visitationis in certis et diversis monasteriis unum vel duos Fratres eligere possit, - **7.** Monialibus observandos, - **8.** et alios Fratres ad monasteria destinare; ipsique et Visitatoribus liceat intrinsecam clausuram ingredi. - **9-10.** Ei Moniales commendat in spiritualibus et temporalibus assistendas, - **11.** utque eas absolvat facultatem facit. - **12.** Forma visitationis; - **13.** circa quae. - **14-5.** Visitatoris potestas in absolutione et confirmatione Abbatissarum, - **16.** et in translatione Sororum. - **17-18.** Inquirat de bonis temporalibus et spiritualibus auxiliis, - **19-20.** atque regulari observantiae provideat. - **21.** Visitationes extraordinariae; - **22.** recursus ad Protectorem; - **23.** harum litterarum transcriptio. - **24.** Exhortatio.

Iohannes miseratione divina sancti Nycolai in carcere Tulliano dyaconus ([a]) Cardinalis religioso viro in Christo dilecto fratri ([b]) Ministro fratrum ordinis Minorum in administratione ([c]) Alemanie superioris ([1]) salutem in Domino.

1. « Cum regiminis Ordinis sancte Clare cura nobis ex commissione apostolice Sedis ([2]) incumbat, ([3]) *venerabilem virum generalem Ministrum tui Ordinis attente rogavimus, ut* in cura huiusmodi exequenda per Fratres suos *nobis prestaret* ([d]) *auxilium oportunum* ».

2. « *Porro* ([4]) *idem* generalis *Minister nobis* in hoc *humiliter condescendens* ([e]) super ministeriis ecclesiasticis, nec non et visitationibus per eosdem Fratres dicto Ordini exhibendis, quibus suis litteris tradidit certam formam ([5]); nos quoque Ministris provincialibus ac Visitatoribus taliter per Ordinem assignatis vel etiam assignandis, quantum ad huiusmodi requirebatur officium auctoritatem nostram ([f]) commisimus, formam et modum executionis ipsius quibusdam nostris litteris exprimentes ([6]) ».

([a]) N P (codices infra citandi) *diacono.* ([b]) Glassb(erger), infra citandus, add. *N.* ([c]) P *admin. N. salutem.* ([d]) Fons *pararet.* ([e]) Glassb. *condescendat,* ex incerta lectione. ([f]) N om. *nostram.*

([1]) De Clarissarum regimine in hac Provincia ante ann. 1262, cf. BF II, 19, 136, 194. ([2]) Bulla « *Licet ex iniuncto* », d. 14 iulii 1263: BF II, 474.

([3]) Lazzeri, n. VI, § *Cum Ordinem:* AFH IV, 80s., ubi post *virum* additur *fr. B(onaventuram),* gen. Ministrum ann. 1257-74. ([4]) Ibid. § *Porro,* p. 81.

([5]) Lazzeri, n. X, *Accedat:* AFH l. c., 88-90. Cf. tamen infra sub n. 9, ad notam 3, p. 102.

([6]) Lazzeri, n. VI, epistola scil. qua velut fonte hic utimur.

3. « Sane decursu temporis sic officio procedente, nuper ex parte religiosorum virorum dilectorum in Christo filiorum Fratrum tui Ordinis Diffinitorum ac totius Capituli tue Provincie, nec non et dilectarum in Christo filiarum Abbatissarum et Sororum monasteriorum eiusdem Provincie Ordinis sancte Clare nobis extitit intimatum, quod dicta monasteria a statu laudabili, quem habuerunt hactenus, tam in spiritualibus quam in temporalibus non mediocriter collabuntur ([a]). Lapsum vero huiusmodi ex eo asserunt provenire, quod cum ipsa monasteria per provincialem Ministrum dumtaxat olim consueverint visitari, nunc Fratri alteri visitationis cura commissa, tu Minister, et per consequens Fratres ceteri, erga profectum et promotionem ipsorum nec temporaliter nec spiritualiter adhibetis curam solitam ([b]) vel diligentiam oportunam; propter quod prefati Diffinitores et Capitulum eedemque Abbatisse et Sorores nobis instanter et humiliter supplicarunt, ut dictam visitationis curam tue diligentie committere curaremus ».

4. « *Nos* ([1]) *igitur* ipsorum et Capituli piam commendantes diligentiam in hac parte, necnon dictorum monasteriorum comoda plenis desideriis affectantes, tibi, presertim cum ad hoc generalis Ministri concurrat assensus », *visitationis officium monasteriorum Ordinis supradicti,* que sunt *infra limites* tue Provincie *constituta, tenore presentium* duximus *committendum* ([c]), rogantes et ad meritum salutis eterne *mandantes, quatinus, considerato quod* ([d]) *in ipsarum Regula de visitationis officio continetur, auctoritate* premisse commissionis *predictum officium iuxta formam inferius annotatam, Deum habendo pre oculis, exequaris.*

5. Quia vero plerumque posses ob tue Provincie seu Ordinis negotia prepediri ne id posses exequi per teipsum, volumus ut aliquem de Fratribus tue Provincie vel duos ad plus, si inter se monasteria multum distent, statuas, qui ad hoc ydonei de discretorum Fratrum tue Provincie consilio videbuntur, ut iuxta mandatum tuum, quando ([e]) expedire decreveris, dictis monasteriis beneficium ([f]) visitationis impendant, ingredientes intra eorumdem monasteriorum clausuram intrinsecam cum duobus vel tribus sociis, prout eidem officio opus erit, et tuam in toto vel in parte, prout ipsis mandandum vel statuendum duxeris, in eodem negotio vicem gerant.

6. Proviso, ut si duos statueris, eorum in eodem monasterio officium non occurrat, sed prout expedire videris, inter eos monasteria dividantur et unicuique certa monasteria assignentur, in quibus iniuncta eis a te officia exequantur.

7. *Omnibus* ([2]) *autem degentibus in monasteriis memoratis infra predictos limites tam Abbatissis quam Sororibus et Servitialibus, nec non* ([g])

([a]) Glass. add. *etc.*, et reliqua om. usque ad *Datum*. ([b]) P *solicitam.* ([c]) P *confitendum,* et post *meritum* add. *obedientie.* ([d]) Fons *quid in ipsa Reg. de Visitatoris off.* ([e]) P *que.* ([f]) P *officium.* ([g]) P add. *et.*

([1]) Ibid. n. VI § *Nos igitur;* cf. quoque praecedentem § *Porro.*
([2]) Ibid. § *Omnibus.*

Capellanis et Conversis ac *ceteris* de familia, *in virtute obedientie districte precipiendo mandamus,* quatinus *tibi* vel aliis, qui pro tempore secundum prescriptam formam tuas in *visitationis* officio vices gerant, *in omnibus, que ad* idem *officium iuxta eandem formam pertinent, obediant et intendant.*

8. Ut autem liberum tibi sit piam dare operam hiis que prefatarum Sororum consolationem et profectum respicere dinoscuntur, ne capitulum tue Regule quo ([a]) ab ingressu monasteriorum Monacharum Fratres arcentur, tibi in hac parte possit obsistere ([1]), auctoritate apostolica qua fungimur, tenore presentium licentiam concedimus specialem, ut pro exhibendis ecclesiasticis sacramentis, celebrandis divinis, predicationibus faciendis ac consiliis inpendendis et aliis que ipsis Sororibus extiterint oportuna, quotienscumque secundum Deum ([b]) tibi videbitur, Fratres tui Ordinis tam per te quam per ([c]) alios, quibus hoc duxeris committendum, ad monasteria dicti Ordinis tue Provincie, ad ea scilicet loca ad que aliis licet accedere, libere valeas destinare. Tu autem, cum in ipsis monasteriis visitationis officium exercere seu celebrare volueris vel proponere Sororibus verbum Dei, aut etiam alias necessitati vel utilitati videris expedire, etiam infra clausuram eorumdem monasteriorum intrinsecam cum duodus vel tribus Fratribus tui Ordinis de nostra tibi liceat speciali licentia introire, et intra eandem clausuram tam per te quam alios, quibus id duxeris committendum, pro illis dumtaxat necessitatibus et eo modo pro quibus et secundum quem per earundem Sororum Regulam permittitur ([2]) quod alios introducant, mittere Fratres possis.

9. « Volumus itaque et qua possumus affectione rogamus, ut prefatas Abbatissas et Sorores Ordinis supradicti tanquam tuas in Christo filias et sorores habeas ac ([d]) propensius commendatas, presertim in adimplendo illa que prelibati generalis Ministri litteris ([e]) circa visitationes faciendas, confessiones audiendas, exhibitionem sacramentorum, necnon et defunctorum exequias exprimuntur ([3]); que omnia fieri volumus de nostra auctoritate et licentia speciali. Nec hiis tantum que explicantur per dictas generalis Ministri litteras sis contentus, quin potius quotienscunque oportunum fuerit et secundum Deum expedire videris, predicta

([a]) N P *quod;* cf. M[1] n. 11 et eius derivata. ([b]) P *quod.* ([c]) N om. *per.* ([d]) Sic N P; vel *ac* superfluum, vel aliquid omissum. ([e]) N P *litteras.*

([1]) Regula Fratrum Min., c. XI.

([2]) Regula Urbani IV, cap. XVIII.

([3]) Dicerem litteras *Accedat* (Lazzeri, X) hic indicari; at etsi ibi de visitatione agitur, non vero de confessionibus, de sacramentis, de exequiis. De his omnibus (visitatione excepta) agitur in litteris a S. Bonaventura *ad fratres Custodem et Guardianum Pisarum* directis; sed eae posteriores sunt, datae scil. *XVII kal. iunii anno D. 1272* (S. Bonav. *Opera omnia,* VIII, 471). Litterae igitur hic a Cardinali memoratae vel nobis hucusque desunt; vel potius ipsarum litterarum *Accedat* hic partes indicantur, quibus adhuc caremus, quaeque tamen in litteris an. 1272 aut memorantur aut penitus in eas translatae sunt.

omnia et alia, que earundem consolationem respiciunt, comodum et profectum, per Fratres tuos ipsis facias exhiberi ».

10. Nos enim quoad dictis Sororibus, Servitialibus, Capellanis et Conversis et ceteris de familia ministranda per te et alios, quibus auctoritate nostra duxeris committendum, ecclesiastica sacramenta, nec non quoad hoc ut eis sufficienter de divinis provideatur officiis, curam et sollicitudinem dictorum monasteriorum et personarum degentium in eisdem discretioni tue plenarie duximus committendam. Nichilominus autem eis in oportunitatibus illis que sibi temporaliter imminere noscuntur, per te et amicos Ordinis tui consiliis, subsidiis atque favoribus, in quantum cum tua et tui poteris Ordinis honestate, sic studeas assistere, sic adesse, quod apud eterne retributionis Auctorem tibi meritum esse possit, nosque tibi et dicto tuo Ordini provide ad gratiarum teneamur uberes actiones.

11. « Ceterum (1) *ut tam Sororibus* et Servitialibus *quam Conversis monasteriorum Ordinis* sepedicti *tue visitationi commissis ab excommunicationis sententia pro iniectione violenta manuum inter se iuxta formam Ecclesie absolutionis beneficium valeas inpertiri, auctoritate apostolica nobis specialiter in hac parte concessa, tue discretioni presentium tenore concedimus facultatem; proviso quod eis iuxta quantitatem excessus, qualitatemque persone iniungas penitentiam salutarem* » (2).

12. *Forma* (3) vero *visitationis hec est.*

13. *In monasteriis tue* Provincie *circa Abbatissas, Sorores et Servitiales, Capellanos, Conversos ceteramque* (a) *monasteriorum familiam saltem semel in anno officium visitationis exerceas, excessus corrigens publicos et privatos. Sed de correctis te nullatenus intromittas, nisi forsan fuerint illegittime ac insufficienter vel indiscrete correcti.*

14. *Nullam absolvas Abbatissam a monasterii sui regimine, nisi de consensu et voluntate totius sui conventus vel maioris partis eiusdem. Cum consensu tamen totius conventus vel maioris partis ipsius, Abbatissam absolvere poteris, cum secundum Deum videris expedire.*

15. *Electiones* (4) autem *Abbatissarum,* si aliquas celebrari contigerit, *quousque aliud duxerimus ordinandum,* inquisita de electionum forma, eligentium studiis et electarum meritis diligentius veritate, [de] aliquorum discretorum Fratrum consilio communicato confirmes, si eas inveneris de personis ydoneis celebratas, faciens ipsis electis a suis subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi. Alioquin, eis rite cassatis, facias monasteriis de personis ydoneis in Abbatissas assumendis per electiones canonicas provideri, ad confirmationes vel infirmationes electionum ipsarum et cetera, prout dictum est superius, processurus.

(a) N P *totamque;* sed cf. M1, n. 15, eiusque derivata.

---

(1) Lazzeri, n. VIII: AFH IV, 85. (2) Cf. tamen M2, nn. 6-7.

(3) **12-14** = ibid. n. VI, §§ *Forma, In monasteriis, Nullam,* p. 81.

(4) Ibid. § *Confirmationes;* ubi tamen infirmationes vel confirmationes Abbatissarum Protectori reservantur.

16. *Sorores* (1) *vel Servitiales nunquam de monasterio ad monasterium transferas, vel aliquas recipias seu* (a) *recipi facias, absque nostra licentia speciali.*

17. *Inquiras diligenter monasteriorum possessiones qualiter gubernentur, necnon et proventus earum seu redditus et iudicia vel legata monasteriis facta seu relicta qualiter dispensentur, et super hiis, si expedire videris, debitam reddi tibi facias rationem.*

18. *Specialiter autem tua sollicitudo desudet* (2), *qualiter Abbatissis* et *Sororibus, Conversis et familie monasteriorum tam in divinis officiis quam et ecclesiasticis sacramentis et aliis, que ad salutem pertinent animarum, utiliter valeat provideri* (3).

19. *Quamvis* (4) *etiam circa observantias Regule tibi non liceat dispensare, cum eedem observantie ad moderamen debitum sint redacte, volumus tamen quod de statu et conditionibus cuiuslibet monasterii perquiras sollicite et circa statum monasteriorum, prout magis honestati et utilitati expedire videris, iuxta qualitatem personarum, locorum et etiam regionum ordines et disponas, ut regularis observantia tam in clausura quam* (b) *honestatibus aliis vigeat in eisdem, omnisque materia exempli nocibilis relegetur.*

20. *Inquiras etiam specialiter qualiter in singulis monasteriis Regula observetur,* ac *corrigas et reformes tam in capite quam in membris, que correctione seu reformatione videris indigere; opponentes* se tibi *et non obtemperantes per censuram ecclesiasticam conpellendo.*

21. *Volumus* insuper, ut *si preter communem visitationem, quam semel in anno debes facere, prout* superius *continetur, pro quovis articulo emergente in aliquo monasterio correctionis vel visitationis officium* particulariter seu generaliter *aliquando videris oportunum, iuxta premissam formam adeo sollerter inpendas, ut que pacem diligunt et quietem, eisdem perfrui valeant, et insolentes prout convenit conpescantur.*

22. *Rursus quia in hiis que per te non* posses *utiliter exercere, divina propitiante clementia, tibi adesse [proponimus]* (c) *et consilium et auxilium favorabiliter impertiri, volumus, ut quandocunque* (d) *articulus sive casus emerserit, in quo tibi videatur nostrum expectandum consilium vel auxilium expetendum, ad nos secure recurras, ut emergentibus casibus per nos possit remedium debitum adhiberi.*

23. *Ad hec de nostre beneplacito voluntatis esse cognoveris, quod presentes litteras in singulis transcribi monasteriis facias, ut Abbatissis et Sororibus clareat quando et pro quibus ab eis fueris requirendus.*

(a) P *vel.* (b) P add. *in.* (c) Ex fonte et derivatis suppletum.
(d) P *quicumque;* infra *vel et.*

(1) **16-18** = ibid. §§ *Sorores, Inquiras, Specialiter*, p. 81-82.
(2) Sic fons anceps corrigendus.
(3) **19-24** = ibid. §§ sequentes usque ad *Datum*, p. 82-83.
(4) Om. § *Ad provisionem*, quo ad statuta circa hoc contenta in Regula et eiusdem Protectoris atque gen. Ministri litteris amandatur.

24. *Demum sinceritatem tuam exoramus et hortamur in Domino, obsecrantes nichilominus per aspersionem sanguinis Ihesu Christi, ut premissa* omnia sic prudenter, *sic sollicite studeas exercere, quod fructus Deo acceptus et monasteriis utilis et consolatorius inde proveniat, tam nostra quam tua conscientia in tuto consistat, tu pro tuo labore retributionis eterne premium consequaris, nosque una cum predictis Sororibus tibi obnoxii teneamur.*

Datum Viterbii IIII [a] idus februarii, anno Domini M°CC° sexagesimo octavo, pontificatus d. Clementis pape IIII anno tertio.

Bibliothec. civ. Norimbergae, cod. saec. XV, sign. *Cent III, n. 69* (**N**) f. 227rb-228va [1]. Bibl. Palatina Vindobon. cod. saec. XV, n. *4724* (**P**), f. 143v-146r. Cf. quoque Glassberger, *Chronica*, ap. *An. Fr.* III, p. 80s. — Harum litterarum versio flandrica invenitur ap. Bruxellensis Regiae Bibliotecae codices saec. XV, n. *14718* (f. 47v-58r) et *II. 1512* (f. 24r-29r). Versio germanica apud cod. n. *1191*, saec. XV (**B**), in Musaeo Bavarico Monachii asservatum, f. 6rb-9ra.

II.

1297, 8 aprilis. — Matthaeus Rubeus Ursinus, primi et secundi Ordinis S. Francisci cardinalis Protector, - **1.** ut Clarissarum gubernationi melius provideat, - **2.** monasteriorum visitationem generali et provincialibus primi Ordinis Ministris committit, - **3-6.** qui instituere et destituere possint Visitatores, - **7.** a monasteriorum personis obsequio afficiendos; - **8.** et monasteriis de Fratribus providere debeant pro spiritualibus et temporalibus auxiliis, - **9.** atque invigilare ne fiat Sororum multiplicatio onerosa. - **10.** Transmissio potestatis. - **11-12.** Ipsi monasteria ingredi possunt et Fratribus permittere ut ad ea accedant. - **13.** Inducant omnia monasteria ad Urbani IV Regulam suscipiendam. - **14.** Forma Visitationis; - **15.** circa quae. - **16-17.** Visitatorum potestas in absolutione et electione Abbatissarum, - **18.** et Sororum translatione; - **19.** eorumque inquisitio de monasterii temporalibus bonis, - **20.** et spiritualibus officiis; - **21.** ac de regulari observantia. - **22.** Extraordinariae visitationes; - **23.** recursus ad Protectorem; - **24.** publicatio harum litterarum; - **25.** extensio gubernationis. - **26.** Exhortatio.

1297, 8 aprilis.

Matheus miseratione divina S. Marie in Porticu dyaconus Cardinalis venerabilibus [b] et religiosis viris et dilectis in Christo fratribus (Ioanni) generali et universis provincialibus Ministris Ordinis fratrum Minorum salutem in Domino.

1. « Inter cetera que humeris nostris incumbunt, multum nos angit cura monasteriorum Ordinis S. Clare, que Regulam a fel. rec. d. Urbano papa IIII editam (qua Cardinalis qui pro tempore fuerit gubernator vestri Ordinis monasteriis ipsis [2] preficitur) susceperunt et quorumlibet alio-

[a] Glassb. et B (infra citandus) *III*.
[b] Firm(amenta), infra citanda, *venerabili et dilectis*.

[1] Documentum fraterne mecum communicavit P. Livarius Oliger, O. F. M., cui publicas hic quoque, ut teneor, ago gratias. [2] Cap. XXV.

rum que sunt nostre cure commissa; nec videmus ([a]) nos ad id posse sufficere, nisi onera nostra circa curam eamdem per vestra et Fratrum vestri Ordinis ministeria releventur. Sane huiusmodi nostra onera tanto credimus posse saniori conscientia supportari ([b]), quanto ipsa monasteria visitari et reformari contigerit per vos ([c]) et prudentium Fratrum dicti Ordinis ministerium et doctrinam. Ex hoc enim speramus quod, Deo auctore, poterunt in debita honestate servari et consequi statum gratum Deo, exemplarem mundo et sibi salutiferum et quietum ».

2. « Et quoniam in desideriis nostris hoc agitur ut prefata monasteria pacifice vivant et salubriter gubernentur et quod regularis observantia tam in capite quam in membris vigeat in eisdem », ideo ([1]) *visitationis*, inquisitionis, correctionis et reformationis *officium monasteriorum dicti Ordinis* vobis generali Ministro quoad singula dicta monasteria ubilibet constituta, que dictam Regulam a prefato d. Urbano editam susceperunt vel suscipient ([d]), nec non et ([e]) monasteriorum tam S. Clare de Assisio quam omnium aliorum que sunt nostre gubernationi commissa vel in posterum committentur, ac unicuique vestrum provincialium Ministrorum quoad ea que de predictis monasteriis tantummodo *que fuerint infra limites Provinciarum* commissarum vestro regimini vel committendarum in posterum, *presentium tenore duximus committendum*, « attente *rogantes* ut, *Deum habentes pre oculis,* que vobis committimus *exequamini* diligenter ».

3. Ut igitur levius ferre possitis onera commissionis prefate ([2]), *volumus* atque concedimus ut non solum vos generalis Minister ubilibet, sed et quilibet vestrum provincialium Ministrorum unum vel plures ([3]) *Fratres idoneos* in suis Provinciis ad tale officium exeercendum ([f]) instituere et destituere valeatis *de consilio* aliquorum *Fratrum sue Provincie discretorum;* qui, *quando* et ubi *expediens* fuerit, *dictis monasteriis beneficium visitationis,* inquisitionis, correctionis et reformationis *impendant:* ipsosque Visitatores possitis multiplicare et minuere, secundum quod ([g]) multitudini et distancie monasteriorum et longitudini et latitudini Provinciarum videritis expedire.

4. « Ingressus autem vester et Visitatoris cuiuslibet *intra eorum monasteriorum* ([h]) *clausuram intrinsecam cum duobus vel tribus sociis* Ordinis vestri fiat, ad dictum officium seu beneficium impendendum ».

5. Sic autem Visitatoribus, ut premittitur, instituendis a vobis, visitationis infra certos limites et visitandi, inquirendi, corrigendi et reformandi ([4]) *certa monasteria* officium committatur, quod in eodem monasterio visitancium seu Visitatorum plurium super eisdem visitatio,

([a]) P² (infra citandus) *iudicamus.* ([b]) Firm. *supportare.* ([c]) Firm. *nos;* P² statim *prudentum.* ([d]) Firm. om. *vel suscipient.* ([e]) P² om. *et* et postea *tam.* ([f]) Firm. *exequendum,* infra om. *aliquorum.* ([g]) P² *secundum multitudinem et distanciam... longitudinem et latitudinem.* ([h]) Firm. om. *monast.*

([1]) IC, n. 4. Quae om. ad praecedentem regiminis statum et provinciae Alamanniae circumstantias particulares attinent.

([2]) **3-4** = IC, 5. ([3]) Apud IC « unum *vel duos ad plus* ». ([4]) IC, n. 6.

inquisitio, correctio et reformatio *non concurrant, sed* unusquisque Visitatorum in decretis sibi monasteriis « et infra certos limites constitutis » visitationis, inquisitionis, correctionis et reformationis *officium exequatur.*

6. Excitamus quoque prudentiam vestram ut provide indagetis qualiter commissa et committenda visitationis, inquisitionis, correctionis et reformationis officia Visitatores huiusmodi exercebunt ([a]), et informetis, corrigatis et ammoneatis eosdem, prout fuerit oportunum.

7. *Omnibus* ([1]) *autem tam Abbatissis quam Sororibus et Servitialibus nec non Capellanis, Conversis et ceteris de familia* predictorum monasteriorum *presentium tenore mandamus,* quatenus vobis et aliis qui ([b]) *ad visitationis,* inquisitionis, correctionis et reformationis officium sunt assumpti vel in posterum assumentur, *in omnibus que ad idem officium pertinent, obediant et intendant.*

8. Facietis etiam ipsis ([2]) *de divinis officiis per* Fratres vestri Ordinis vel *alios,* prout expedire videbitur, *provideri;* provisuri monasteriis supredictis de Fratribus moraturis in eis quotiens expedire videritis pro ipsorum commodo et Abbatissarum salute nec non Sororum, familie et personarum degentium in eisdem. *Nichilominus eis in oportunitatibus illis, que* ipsis *temporaliter imminent* vel in antea imminebunt, *per* vos *et* ([c]) Fratres atque *amicos* vestri *Ordinis consiliis, subsidiis* et *favoribus,* prout vestra et Ordinis vestri patietur *honestas, studeatis assistere* et *adesse.*

9. Ad hec prudentiam vestram excitamus attente ut vos et Visitatores qui erunt pro tempore diligentius attendatis ([d]) quod in monasteriis mendicantibus, in quibus conventus seu Sorores cum familiis in monasteriis degentibus non possint de ipsorum monasteriorum facultatibus sustentari, non fiat Monialium seu Sororum multiplicatio onerosa. Posset enim periculosum ([e]) fore multas personas mendicantes claudere sub clausura, non habentes unde possint de monasteriorum facultatibus sine mendicitate saltem aliqualiter sustentari. Ex hoc enim nonnumquam datur occasio recipiendi Sorores per simoniacam pravitatem, et ([f]) propter paupertatem persone notabiles ([g]) pauperes, licet sancte conversationis et vite, gratis recipi in monasteriis recusantur, quia non habent pecuniam sive bona que ad monasterium secum portent. « Hec experientie doctrina nos docet, hec in lucem veniunt cum a nobis petitur ut cum receptis et recipientibus simoniace dispensemus ».

10. « Ceterum ea que secundum premissa per vos Ministros fieri volumus, vobis presentium tenore committimus exequenda. Illa vero que per Visitatores predictos nec non per ([h]) Fratres vestri Ordinis fieri volumus seu concedimus, ut presentibus exprimuntur, eisdem Visitatoribus

---

([a]) P[2] *exerceant;* infra Firm. *amoveatis.* ([b]) Firm. *que.* ([c]) Firm. om. *et.* ([d]) Firm. *tendatis,* infra *familiis et in.* ([e]) Firm. *periculum.* ([f]) Firm. om. *et.* ([g]) Firm. *nobiles.* ([h]) Firm. *et.*

([1]) IC, n. 7. ([2]) IC, n. 10.

et Fratribus assumptis et ([a]) assumendis a vobis eodem tenore duximus committenda » ([1]).

11. *Ut* ([2]) *autem liberum* vobis *sit piam dare operam his que* dictorum monasteriorum *prefatarum* Abbatissarum et *Sororum consolationem et profectum respicere dinoscuntur* et *ne capitulum* vestre *Regule* vel Declarationis ([3]) cuiuslibet subsecute, *quo ab ingressu monasteriorum Monacharum Fratres arctantur,* his que presentibus continentur *possit obsistere, auctoritate apostolica qua fungimur* in hac parte, *tenore presentium licentiam concedimus specialem, ut* pro premissis et *pro exhibendis ecclesiasticis sacramentis, celebrandis divinis, predicationibus faciendis, impendendis consiliis* pro piis ([b]) et rationabilibus causis congruis vel honestis, nec non *et aliis que ipsis* Abbatissis et *Sororibus,* Capellanis et Servitialibus ([c]), Conversis et familiaribus *extiterint opportuna, quotienscunque secundum Deum* expedire *videbitur,* vos generalis Minister *ad* singula *monasteria dicti Ordinis* nec non et ([d]) alia nobis commissa vel committenda, et ut quilibet vestrum provincialium Ministrorum ad dicta monasteria et ad alia nobis commissa vel committenda tantum ([e]) que fuerint infra Provincias vestre administrationi commissas, possitis accedere cum uno vel pluribus Fratribus vestri Ordinis quos ducetis vobiscum, et ([f]) etiam si expedire videritis *intrinsecam clausuram cum duobus vel tribus Fratribus introire.*

12. Et *Fratres* vestri *Ordinis* accedere possint *ad ea loca ad que aliis licet accedere,* quando a vobis generali quoad omnia monasteria supradicta vel ipsorum aliqua vel aliquod, vel quando a singulis vobis Ministris ad dicta monasteria [que sita sunt] ([g]) infra Provinciam uniuscuiusque vestrum administrationi commissa[m vel] ipsorum aliqua vel aliquod fuerint destinati, vel quando per illum seu illos fuerint missi, quibus mittendi vel destinandi specialiter concesseritis potestatem; nec non Visitatoribus monasteriorum ipsorum institutis et ([h]) instituendis in posterum similem accedendi ad monasteria sue visitationi commissa cum uno socio pro premissis et alias ubi *necessitas vel utilitas* hoc exposcet ([i]), licentiam specialiter elargimur, et etiam accedendi ad monasteria ipsa et intrandi intrinsecam clausuram ipsorum cum duobus sociis vel tribus, visitationis, inquisitionis, correctionis vel reformationis causa aut ([k]) alia necessitate vel utilitate urgente.

13. « Concedimus insuper vobis generali Ministro ut ad singula monasteria que fuerunt ([l]) Ordinis S. Damiani eo tempore quo dictus d. Ur-

([a]) P² *vel.* ([b]) Firm. *et propriis.* ([c]) Firm. om. *et Serv.* ([d]) P² add. *ad.* ([e]) Firm. om. *tantum;* infra *commissa.* ([f]) Firm. om. *et.* ([g]) Hic et infra suppletum ex **J**, n. 9. ([h]) P² *seu.* ([i]) Firm. *exposceret.* ([k]) P² *vel.* ([l]) Firm. *fuerint,* infra om. *dictus.*

([1]) Cf. tamen additamentum A Ph ad J n. 33: infra p. 127, not. **b*.

([2]) **11-12** = IC, n. 8. Postea om. ex IC, n. 9, in quo Moniales Ministro et Fratribus enixe commendantur.

([3]) Idest, Regulae cap. XI; Gregorii IX Declaratio « *Quo elongati* », d. 28 sept. 1230, circa finem: BF I 70; Constitutio Nicolai III « *Exiit* », d. 15 aug. 1278: *Seraphicae Leg. Textus orig.*, art. 20, p. 220s.

banus edidit Regulam supradictam nec ipsam Regulam postmodum susceperunt, et vobis Ministris provincialibus ad singula monasteria talia infra vestras Provincias constituta, cum uno vel pluribus Fratribus possitis accedere, ad hortandum, monendum et inducendum Abbatissas, Sorores et personas monasteriorum ipsorum ut recipiant Regulam a prefato d. Urbano editam; et ut ad hoc possitis Fratres Ordinis vestri mittere, et Fratribus ipsis ut missi ([a]) taliter ad ea possint accedere, licentiam specialem ».

14. *Forma* ([1]) *autem visitationis*, quam a vobis et Visitatoribus « institutis vel instituendis a vobis » volumus observari, *hec est*.

15. Quilibet vestrum visitare volens et quilibet Visitator institutus vel ([b]) instituendus ([2]) *in monasteriis sue visitationi commissis circa Abbatissas, Sorores et Servitiales, Capellanos* ([c]), *Conversos ceteramque monasteriorum familiam saltem semel in anno officium visitationis exerceat, excessus corrigat publicos et privatos; sed de correctis se nullatenus intromittat, nisi forsan* ([d]) *fuerint illegitime vel insufficienter aut indiscrete correcti.* Alias ([e]) nostre intentionis existit quod eodem anno visitationes, inquisitiones, correctiones et reformationes que per Ministros fient cum visitationibus, inquisitionibus, correctionibus et reformationibus Visitatorum super eisdem articulis non concurrant.

16. *Nullam absolvat Abbatissam a monasterii sui* ([f]) *regimine, nisi de consensu et voluntate totius sui conventus vel maioris partis eiusdem. Cum consensu tamen totius* ([g]) *conventus vel maioris partis ipsius Abbatissam absolvere poterit, cum secundum Deum viderit expedire.*

17. *Electiones* ([3]) *autem Abbatissarum* quas *celebrari contigerit* in monasteriis « constitutis in ultramontanis partibus seu extra Italiam vel in Sclavonie seu Romanie provinciis », *quousque aliud duxerimus ordinandum, inquisita de electionum forma, eligentium studiis et electarum meritis diligentius veritate, de aliquorum discretorum Fratrum consilio communicato* ([h]) *confirmet, si eas invenerit* canonice et *de personis ydoneis celebratas, faciens ipsis electis a suis subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi. Alioquin, eis rite cassatis, faciat monasteriis de personis idoneis in Abbatissas assumendis per electiones canonicas provideri, ad confirmationes vel infirmationes electionum ipsarum etc., prout dictum est superius, processurus.* « Super *infirmationes* vero *et confirmationes* electarum ([i]) que fiunt in monasteriis infra Italiam constitutis, extra provinciam Sclavonie, *ad nos* habeatur recursus ».

([a]) Firm. *missis* ([b]) Firm. *et.* ([c]) Firm. add. *et.* ([d]) Firm. *forsitan.* ([e]) P² add. *regulariter.* ([f]) Firm. om. *sui.* ([g]) P² *eiusdem.* ([h]) Firm. *convocato.* Variationis, sin potius erroris, causa, hic et in derivatis ex J, 14, in verbi ancipiti abbreviatione quaerenda est. ([i]) Firm. *electorum;* mox *fient, intra.*

([1]) Lazzeri, n. VI, § *Forma:* AFH l. c.; IC, n. 12. ([2]) 15-16 = IC, 13-14.
([3]) IC, n. 15; ubi iam conceditur quod hic pro monasteriis extra Italiam constitutis.

18. *Sorores* (1) *vel Servitiales numquam de monasterio ad monasterium transferant,* nisi causa regiminis vel societatis ([a]) Abbatissarum, absque nostra licentia speciali ([b]), vel nisi quando electa vel electe de uno monasterio ad aliud transferuntur causa regiminis cum socia vel sine socia, et postea fuerit absoluta vel fuerint absolute, quia tunc tam absolutis quam sociabus que secum iverunt vel ibunt potest quilibet vestrum dare licentiam ad primum monasterium redeundi, utriusque monasterii Abbatissarum et conventuum vel maioris partis ad hoc accedente consensu. Et huiusmodi reditus fiat cum societate decenti, que congruat Ordinis honestati.

19. Insuper visitantes et Visitatores (2) *inquirant diligenter* de iuribus *monasteriorum possessionibus* ([c]) sive bonis atque *proventibus, redditibus et iudiciis* (3), *legatis monasteriis* sive *factis,* et de his *qualiter dispensentur* et quomodo *gubernentur,* et specialiter quod nulla ([d]) Professa proprietaria inveniatur in monasteriis antedictis. Super quibus *debita ratio* exigatur atque *reddatur* saltem semel in anno; et puniantur Abbatisse et Sorores ([e]) et alie que invente fuerint proprietarievel culpabiles seu remisse vel etiam negligentes. « Easdem Abbatissas et Sorores sepius admoneant ut receptiones symoniacas omnino non faciant et quod in receptionibus nihil interveniat quod receptiones ipsas inficiat vel fermentet ([f]) » (4).

20. *Specialiter* (5) *autem* unusquisque visitans Minister seu Visitator institutus vel instituendus in posterum diligenter attendat et faciat quod bene *provideatur Abbatissis* et ([g]) *Sororibus, Conversis et familie monasteriorum tam* de *divinis officiis* quam de *ecclesiasticis sacramentis et aliis que ad salutem pertinent animarum ; et de statu et conditionibus cuiuslibet monasterii perquirat* ([h]) attentius, *et circa statum* uniuscuiusque, *prout magis honestati et utilitati expedire viderit, iuxta qualitatem personarum, locorum et etiam regionum ordinet et disponat, « ut regularis observantia tam in clausura quam honestatibus aliis vigeat in eisdem, omnisque materia nocibilis relegetur* ab ipsis ».

21. *Inquirat* (6) *etiam specialiter qualiter in singulis monasteriis* singula *observentur,* ac ([i]) *corrigat et reformet tam in capite quam in membris que correctione* et *reformatione noverit indigere; opponentes se et non obtemperantes* circa *premissa, auctoritate* nostra, quam vobis generali et singulis Ministris visitantibus nec non Visitatoribus presentibus et futuris committimus, *per censuram ecclesiasticam compescendo.*

([a]) Firm. om. *societ.* ([b]) Firm. *spūali* = *spirituali.* ([c]) Firm. om. *possess.* ([d]) P² add. *persona.* ([e]) Firm. om. *et Sorores;* infra om. *etiam.* ([f]) Firm. *infirmet.* ([g]) Firm. om. *et;* infra *et tam.* ([h]) Firm. *perquirant;* et infra *ordinent, et disponant et ut.* ([i]) P² om. *ac* usque *communem:* infra n. 22, lin. 1.

---

(1) IC, n. 16; ubi translatio prohibetur, nulla exceptione facta, « *absque nostra licentia speciali* ». (2) Lazzeri, n. VI, § *Inquiras,* p. 82; IC, n. 17.

(3) *Iudicium* = testamentum, donatio, dispositio, legatum; a τὸ *iudicare,* quod in testamentis saepius pro τὸ *relinquere* usurpatur: Ducange s. v.

(4) Cf. tamen J, 20. (5) **20** = IC, nn. 18-19. (6) **21-24** = IC, nn. 20-24.

22. *Volumus* etiam *ut,* [*si*] ([a]) *preter communem visitationem, quam* saltem *semel in anno debet facere* quilibet visitans vel Visitator, *ut* ([b]) *superius continetur, pro quovis articulo emergente in aliquo monasterio visitationis,* inquisitionis, *correctionis* et reformationis *officium particulariter seu* ([c]) *generaliter aliquando viderit oportunum, iuxta premissam formam* illud *adeo solerter impendat, ut quietem diligentes et pacem eisdem perfrui valeant, et insolentes prout convenit compescantur.*

23. « Sane *quia in his que per* Ministros vel Visitatores *non possent utiliter exerceri, divina propiciante clementia adesse proponimus et consilium et auxilium favorabiliter impartiri, volumus ut quicumque* ([d]) *articulus seu casus emerserit in quo nostrum videatur expectandum consilium, ad nos recurri* possit, *ut emergentibus casibus per nos possit remedium* debitum *adhiberi* ».

24. Ceterum *nostri* fore *beneplaciti cognoscatis quod* ([e]) transcriptum *presentis* commissionis *in singulis monasteriis* habeatur, *ut Abbatissis et Sororibus* aliis liqueat *quando et pro quibus ab eis* unusquisque Minister vel Visitator *fuerit requirendus* et ut de his que facimus et concedimus per presentes, non debeant dubitare.

25. Nec volumus vos latere quod nos illorum monasteriorum gubernationem et curam gerimus que prefati d. Urbani Regulam susceperunt, nec non et monasteriorum S. Clare de Assisio ([1]) et aliorum que ex sua Regula vel ex privilegio subsunt vel subesse debent Cardinali qui est et ([f]) erit pro tempore vestri Ordinis gubernator.

26. *Demum* ([2]) vestram prudentiam excitamus *et hortamur in Domino, nichilominus obsecrantes* ([g]) *per aspersionem Sanguinis* ([h]) *Iesu Christi, ut premissa omnia sic prudenter* et *sollicite exerceantur* et fiant a vobis ([i]), *quod fructus Deo acceptus et monasteriis utilis et consolatorius inde proveniat,* et *tam nostra conscientia quam* vestrum ([k]) Ministrorum et Visitatorum conscientie *in tuto consistant,* et nos et vos *eterne retributionis premium consequi* valeamus, *nosque una cum predictis* Abbatissis et *Sororibus,* vobis et vestro Ordini amplius in Domino astringamur.

Datum Rome apud S. Petrum VI idus aprilis, anno Domini MCCXCVII, pontificatus d. Bonifacii VIII anno tertio.

Firmamenta trium Ordinum beatissimi patris nostri Francisci, ed. Parisiens. 1512, part. V, f. 13va-15ra. (Inde Waddingus, *Annales,* V², *Regestum Pontificium,* p. 584-88; BF IV, 431-35). Bibl. Palatina Vindob., cod. saec. XV, n. *4349* (P²), f. 160r-163r.

([a]) Suppletum ex fonte et J, n. 19. ([b]) Firm. *prout sup. ordinatur.* ([c]) Firm. *vel.* ([d]) Sic Firm. et P²; infra P² *videretur, exhiberi.* ([e]) Firm. *ut.* ([f]) P² *vel.* ([g]) Firm. *obsecramus.* ([h]) Firm. add. *Domini nostri.* ([i]) P² om. *a vobis.* ([k]) Firm. et P² *vestrorum.*

([1]) Protectionem huius monasterii expresse ei commiserat Nicolaus IV « *Licet in Regulam* », d. 11 sept. 1288: BF IV, 39.

([2]) IC, n. 24.

III.

1297, 3 maii. — Matthaeus Rubeus Ursinus, idem cardinalis Protector, - **1.** ne simoniacas receptiones in monasteriis S. Clarae denuo fiant, - **2.** generali et provincialibus primi Ordinis Ministris committit ut de hoc Moniales severe moneant, - **3-5.** atque tam in huiusmodi receptionibus quam in intrinsecae clausurae violatione usque ad diem harum litterarum receptionis iam lapsas absolvant. - **6.** Absolvant quoque pro violenta manuum iniectione; - **7.** quod interdum Confessores ipsi facere possint. - **8-9.** Concedit tamen ut loco familiarium clausuram quandoque ipsis ingredi liceat, atque, - **10.** multiplicatione consanguinearum damnata, - **11-12.** ut eamdem clausuram ingredi solae possint medicae et itinerantes Servitiales. - **13.** Utriusque Ordinis Regulis non obstantibus.

Mattheus miseratione divina S. Marie in Porticu diaconus cardinalis venerabili et religiosis viris dilectis in Christo fratribus ... (Ioanni) generali et universis ([a]) provincialibus Ministris Ordinis fratrum Minorum ac Visitatoribus institutis et instituendis ab eis ([b]) salutem in Domino.

1. *Fragilitate* ([1]) *seu ingnorantia sexus feminei in monasteriis Ordinis S. Clare receptiones personarum quandoque fiunt minus canonice, quod ex eo colligimus quia* ([c]) *nonnumquam pro recipientibus et* ([d]) *receptis per symoniacam pravitatem dispensatio postulatur.*

2. *Huic* ([2]) *igitur* ([e]) *morbo tam pestifero* et infectivo medicinam cupientes apponere *et animarum providere* ([f]) *saluti,* discretioni vestre presentium tenore duximus concedendum, ut quilibet vestrum ([3]) *Abbatissas et Sorores monasteriorum* sibi *commissorum* ex parte nostra *moneat et inducat sub amotionis Abbatissarum a regimine et Sororum translationis ad alia monasteria penis,* quod ([g]) *ab huiusmodi receptionibus symoniacis de cetero prorsus abstineant, et ostendat* ([h]) *eis quam sit grave peccatum* et periculosum *symoniacis receptionibus prestare consensum.*

3. Verum ([4]) *quantum ad receptiones* Sororum, Servitialium et Conversorum monasteriorum ipsorum, *tam cum Abbatissis et Sororibus recipientibus quam cum* Sororibus et Servitialibus et Conversis *receptis per huiusmodi vitium, potestatem* unicuique vestrum *concedimus dispensandi* cum illis tantum que cure sue fuerint deputate, *ita quod Sorores*

(a) P² om. *universis.* (b) Firm. om. *et inst. ab eis;* item infra *Fragilitate seu.* (c) Firm. *quod.* (d) Firm. et P² *ac.* (e) P² *ergo;* infra *committendum ut.* (f) Firm. *provideri.* (g) Firm. et fons *ut.* (h) Firm. et P² *ostendatis.*

(1) Lazzeri, XI, § *Fragilitate:* AFH IV, 93.

(2) Ibid. § *Huic;* sed statim om. de examine conditionum et circumstantiarum ad Sorores recipiendas ab ipso Visitatore faciendo, antequam licentiam Protectori postuletur: §§ *Huic* et *Et hunc modum.*

(3) Ibid. § *Abbatissas.* Om. nullam recipiendam esse sine Protectoris licentia speciali, et § *Et facias...* scil. praedictam monitionem in duplici scriptura redigi.

(4) Ibid. § *Ceterum.* Cf. quoque Lazzeri n. VIII: AFH l. c. p. 85; litteras scil. card. Ioannis Caietani, e quibus n. XI in variis infra citandis dependet.

et persone recepte possint in ipsis monasteriis remanere. Primitus (1) *tamen absolvat tam personas receptas quam recipientes, que indigebunt, ab excommunicationis sententia, quam* (a) *forsitan incurrerunt, pro eo quod in casibus non concessis vel per modum non licitum persone extrinsece infra clausuram monasteriorum huiusmodi sunt admisse, contra ordinationem vel inhibitionem seu preceptum fel. rec. Gregorii pape IX* (2).

4. Concedimus etiam potestatem absolvendi modo premisso Abbatissas, Sorores et Servitiales monasteriorum Ordinis dicte Sancte que alias admiserunt personas extrinsecas per modum non licitum vel in casibus non concessis; set (b) personis que illicite intraverunt quilibet vestrum possit iuxta formam Ecclesie beneficium absolutionis impendere, nisi forsitan intervenisset sic enormis excessus, quod super eo videatur sibi nostrum consilium requirendum.

5. Et quia hec (c) auctoritas sic vobis concessa super premissis et quolibet premissorum tantum [ad] preterita se extendit, nos dubiis conscientiarum que possent occurrere (d) precavere volentes, declaramus et volumus quod nullus vestrum aspiciat a[d] datam inferius adnotatam, set ad diem quo sibi presentes fuerint assignate.

6. Similiter duximus concedendum quod *Abbatissas* (3), *Sorores, Servitiales* et familias *monasteriorum Ordinis* memorati unusquisque vestrum possit (e) absolvere *pro violenta iniectione manuum in se ipsas* tam de preteritis quam futuris, *nisi* circa hoc per effuxionem sanguinis intervenisset *enormis excessus* (4).

7. Hoc idem confessores possint, presertim quando Ministri vel Visitatoris presentia infra duos dies naturales haberi non posset; (f) proviso quod singulas supradictas personas que offenderunt in predictis et quolibet (g) predictorum taliter punias (h), culparum (5) *quantitate* et *personarum qualitate* pensatis, *quod* de cetero *se non credant inpune tantum facinus commisisse.*

8. Preterea (6), cum sint multa *monasteria* que *familiares non habent* extrinsecos *qui associent medicos, minutores et personas alias* que *in casibus concessis a Regula* dicte Sancte (i) habent *clausuras monasteriorum*

(a) Firm. *si.* (b) Firm. add. *et.* (c) Firm. om. *hec;* et infra *commissa* pro *concessa.* (d) Firm. *possent oriri occurrere vol.* (e) Firm. *absolvere possit;* infra *quam de.* (f) Firm. add. *et;* infra *offenderint.* (g) Firm. *quomodolibet.* (h) Firm. *puniat;* P2 *puniatis.* (i) Firm. *dicte S. Clare.*

(1) Ibid. § *Prius.* (2) Bulla « *Etsi omnium* », diei 22 nov. 1236: BF I, 206.

(3) Ibid. § *Volumus* circa finem; cf. quoque Lazzeri, n. VIII: AFH l. c., p. 85, et IC, n. 11.

(4) Facultas in huiusmodi casibus (n. **3-6**) dispensandi, absolvendi etc., « per *se* vel per alios », personas praedictas praesentes et futuras, expresse concessa fuerat card. Matthaeo a Nicolao IV, Bullis uniformiter incipientibus « *Cum cura* », datis 4 et 11 sept. 1288: BF IV 36, 40.

(5) Ibid. n. VIII, p. 85, et n. XI, p. 93, § *Volumus,* circa medium; IC, n. 11.

(6) Lazzeri, n. XII: AFH IV, 94.

ipsorum intrinsecas (a) *introire,* providemus propter excommunicationis periculum et *concedimus* quod unusquisque vestrum et *Confessorum cum socio sibi* deputato *vel,* ipso *impedito,* cum *alio* ydoneo *eiusdem Ordinis* possit(b) familiarium vices gerere in hac parte. « Hoc idem dicimus de monasteriis que familiares *habent,* quando *non invenirentur* in tali necessitate *parati* ».

9. Item concedimus quod pro eisdem casibus, pro quibus confessores monasteriorum ipsorum solent seu possunt clausuras intrinsecas introire, pro eisdem ingredi quilibet vestrum possit, quando et quociens fuerit oportunum. Liceat insuper unicuique (c) ingredi clausuras easdem pro illis casibus sive excessibus corrigendis, qui preter comunem visitationem emergerent nec possent congruenter expediri ad cratem.

10. Demum prudentiam vestram hortamur et monemus actente, ut Abbatissas et Sorores inducatis pro posse quod in eisdem monasteriis (d) consanguinearum multiplicationem vitare procurent, presertim cum (e) ad magnam monasteriorum pacem provenire noscatur.

11. Ceterum, cum Sorores sibi minui faciant et mederi in locis secretis interdum, concedimus quod huiusmodi minutrices et medice possint sole intrare clausuras predictas, et Abbatissis et conventibus admictendi easdem concedimus potestatem. Volumus tamen et mandamus singulis Abbatissis quod duas vel tres Sorores maturas assingnent, que minutrices ipsas observent et medicas, ne infra clausuram alicui de Sororibus loquantur ad partem.

12. Liceat (f) Abbatissis et conventibus Ordinis sepedicti Abbatissas et socias ac Sorores que transferuntur nec non et Servitiales que mictuntur ab Abbatissis suis pro negotiis quibuscumque intra clausuras intrinsecas admictere, ipsisque etiam sic translatis et missis ingredi liceat et commedere ibidem et (g) etiam pernoctare, pro maiori personarum et Ordinis honestate. Proviso quod huiusmodi transeuntes in monasteriis ipsis sub pretextu itineris notabilem moram non contrahant fraudolenter seu (h) monasteriis ipsis dampnosam vel gravem.

13. « *Non* (1) *obstantibus* supradictis omnibus *Regularum capitulis Ordinis* utriusque (2) ».

Datum Rome apud S. Petrum, v nonas maii (i), anno D. millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, pontif. d. Bonifatii pape VIII anno tertio.

ASF, *S. Croce de Fir., 3 maggio 1297.* — Orig. perg. mm. 425×525. Desunt sigillum pendens et chorda. In dorso: « Provisio Matthei cardinalis circa Moniales ». = *Firmamenta* cit., part. V, f. 15ra-va. Cod. Palat. Vindob. n. *4349* cit. (P²), f. 163r-164r.

(a) Firm. *intrinsecus.* Sic etiam in originali prius scriptum fuit et postea eadem manu, ut videtur, correctum. Fons *intrinsecas.* (b) Firm. et P² *possint.* (c) Firm. cum J, 30, add. *vestrum.* (d) Firm. add. *et.* (e) P² add. *hoc.* (f) P² cum J, 32, add. *etiam.* (g) Firm. et P² *ac.* (h) Firm. om. *seu.* (i) P² 7º *id. aprilis* (= 7 apr., quod aperte erroneum est).

---

(1) Lazzeri, n. XII, linea ultima: AFH IV, 94.

(2) Regula Minorum, cap. XI; Regula Clarissarum Urbani IV, cap. XVIII.

IV-VII. — Nn. IV et V ex originalibus membranis vulgantur in Bibliotheca Communis Assisiensis inter S. Conventus instrumenta asservatis. Litterarum sub n. IV textum originalem inclusi epistola, aliunde sumpta, cum qua generalis tunc temporis Minister eas ad Provinciales Ministros transmisit, sicque editio plenior efficitur. Eaedem litterae, quippe quae scriptae sint nomine card. *Ioannis de Muro,* fratris Minoris, constantem variationem a derivatis praebent in verbo *nostri* pro *vestri* quando ad *Ordinem Minorum* vel *S. Franciscum* apponitur; quam propriam formam in textu recepi, etsi non rara est in gothicis scripturis confusio vel anceps lectio inter *u* et *n*. *Cursivus character* hic notat diversas quoque a fonte eiusdem verbi particulas.

Ad n. VI quod attinet, notandum apud Waddingum, post litterarum datam alium paragraphum, nulla distinctione facta, statim sequi (1), qui, prima fronte, ut ipse De Gubernatis eum denuo referens scripsit (2), « quasi litterae eiusdem fragmenta » vel alterius cuiusdam praelati additio videtur. At simplex fuit Waddingi mentis aberratio. Probabiliter namque in apographo, unde litteras Waddingus hausit (eius quoque editionis menda hoc monent), post litterarum textum is qui eo utebatur, capitulum, opportunitatis causa, addidit Regulae Urbani IV, quo Visitatoribus modus visitationis etc. indicitur; est enim hoc capitulum ad unguem exscriptum (3), quod litteras card. Philippi apud Waddingum (et De Gubernatis) sequitur.

Huius n. VIi proprium initium, ne Waddingi simplex repetitio fieret, at earumdem litterarum vulgari lingua specimen quoque haberetur, ex italica versione editur quam praebet cod. n. *2041-2047* privatae Bibliothecae Landau prope Florentiam existentis, de cuius non parvi momenti manuscriptis res Franciscanas continentibus in hoc *Archivo,* dato tempore, varia proferentur. Codex, alias diligenter describendus, membr., ff. 61, a diversis manibus saec. XV exeunte exaratus, ac mutilus in principio, in medio et in fine, plura continet ad monasterium S. Apollinaris Mediolanensis, Ordinis S. Clarae, spectantia; inter quae, ff. 52-61, harum litterarum versionem vulgari italico, quo superioris Italiae populus tunc temporis utebatur, ineleganter concinnatam, ac prope finem mutilam propter folium saltem unum e codice avulsum. Ea quoque in notis ego utor sub siglis **Phv**, ad editionem Waddingi vel confirmandam vel certius corrigendam.

N. VIIi etiam apud Waddingum initium tantum et finem habemus; ex quibus tamen iam evidenter apparet textum litterarum card. Arnaldi, anni 1317, non card. Philippi, anni 1370, card. Franciscum exscripsisse.

---

(1) *Annales,* VIII, 603s. (2) *Orbis seraphicus,* II, 674.
(3) Regula Urbani IV, cap. XXIV: BF *Epitome,* 283s.

IV.

1307, 1 octobris. — Fr. Ioannes Minius de Muro, iam Ordinis generalis Ministri, nunc primi et secundi Ordinis cardinalis Protector, - **1.** ut bono Ordinis S. Clarae melius provideat. - **2.** generali et provincialibus Ministris eiusmodi Monasteriorum regimen et visitationem committit, - **3-6.** qui Visitatores, singulis certa et diversa loca assignando, eligant, sibi informandos et Monialibus observandos, - **7.** et Fratres ipsis monasteriis deputent pro spiritualibus et corporalibus auxiliis; - **8.** quare monasteria ipsi intrare poterint, - **9.** et Fratribus ad ea accedendi licentiam concedere. - **10.** Forma visitationis, - **11.** circa quae; - **12-3.** Visitatorum potestas in absolutione - **14.** et electione Abbatissarum, - **15.** in translatione Sororum, - **16.** eorumque inquisitio super temporalibus bonis, - **17.** spiritualibus officiis - **18.** et regulari observantia. - **19.** Visitationes extraordinariae eis concessae; - **20.** agant contra Sororum multiplicationem onerosam et simoniacas receptiones, - **21.** contra multiplicationem consanguinearum; sed pro idonearum receptione - **22.** Visitatoris consensus habeatur, - **23.** Simoniace recipientes moneant; - **24-5.** easque et in clausura intrinseca remissas absolvat. - **26.** usqué ad harum litterarum receptionis diem. - **27.** Absolvant etiam violentas inter se; - **28.** quod Confessores quandoque facere possunt. - **29-30.** Loco familiarium assistentium Fratres ingredi possint clausuram; - **31-32.** idque, etiam solae, medicae et Servitiales itinerantes. - **33.** Clausuram extrinsecam stricte servent Moniales. - **34.** Publicatio harum litterarum. - **35.** Ambitus protectionis et regiminis in monasteria. - **36.** Exhortatio.

1307, 19 nov. et 15 decembris. — Fr. Gunsalvus a Vallebona, Minister generalis Ordinis fr. Minorum, eas Ministris provinciarum Alamanniae superioris et Romanae transmittit.

In Christo ([a]) *sibi karissimo fr. Heinrico* ([*b]) *Ministro provincie superioris Alemanie fr. Gunsalvus, Ordinis fratrum Minorum generalis Minister et servus, salutem et pacem in Domino sempiternam.*

Litteras venerandi patris ac domini d. fr. Iohannis Dei gratia Portuensis et S. Ruffine episcopi, nostri ([*c]) *et sancte Clare Ordinum Protectoris, sigilli sui appensione munitas, me recepisse noveris, anno Domini M°CCC°VII°, XIII* ([*d]) *kal. decembris, in provincia Provincie apud Narbonam; quarum tenor de verbo ad verbum talis est.*

Fr. Iohannes permissione divina Portuensis et S. Rufine episcopus venerabili et religiosis viris dilectis in Christo Fratribus generali et universis provincialibus Ministris Ordinis fratrum Minorum salutem in Domino.

1. *Licet* ([*e]) *ex* ([1]) *iniuncto nobis* ab apostolica Sede protectionis *officio de universis* gubernationi nostre commissis *curam sollicitam gerere ac ad*

([*a]) *In epistola Min. gen. edenda utor codicibus* N, P, P², E, T, *infra citandis.* ([*b]) T Matheo Ministro romano fr. G. ([*c]) T *add.* etiam. ([*d]) N III.

1. ([*e]) *Hinc incipit textus parallelus* A *et* Fr.

([1]) **1-2** = Initium Bullae iam cit. electionis Protectoris II Ordinis, tum Urbani IV ad card. Ioannem Caietanum, 1263, tum Nicolai IV ad Matthaeum Rubeum, 1288: « *Licet ex iniuncto* »: BF II, 474; IV 18.

proximos comuniter et remotos vigilantie nostre aciem extendere teneamur, ad Ordinem tamen S. Clare, quem almus Christi confessor beatus Franciscus et felicis memorie Urbanus papa quartus *in agro militantis Ecclesie plantaverunt, solertie nexu astringimur* amplioris, *ac pocioris circa ipsum diligentie studium adhibentes, eo ferventius spirituales et temporales profectus, quantum cum Deo possumus,* eidem Ordini *procuramus, quo persone ipsius Ordinis, quas reddit sexus fragilitas imbecilles, uberioris* ([a]) *favoris* presidiis *et promptioris substentaculi fulcimentis indigere noscuntur.*

2. Quare de (*a) vestri ([b]) maturitate consilii vestreque «*prudentie*» ([1]) circumspectione sollicita plenam et firmam in Domino «*fiduciam obtinentes*», et *cupientes* ut dictus *Ordo per* vestre *providentie* ministerium (*b) *preservetur a noxiis* et *ad salubria dirig*atur ac tam *spiritualiter* quam *temporaliter ad laudem et gloriam divini Nominis valeat ampliari;* ([2]) *visitationis, inquisitionis, correctionis et* (*c) *reformationis officium monasteriorum dicti Ordinis vobis generali Ministro, quoad singula dicta monasteria ubilibet constituta, que Regulam a prefato* (*d) *d. Urbano editam susceperunt* vel suscipient in futurum, *nec non monasteriorum* ([c]) *tam S. Clare de Assisio quam omnium aliorum que sunt* vel pro tempore erunt *nostre gubernationi commissa, ac unicuique vestrum provincialium Ministrorum quoad ea de predictis monasteriis tantum que fuerint infra limites Provinciarum commissarum vestro regimini vel committendarum in posterum* constituta, *tenore presentium committ*imus exerc*endum* ([d]) ([3]).

3. *Ut* autem *levius ferre possitis onera commissionis prefate* et ut sperati fructus de communicatis ([e]) laboribus colligantur, *volumus atque concedimus ut non solum vos generalis Minister ubilibet, set et quilibet vestrum provincialium Ministrorum unum vel plures Fratres ydoneos in suis Provinciis ad* huiusmodi *officium exercendum instituere et destituere,* prout expedire cognoveritis, *valeatis de consilio* dumtaxat aliquorum *Fratrum sue* (*e) *Provincie discretorum* (*f) *qui* ([f]), *quando et ubi* ne-

---

2. (*a) *Hinc incipit textus parallelus* Ph. (*b) A Ph Fr minist. providentie. (*c) Fr ac. (*d) A Fr predicto; Ph Phv fel. rec. Urbano papa IV.

3. (*e) A Ph Fr vestre. (*f) *Hic litteras card. Francisci Carboni interrumpit Waddingus, addens* ut in litteris antecedentibus Philippi cardinalis Protectoris. *Et postea earum finem adiungit, quem vide infra § 37 et sub doc. nr. VII.*

([a]) Fr *uberius.* ([b]) W *nostri;* Fr *vestri,* sed infra *providentiae.* ([c]) W *monasterium.* ([d]) W *exercitium.* ([e]) W *comitatis;* Phv *comunicate fatiche.* ([f]) W *per;* Phv *li quali quando.*

([1]) Verba cursivo caractere expressa et inter uncos (« ») clausa, sumpta sunt ex Lazzeri n. VI, § *Nos igitur:* AFH IV, 81; ubi tamen pro *prudentia* legitur *providentia.* ([2]) 2-3 = M[1] n. 2-3. ([3]) Om. brevem exhortationem.

cesse *fuerit, dictis monasteriis beneficium visitationis, inquisitionis, correctionis et reformationis impendant; ipsosque Visitatores multiplicare et diminuere possitis,* prout *secundum multitudinem et distantiam monasteriorum, longitudinem et latitudinem Provinciarum videritis expedire.*

4. Institutis autem vel (a) *instituendis* (1) per vos *Visitatoribus* huiusmodi *infra certos* (b) *limites* sic *visitandi, inquirendi* et *corrigendi* (*a) *et reformandi certa* (c) *monasteria officium committatur* (*b), *quod in eodem* (d) *monasterio Visitatorum plurium visitatio non concurrat, sed unusquisque* eorum *in decretis* (e) *sibi monasteriis* (2) *visitationis, inquisitionis, correctionis et reformationis officium exequatur.*

5. *Excitamus quoque prudentiam vestram ut provide indagetis* (f) *qualiter* dicti *Visitatores commissa* (g) *et committenda* sibi *officia* huiusmodi *exercebunt, et informetis* (h), *corrigatis ac moneatis eosdem, prout fuerit opportunum.*

6. *Omnibus* insuper *tam Abbatissis quam Sororibus et Servicialibus, nec non Cappellanis, Conversis et ceteris de familia predictorum monasteriorum presentium tenore mandamus, quatinus vobis* ac Visitatoribus ipsis tam presentibus quam futuris *in omnibus que ad visitationis, inquisitionis, correctionis et reformationis officium pertinent* firmiter atque humiliter *obediant et intendant.*

7. *Facietis* (*c) quoque eis *de* (i) « *ecclesiasticis Sacramentis et* » (3) *divinis officiis per Fratres nostri* (*d) *Ordinis vel* per *alios, prout* magis *expedire videbitur, provideri. Provisuri* insuper *monasteriis supradictis de Fratribus moraturis in eis quociens expedire videritis* (*e) *pro ipsorum commodo et salute* ac consolatione *Abbatissarum* et *Sororum nec non* (*f) Servicialium *et personarum* quarumlibet morantium *in eisdem,* et curaturi *nichilominus* (k) *eis in oportunitatibus illis que ipsis* pro *temporalibus inminent vel in antea inminebunt per* (l) *vos et Fratres atque amicos vestros, consiliis,* auxiliis *et favoribus* oportunis *assistere* fideliter *et adesse,*

---

4. (*a) Ph Phv *om.* et corrigendi. (*b) A committatis.
7. (*c) A Ph Faciatis; Phv Fatigli. (*d) A Ph vestri. (*e) A videbitur; Ph videbitis. (*f) Ph *add.* et.

(a) A *et.* (b) A *certorum limites sicut.* (c) W *dicta.* (d) W *eorum.* (e) W *dictis;* Phv *a sè deputati.* (f) A *indegatis;* W *indagetur;* Phv *providamente voi dimandati.* (g) W *commissura;* infra pro *sibi* habet *scilicet.* (h) W *informetur et corrigatur et moneatur eo sollicite, prout;* Phv *et informatili, corregitili et amonitili come serà di bisogno.* (i) A om. *de.* (k) W *non minus;* Phv *non di meno.* (l) W om. *per vos — favoribus;* Phv *per vuy et per li frati et amici con consilio et haviti (= aiuti) favori oportuni.*

---

(1) **4-7** = M^1 n. 5-8. Om. n. 4 M^1, de ingressu Visitatoris in monasteria cum sociis. (2) Quinque verba hic omissa vana repetitio erant.

(3) Verba inter uncos ex Lazzeri n. VI, § *Ad provisionem:* AFH IV, 82.

prout vestra ac (*a) prefati *nostri* (*b) *Ordinis pacietur* religiositas et *honestas* (1).

8. *Ut* (2) *autem* predicta omnia *liber*ius exequamini *piam*que (*c) *dare* possitis *operam hiis que* ad *dictorum monasteriorum Abbatissarum et Sororum profectum ac* (*d) *consolationem* pertinere *noscuntur*, decreto *Regule vestre* (*e) aut *Declarationis* ipsius *cuiuslibet subsecute, quo ab ingressu monasteriorum Monacharum Fratres artantur* sub certis limitibus non *obstan*te, (*f) *auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte licentiam tenore presentium concedimus specialem, ut pro premissis et pro exhibendis ecclesiasticis sacramentis* (*g), *celebrandis divinis* (*h), *predicationibus faciendis, impendendis consiliis ac pro* (*i) *piis* (a) *et rationabilibus causis congruis* et *honestis, nec non et aliis que ipsis* (*k) *Abbatissis et Sororibus, Cappellanis, Servicialibus, Conversis et familiaribus* dictorum monasteriorum *extiterint oportuna; vos generalis Minister* cum illa qua (*l) decreveritis Fratrum nostri (*m) Ordinis comitiva *ad singula monasteria dicti Ordinis nec non et alia* (*n) *nobis* (b) *commissa* (*o) *vel* etiam *committenda, et quilibet vestrum* (c) *provincialium Ministrorum ad* illa *monasteria nobis* (d) *commissa vel committenda tantum que* constituta (e) *fuerint infra Provincias* suppositas *vestre* cure personaliter *possitis accedere cum uno vel pluribus Fratribus quos ducetis vobiscum, et* quando *expedire videritis*, vos generalis Minister cum quot vobis placuerit Fratribus sociis, et quilibet vestrum provincialium Ministrorum *cum duobus vel tribus Fratribus* sociis tantum (f) eorumdem monasteriorum *clausuram intrinsecam introire.*

9. *Et ut Fratres nostri* (*p) *Ordinis accedere possint ad ea loca ad que* (g) *aliis accedere licet* (*q) *quando a vobis generali ad omnia monasteria supradicta vel* eorum *aliqua* seu *aliquod, vel quando a singulis*

(*a) Ph et. (*b) A Ph vestri.

8. (*c) Ph et piam. (*d) Ph et. (*e) A Ph vestre. (*f) A Ph *add.* de. (*g) A *add.* et. (*h) Ph Phv *add.* officiis. (*i) A *om.* pro. (*k) Ph Phv *om.* ipsis; Ph *infra* et Capellanis. (*l) Ph quam. (*m) A Ph vestri. (*n) A et ad illa. (*o) A commissa et committenda; *sic et infra.*

9. (*p) A Ph vestri. (*q) A Ph *add.* et infra clausuras monasteriorum eorumdem ingredi in casibus in quibus alterius status personis per ipsam Regulam est concessum.

(a) W *et propriis;* Phv *et per pietose et ragionevoli.* (b) W *vobis.* (c) A om. *vestrum.* (d) A W *vobis.* (e) W *quae statuta* [Phv *constituiti*] *fuerunt in provinciis supradictis* [Phv add. *sottoposte*] *vestrae.* (f) W om. *tantum;* Phv *cum duy o tri frati compagni solamente posiati.* (g) J *atque.*

---

(1) N. 9 M[1] ad n. 20 transponit: dein om. n. 10, in quo agitur de potestatis translatione a Protectore ad Ministros et a Ministris ad Visitatores et Fratres; quod tamen in A Ph ad finem n. 33, paucis mutatis, reassumptum est.

(2) 8-9 = M[1] n. 11-12.

vobis provincialibus *Ministris ad* ea tantum de dictis *monasteriis* que sita sunt *infra Provincias uniuscuiusque vestrum administrationi commissas vel* eorum *aliqua* seu *aliquod fuerint destinati, vel quando per illum seu illos fuerint* illuc ([a]) *missi, quibus* vos *mittendi vel destinandi specialiter concesseritis potestatem* ([*a]); *nec non Visitatoribus monasteriorum ipsorum institutis* per vos *et* ([*b]) *instituendis in posterum similem accedendi ad monasteria* ([b]) *sue visitationi commissa cum uno* Fratre *socio pro premissis et alias, ubi necessitas vel utilitas hoc exposcet, licentiam specialiter elargimur,* concedentes eis *etiam* licentiam *accedendi ad monasteria ipsa et intrandi* eorum ([*c]) *clausuram cum duobus vel tribus* Fratribus ([*d]) *sociis* tantum, *visitationis, inquisitionis, correctionis vel* ([*e]) *reformationis causa aut alia* evidenti *necessitate vel* communi *utilitate urgente* ([1]).

10. *Forma* ([2]) vero *visitationis, quam* ([*f]) *a vobis et Visitatoribus* ipsis *volumus observari, hec est.*

11. *Quilibet* ([c]) *vestrum visitare volens et quilibet* etiam *Visitator institutus vel instituendus* per vos *in monasteriis sue visitationi commissis circa Abbatissas, Sorores, Serviciales, Cappellanos* ([*g]), *Conversos ceteramque familiam monasteriorum* ipsorum *saltem semel in anno officium visitationis* ([d]) *exerceat, excessus corrigat publicos et privatos. De correctis* vero *se nullatenus intromittat, nisi forsan* ([*h]) *fuerint illegitime vel insufficienter aut indiscrete* ([e]) *correcti. Alias* autem *nostre intentionis existit quod eodem anno visitationes, inquisitiones, correctiones et reformationes que per Ministros fient, cum visitationibus, inquisitionibus, correctionibus* ([f]) *et reformationibus Visitatorum super eisdem articulis non concurrant.*

12. *Nullam Abbatissam a regimine monasterii sui absolvant* ([g]) *nisi de consensu et voluntate tocius sui conventus vel* saltem ([*i]) *maioris partis eiusdem* ([*k]). *Cum* ([h]) *consensu tamen tocius conventus vel maioris partis ipsius Abbatissam absolvere poter*unt tam Ministri quam Visitatores prefati ([*l]), *cum secundum Deum viderint expedire.*

([*a]) A Ph *add.* Simili modo Episcopis ad ingressum infra clausuras easdem cum decenti societate pro ecclesiis vel altaribus consecrandis vel Sororibus et cimiteriis benedicendis, vos generalis Minister quoad omnia monasteria, et vos provinciales quoad ea que infra vestrarum [W *vestros*] sunt limites Provinciarum, possitis licentiam elargiri. ([*b]) Ph Phv vel. ([*c]) Ph ipsorum. ([*d]) Ph Phv *om.* Fratribus. ([*e]) A et; Ph *om.*

10. ([*f]) A Ph Phv tam a vobis quam Vis.

11. ([*g]) Ph *add.* et. ([*h]) B forsitan; Ph forte.

12. ([*i]) A *om.* saltem. ([*k]) A *om.* eiusdem. ([*l]) Ph praedicti.

([a]) A om. *illuc.* ([b]) A add. *ipsa.* ([c]) A *Quibuslibet;* W *Cum quilibet;* Phv *Ognuno di voi.* ([d]) W add. *observet,* quod om. Phv. ([e]) W om. *aut indiscrete;* Phv *insufficientemente o indiscretamente.* ([f]) W Phv om. *correctionibus.* ([g]) W *absolvatis;* Phv *absolvano.* ([h]) W om. *Cum — ipsius;* Phv *Ma con consentimento di tuto il convento o de la maiore parte de esso.*

([1]) Om. n. 13 M[1], quo conceditur Fratribus accessio ad monasteria, ut Sorores inducant, quae nondum fecerint, ad suscipiendam Regulam Urbani IV.

([2]) 10-12 = M[1] n. 14-16.

13. Concedimus tamen soli generali Ministro, causa rationabili exigente, quod ([a]) ipse possit etiam preter consensum tocius vel maioris partis conventus Abbatissam absolvere, si quando hoc sibi ([*a]) ex necessaria causa et utili, suo iudicio, expendiens videatur.

14. *Electiones* ([1]) *autem Abbatissarum quas celebrari contigerit in monasteriis* supradictis ([b]) *quousque duxerimus* super hoc *aliud ordinandum, inquisita de electionum* ([*b]) *forma, eligentium studiis et electarum* ([c]) *meritis diligentius veritate, de* Visitatoris ([d]) et *aliquorum discretorum Fratrum communicato* ([e]) *consilio,* Minister *confirmet, si eas invenerit* canonicas *et de personis ydoneis canonice celebratas, faciens ipsis electis a* sibi *subditis obedentiam et reverentiam debitam exhiberi. Alioquin, eis rite cassatis, faciat* ipsis *monasteriis de personis ydoneis in Abbatissas assumendis per electiones canonicas provideri, ad confirmationes* seu *infirmationes* ([f]) *electionum ipsarum* ([g]), *prout dictum est superius, processurus.*

15. *Sorores* ([2]) autem *vel Serviciales de monasterio ad monasterium non transferant* ([*c]), *nisi causa regiminis vel societatis Abbatissarum* ([*d]), *absque nostra licentia speciali, vel nisi quando electa vel electe de uno monasterio ad aliud* ([*e]) *transferuntur causa regiminis cum socia vel sine socia, et postea absoluta fuerit vel fuerint absolute* ([*f]), *quia tunc tam absolutis quam sociabus* ([h]) *que secum iverint* ([*g]) *potest quilibet vestrum* ([*h]) *Ministrorum dare licentiam ad primum monasterium,* unde assumpte fuerant, *redeundi, utriusque monasterii Abbatissarum et conventuum vel maioris partis* eorum *ad hoc accedente* beneplacito et *consensu.* Proviso semper, ut convenit, quod *huiusmodi* ([*i]) *reditus fiat cum societate decenti, que congruat Ordinis honestati* ([*k]).

---

13. ([*a]) A Ph sibi hoc.

14. ([*b]) A Ph electionis.

15. ([*c]) Ph Phv transferantur. ([*d]) A Ph *add.* vel informationis vel infirmitatis seu in penam transferende Sororis. ([*e]) A Ph *add.* monasterium. ([*f]) A Ph *add.* vel ex predictis [W *expeditis*] causis translate. ([*g]) A Ph *add.* quam translatis ex predictis causis. ([*h]) Ph Phv *add.* provincialium. ([*i]) A Ph *add.* regressus et... fiant. ([*k]) A Ph *add.* Possitis etiam vos generalis Minister licentiare Sororem periculose infirmantem, ut clausuram egredi possit pro querendo remedio sanitatis, si urgens necessitas hoc requirat.

([a]) A om. *quod.* ([b]) W *infradictis;* Phv *supradicti.* ([c]) A *electorum.* ([d]) W *Visitatorum;* Phv *del Visitatore.* ([e]) A *coniuncto;* Ph Phv *convocato.* Cf. supra p. 109, not. *h.* ([f]) A W *informationes:* Phv *infirmatione;* W om. *electionum.* ([g]) A *ipsorum;* postea om. *est.* ([h]) W *socialibus quae secum fuerint pot.*

([1]) **14** = M¹ n. 17. Quod in M¹ pro monasteriis extra Italiam tantum concessum erat, pro omnibus indiscriminatim nunc conceditur.

([2]) **15-16** = M¹ n. 18-19.

16. *Insuper* unusquisque Minister *visitans* seu *Visitator* institutus vel (*a) instituendus in posterum *diligenter inquirat de monasteriorum possessionibus, proventibus* et *redditibus sive bonis* (*b) *qualiter dispensentur et* (*c) etiam *gubernentur*, ita *quod nulla Professa inveniatur proprietaria in monasteriis antedictis;* et *super* (1) « *hiis* » (a) *debita ratio exigatur atque redatur saltem semel in anno, et puniantur Abbatisse* vel (*d) *Sorores alie que invente fuerint proprietarie vel remisse* (*e) in predictis, *seu etiam negligentes* (2).

17. Et (3) *diligenter attendant* tam *Ministri* quam *Visitatores* (b) prefati *quod bene provideatur* (c) *Abbatissis, Sororibus,* Servicialibus et *Conversis* ac *familie monasteriorum* ipsorum *de* (*f) *divinis officiis* et *ecclesiasticis sacramentis* ac *aliis que ad salutem* et profectum *pertinent animarum et de statu* ac (*g) *conditionibus cuiuslibet monasterii perquirant attentius ut circa statum uniuscuiusque* (d), *prout magis honestati et utilitati* (e) *expedire* cognoverint *iuxta qualitatem personarum, locorum* et temporum (f), valeant que disponenda erunt *disponere* ac etiam *ordinare* (4).

18. *Inquirant* (*h) *etiam specialiter qualiter in singulis monasteriis singula* que observanda fuerint *observentur* et qualiter *observantia regularis tam in clausura quam* in *aliis honestati* consonis *vigeat in eisdem ac* (*i) *corrigant* (g) generaliter et specialiter *et reforment tam in capite quam in membris que correctione* aut (*k) *reformatione noverint indigere; opponentes se* (*l) aut *non obtemperantes circa* (h) *premissa auctoritate nostra, quam vobis generali et singulis* provincialibus *Ministris visitantibus* (i) *nec non Visitatoribus presentibus et futuris committimus, per censuram ecclesiasticam compellendo* (k).

---

16. (*a) Ph seu. (*b) A Ph *add.* quibus et. (*c) A Ph vel. (*d) A Ph et. (*e) A Ph excedentes.

17. (*f) Ph monasteriorum in divinis; *om. postea cum* A et. (*g) A ac de statu et; Ph De statu et.

18. (*h) Ph Phv Inquirant specialiter in singulis monasteriis an singula. (*i) A Ph et. (*k) A vel; Ph et. (*l) Ph Phv *om.* se.

(a) W *has.* (b) W *provisores;* Phv *Visitatori.* (c) W *provideant;* Phv *sia ben proveduto.* (d) W *utriusque;* Phv *di ciaschuno.* (e) W *utilitati et honestati;* Phv *honestate et utilitade.* (f) A *ipsorum.* (g) W *corrigantur;* Phv *corregono.* (h) W *in premissa;* Phv *circha le predicte cose.* (i) W om. *visitantibus;* Phv *e tutti i Provintiali che visitano.* (k) W *compellere.*

---

(1) Ex Lazzeri n. VI, § *Inquiras:* AFH IV, 82.

(2) Quod hic om. de receptionibus simoniacis, infra ad calcem n. 20, paucis mutatis, addit.

(3) 17-19 = M1 n. 20-22.

(4) Om. quae inde consequenda erant ad regularem observantiam clausurae etc.

19. *Volumus etiam ut preter comunem* (a) *visitationem, quam saltem semel in anno facere debet* (b), ut premittitur, *quilibet* Minister *visitans vel* ab eo (c) positus *Visitator, si* ipsi *pro* (d) *quovis emergente articulo in aliquo monasterio visitationis, inquisitionis, correctionis et reformationis officium particulariter seu generaliter* fore *viderint oportunum, illud* (e) *iuxta premissam formam adeo solerter inpendant, ut quietem diligentes et pacem iisdem perfrui valeant, et insolentes prout convenit compescântur.*

20. *Ad* (1) *hec* (f) *prudentiam vestram* monemus et *excitamus attente ut vos* Ministri *et Visitatores qui erunt pro tempore diligentius attendatis quod in monasteriis mendicantibus, in quibus Sorores seu conventus cum familiis in* eisdem *monasteriis degentibus non possunt de ipsorum monasteriorum facultatibus substentari, non fiat Monialium seu Sororum multiplicatio onerosa. Posset enim periculosum* (*a) esse *multas personas mendicantes* redigere *sub clausura non habentes unde possint de monasteriorum facultatibus sine mendic*atione *saltem aliqualiter substentari. Ex hoc enim nonnumquam datur occasio recipiendi Sorores per symoniacam pravitatem, et propter paupertatem persone* ydonee interdum *gratis recipi in* ipsis *monasteriis recusantur, quia* (g) videlicet *non habent pecuniam* vel temporalia *bona que ad monasteria secum portent* (h). Et idcirco, cum quanta possumus attentione rogamus ut tam (2) *Abbatissas* quam *Sorores* alias *sepius moneat*is quod in *reception*ibus faciendis stricte se habeant, et caveant ne *in receptionibus* huiusmodi symoniacum aliquid (i) *interveniat* vel aliud *quod receptiones ipsas* quoquo modo *inficiat* (*b) *vel fermentet* (k).

21. Observent etiam et caveant diligenter a receptione inutilium personarum (3) et a (l) *multiplicatione consanguinearum in eisdem monasteriis, cum* (m) hoc *ad magnam* quietem et *pacem* ipsorum *monasteriorum provenire noscatur.* Ubi vero aliqua seu alique ad Ordinem recipiende occurrant que, pensatis conditionibus et circumstantiis attendendis ydonee et receptione digne merito videantur, ad vitandum (*c) more periculum et parcendum monasteriorum laboribus ac (*d) expensis, duximus tenore presentium concedendum, quatinus per Abbatissas cum assensu omnium (n) vel saltem duarum parcium Sororum (o) monasteriorum et conventuum

---

20. (*a) Ph Phv periculum. (*b) Ph inficiat quomodolibet.
21. (*c) A evitandum. (*d) Ph et.

(a) W *convenientem;* Phv *oltre la comuna visitatione.* (b) W *debeatis.* (c) J *habeo.* (d) W *ipsis proque.* (e) B add. *autem;* infra W *praemissarum;* Phv *la predicta forma.* (f) W *hoc et;* infra *Minister et Visitatores et qui.* (g) W *quae.* (h) W *portant. Et id certo:* Phv *E però.* (i) W *aliquod.* (k) W *infermentet.* (l) W om. *a.* (m) W *hoc magnam q. et p. ips. mon. praepedire noscatur;* Phv errans quidem: *chè questo verebe a grande inquiete de la pace de essi monasteri.* (n) W *Abbatissas ad conservationem vel;* Phv *con consentimento de tute.* (o) W *eorum;* Phv *de le sorele.*

---

(1) **20** = M^1 n. 9. (2) M^1 19 in fine. (3) Cf. M^2 n. 10.

quibus preerunt, iuxta quod ex decreto sue Regule [1] illis conceditur, receptio talium fugientium e seculo fieri possit, dummodo super hoc ante [a] Ministri et Visitatoris illius Provincie, in qua monasteria sic recipere volentia sita erunt, requirantur [*a] ab eis et habeantur beneplacitum et consensus, vel saltem Ministri solius in illis dumtaxat Provinciis in quibus non essent super huiusmodi monasteriis [*b] Visitatores aliqui deputati, decernentes, si secus alique alicubi [b] recepte fuerint, receptiones huiusmodi irritas et inanes.

22. Monemus autem et hortamur in Domino tam Ministros quam Visitatores prefatos qui modo sunt vel qui erunt in posterum, ut in concedendo Abbatissis et conventibus predictarum Sororum licentias de novo recipiendi personas ad Ordinem ita stricte et discrete [c] se habeant, quod ex receptione nimium [*c] aut inutilium [d] personarum monasteria non graventur, ac interdicimus eisdem Ministris et Visitatoribus ad cautelam ne pro aliqua ipsorum [*d] consanguinea vel affini [*e] recipienda in monasteriis antedictis possint vel debeant licentiam elargiri, quantumcumque ad hoc Abbatissarum et conventuum eorumdem monasteriorum interveniant [*f] beneplacitum et consensus, set ad nostram vel [*g] generalis Ministri presentiam volumus et mandamus quod pro receptione talium, si monasteria ipsa et conventus id sibi expediens fore et utile viderint, recurratur [e].

23. Verum quia, sicut [*h] supra premissimus, ex [2] *fragilitate* vel *ignorantia sexus feminei in monasteriis* ipsis *receptiones personarum quandoque fiunt minus canonice* propter intervenientem labem *symoniace pravitatis*; Nos [3] *morbo tam* [f] *pestifero et infectivo medicinam cupientes apponere et animarum providere saluti, discretioni vestre* [g] *tenore presentium* efficacia quanta [h] possumus *duximus* suadendum, *ut quilibet vestrum Abbatissas et Sorores monasteriorum sibi commissorum ex parte nostra moneat et inducat sub amotionis* [i] *Abbatissarum a regimine et* aliarum *Sororum translationis ad alia monasteria penis*, quod *ab huiusmodi receptionibus symoniacis de cetero* [k] *prorsus abstineant, ostendat*que [l] *eis quam sit grave peccatum symoniacis receptionibus* prebere consilium vel [m] as*sensum*.

[*a] A requiratur ab ipsis et habeatur; Ph requirant ab eis et habeant ben. et assensus. [*b] Ph monasteria.

22. [*c] A Ph nimia. [*d] Ph eorum. [*e] A Ph *add.* vel habente in ipsis monasteriis consanguineam vel affinem (W *recipiendis*). [*f] A Ph interveniat; Ph *infra* assensus. [*g] A *om.* vel - Ministri.

23. [*h] Ph ut; *infra cum* A *om.* ipsis.

---

[a] W *auctoritate.* [b] W *aliquando;* Phv *in alcuno loco.* [c] W *districte;* Phv *discretamente se habiano.* [d] W *aut etiam utilium.* [e] A *viderint oportunum,* om. *recurratur.* [f] A *tam morbo.* [g] W *districtione nostra.* [h] W *efficaciter quantum.* [i] J *amotiones;* A *amatione.* [k] A om. *de cetero.* [l] W *ostendantque* (ita et A) *eis quantum sit.* [m] A *et.*

---

[1] Regula Urbani IV, cap. III: BF *Epitome,* 277.
[2] M² n. 1. [3] **23-30** = M² n. 2-9.

24. *Quantum* autem *ad receptiones Sororum, Servicialium et Conversorum* ([a]) *monasteriorum ipsorum, tam cum Abbatissis* ([b]) *et Sororibus recipientibus quam cum Sororibus, Servicialibus et Conversis receptis per huiusmodi vicium potestatem unicuique vestrum concedimus dispensandi cum illis,* videlicet, *tantum que cure sue fuerint deputate, ita quod Sorores et persone* taliter *recepte possint in ipsis monasteriis remanere. Primitus* ([c]) *tamen absolvat tam personas receptas quam recipientes, que indigebunt* ([d]), *ab excommunicationis sententia, quam forsitan incurrerunt, pro eo quod in casibus non concessis vel per modum non licitum persone extrinsece infra clausuram monasteriorum huiusmodi sunt ammisse, contra* ([e]) *ordinationem vel inhibitionem seu preceptum felicis recordationis Gregorii pape IX* ([f]).

25. *Concedimus etiam potestatem absolvendi* unicuique vestrum *modo premisso Abbatissas, Sorores, Serviciales et* Conversos ([g]) *monasteriorum Ordinis* sepefati ([*a]) *que alias admiserunt personas extrinsecas per modum non licitum vel in casibus non concessis* infra suorum monasteriorum clausuras intrinsecas.

26. *Et quia* hec *auctoritas sic* ([h]) *vobis concessa super* ([*b]) *premissis et quolibet* ([i]) *premissorum tantum ad preterita se extendit, dubiis conscientiarum que possent oriri precavere volentes, declaramus et volumus quod nullus vestrum aspiciat* ([*c]) *ad datam inferius annotatam, set ad diem qua sibi presentes fuerint assignate.*

27. *Similiter* etiam *duximus concedendum quod Abbatissas, Sorores, Serviciales et familias* ([k]) *monasteriorum Ordinis memorati unusquique vestrum possit absolvere pro violenta ingectione manuum in se ipsas* ([l]); et hoc intelligimus *tam de preteritis quam* etiam de *futuris, nisi circa* ([*d]) *hoc per* mutilationem alicuius membri vel nimis magnam et superhabundantem *effusionem sanguinis* adeo *enormis intervenisset excessus, quod merito* videretur nostrum fore aut etiam ([m]) superioris beneplacitum et consilium requirendum.

28. *Hoc idem confessores* predictarum Sororum *possint,* in Ministri et Visitatoris absentia, *presertim quando* ipsius *Ministri* seu ([n]) *Visitatoris presentia infra duos* vel tres dies *naturales* commode *haberi non posset.* Considerent tamen et diligenter attendant *quod singulas supra* ([*e]) nominatas *personas que offenderint in predictis et quolibet predictorum*

---

25. ([*a]) A sepedicti; Ph praefati.
26. ([*b]) A Ph *add.* duobus casibus proxime [A proximo]. ([*c]) Ph respiciat.
27. ([*d]) A Ph super.
28. ([*e]) Ph praenominatas.

([a]) W *Conversarum.* ([b]) W add. *quam.* ([c]) W *Prius.* ([d]) J *indigebant.* ([e]) W *quam.* ([f]) W add. *etc.* ([g]) W *Conversas;* infra *admiserant.* ([h]) A W *sit.* ([i]) W *horum;* infra *ad praedicta se.* ([k]) W *familiares.* ([l]) W *ipsis;* infra om. *etiam.* ([m]) W om. *etiam.* ([n]) W *et;* infra *possit, offenderunt.*

taliter puniant, culparum quantitate et personarum qualitate pensatis ([a]), *quod* patratrices talium (*a) *de cetero se non credant inpune* ([b]) *tantum* ac tale *facinus commisisse.*

29. *Preterea, cum sint multa monasteria que familiares non habent extrinsecos qui associent medicos, minutores* (*b) *et personas alias que in casibus concessis* ex *Regula dicte Sancte* (*c) *habent clausuras monasteriorum intrinsecas introire, providemus propter excommunicationis periculum* evitandum *et concedimus quod unusquisque vestrum* Ministrorum ([c]), Visitatorum ac *Confessorum cum socio sibi deputato, vel* eo *impedito, cum alio ydoneo eiusdem* nostri (*d) *Ordinis* Fratre *possit familiarium vices gerere in hac parte* ([1]).

30. *Item concedimus quod pro eisdem casibus, pro quibus confessores monasteriorum ipsorum solent seu possunt intrinsecas* eorum *introire clausuras pro eisdem, ingredi quilibet vestrum possit quando et quociens fuerit oportunum. Liceat insuper unicuique* vestrum *ingredi clausuras easdem pro illis casibus seu excessibus corrigendis, qui preter comunem visitationem* ([d]) *emergerent nec possent convenienter expediri ad cratem.*

31. Porro ([2]) *cum Sorores* ([e]) *sibi minui faciant et mederi in locis secretis interdum, concedimus quod huiusmodi minutrices et medice,* si clare fame fuerint et honeste conversationis et vite, *possint* ([f]) *sole intrare clausuras predictas, et Abbatisis ac* (*e) *conventibus admittendi eas concedimus* facultatem. *Et mandamus singulis Abbatissis quod duas vel tres Sorores maturas assignent, que minutrices ipsas observent et medicas, ne infra clausuram alicui de Sororibus loquantur ad partem.*

32. *Licitum* etiam sit *Abbatissis et conventibus* monasteriorum *Ordinis* ([g]) *sepedicti Abbatissas et socias Sorores*que alias *que transferuntur nec non Serviciales que mittuntur a suis Abbatissis pro* ([h]) *negotiis quibuscumque intra clausuras intrinsecas admittere, ipsisque etiam sic translatis et missis ingredi liceat et commedere ibidem et* ([i]) bibere ac *etiam pernoctare pro maiori personarum suarum et Ordinis honestate. Proviso* (*f) tamen *quod huiusmodi* Sorores vel Serviciales *transeuntes in monasteriis ipsis sub pretextu itineris notabilem moram non contrahant fraudulenter* vel (*g) *monasteriis ipsis gravem* minium et *dampnosam.*

(*a) Ph patrantes talia.

29. (*b) Ph Phv *add.* operarios; *infra cum* A *habent* alias quando in. (*c) Ph Phv *add.* Clarae (Ph habeant). (*d) A Ph vestri.

31. (*e) Ph et.

32. (*f) A Providimus. (*g) A Ph *om.* vel.

([a]) A om. *pensatis.* ([b]) W *impunes.* ([c]) W om. *Ministrorum;* A add. *et.* ([d]) A add. *ad cratem*, quod postea om. ([e]) A om. *cum Sorores.* ([f]) A *possent.* ([g]) W *Ordinis praedicti Sorores socias quoque ac alias quae;* Phv *le Abbadesse con le compagne e altre Sorele.* ([h]) W add. *suis;* infra *clausuram intrinsecam.* ([i]) W om. *et;* infra om. *et Ordinis.*

([1]) Om. hoc idem concedi ubi familiares quidem habentur, sed in casu non essent parati. ([2]) **31-32** = M² n. 11-12.

33. Verum quia ad audientiam nostram fide digna relatione pervenit nonnullas Abbatissarum et Sororum predicti Ordinis, sub pretextu paupertatis urgentis et defectus victualium suas ([a]) aliquando exivisse clausuras; nos abusum huiusmodi a predictis Sororibus penitus extirpare volentes et fame ipsarum ac securitati conscientiarum cupientes salutari ([b]) remedio precavere (*a), mandamus districte vobis Ministris omnibus et Visitatoribus sepefatis ([c]), quatinus ex parte nostra Abbatissis omnibus et Sororibus aliis vestro commissis regimini inhibendo districtius iniungatis, sub pena videlicet amotionis Abbatissarum ab officio sui regiminis ([d]), et translationis aliarum Sororum de uno monasterio ad aliud absque spe aliqua deinceps redeundi, ne pro predicta vel quavis alia mendicata occasione vel causa, preter quam in casibus ([e]) expressis superius vel concessis ex Regula, clausuram intrinsecam suorum monasteriorum exire de cetero nullatenus audeant vel presumant, sciture indubitanter quod si que deinceps, post factam sibi per vos ex parte nostra monitionem huiusmodi, invente fuerint in hoc articulo culpabiliter excessisse, taliter per nos punientur iuxta gravitatem et modum culpe perpetrate per illas, quod ipse de sua temeritate reportasse se dolebunt stipendia que merentur et aliis cedere poterit in posterum ([f]) earum punitio in exemplum (*b).

34. *Ceterum* ([1]) vos, generalis Minister, *nostri* ([g]) *fore beneplaciti cognoscatis quod transcriptum presentis commissionis* seu concessionis ad singulos Ordinis Ministros sub sigilli officii (*c) vestri munimine quam celerius ([h]) commode fieri poterit deducatur, et Ministri ipsi, postquam ad illorum manus pervenerit, solliciti sint ordinare atque mandare quod *in singulis monasteriis* cure nostre commissis infra terminos Provinciarum suarum positis *habeatur, ut Abbatissis et Sororibus aliis liqueat quando* ([i]) *et pro quibus* motivis et causis *unusquisque Minister seu Visitator ab eis fuerit requirendus et ut de hiis que facimus et concedimus per presentes non debeant* in posterum *dubitare.*

---

33. (*a) A precavere suademus efficaciter vobis; Ph Phv suademus sive mandamus efficaciter vobis. (*b) A Ph *add.* Ut autem ea que ad bonum regimen Ordinis dicte Sancte sunt [Ph per nos existunt] superius ordinata exequutionem habeant promptiorem, ea que vobis Ministro generali comissimus in premissis volumus quod possitis comissione speciali vel etiam generali aliis Fratribus vestri Ordinis comittere exequenda. *Cf.* M[1] *n. 10.*

34. (*c) A Ph *om.* officii.

([a]) W om. *suas.* ([b]) W *salubri.* ([c]) W *suprafatis.* ([d]) W *seu regimine;* infra *aliqua* pro *alia.* ([e]) A *causis.* ([f]) W *futurum;* statim om. *in.* ([g]) W *vestri;* infra *cognoscatur.* ([h]) W *celeriter fieri commode;* infra *cure vestre.* ([i]) W *aliquando et quibus;* infra *et* pro *seu.*

([1]) **34-36** = M[1] n. 24-26.

35. *Nec volumus vos latere* (*¹) *quod nos illorum monasteriorum gerimus* ([a]) *gubernationem et curam que prefati d. Urbani Regulam susceperunt, nec non monasteriorum* ([b]) *S. Clare de Assisio et aliorum que ex sua Regula vel ex privilegio subsunt vel subesse debent Cardinali qui est et* qui *erit pro tempore nostri* (*b) *Ordinis gubernator.*

36. *Demum* caritatem et *prudentiam vestram excitamus et hortamur in Domino, nichilominus obsecrantes per aspersionem sanguinis Ihesu Christi* et gloriosa passionis sue (*c) stigmata que in corpore beati patris nostri Francisci mirabiliter refulxerunt, quatinus *premissa omnia sic prudenter et sollicite* secundum datam vobis a Domino gratiam *exercere* curetis, *quod fructus Deo acceptus,* mundo edificatorius *et monasteriis* ac ([c]) Sororibus ipsis *utilis et consolatorius inde proveniat, et tam nostra quam vestrum Ministrorum et Visitatorum conscientie in tuto* permaneant ac *nos et vos* pariter pro tam piis laboribus *eterne retributionis premium* (*d) *consequi* ([d]) *valeamus* (*e).

37. In premissorum vero (*f) omnium testimonium presentes licteras fieri fecimus et nostri sigilli munimine roborari (*g).

Data Pictavis kalendis octobris, anno Domini Mᵒcccᵒviiᵒ, pontificatus d. Clementis pape v anno secundo.

Supradictum itaque premissarum litterarum tenorem iuxta beneplacitum memorati patris nostri (*h) *domini d. Portuensis dilectioni tue sub officii* (*i) *sigillo transmitto, volens omnino et fraternitati tue iniungens, ut ea que in ipsis litteris continentur, in tua Provincia diligenter observari facias et tenorem predictum in quolibet monasterio Sororum cure ipsius domini subiacentium integre scribi et haberi procures, eis per teipsum aut per Visitatorem seu per* (*k) *alios Fratres ydoneos ad hoc deputatos a te cum debita diligentia exponendum.*

Vale (*l) *in Domino et ora pro me.*

Datum in provincia Provincie apud (*m) *Narbonam, XIII* (*n) *kal. decembris anno Domini superius memorato* (*o).

Bibl. Com. Ass., Instr. III, n. 7. — Orig. perg. mm. 610×490, cum chordula can. alba e caerulea sine sigillo pendenti. In dorso: « Concedit Generali Ordinis Minorum et Ministris provincialibus ut possint visitare, corrigere et reformare omnia monasteria eis

---

35. (*a) *Hic desinit* Phv. (*b) A Ph vestri.
36. (*c) Ph eius; *infra* sancti patris vestri. (*d) A Ph meritum. (*e) Ph *sequitur ut infra sub nr. VI.*
37. (*f) A Fr *om.* vero. (*g) A *et* Fr *sequuntur ut infra, sub nn. V et VII respective.*
(*h) P² T *loco* nostri *habent* ac. (*i) P *add.* mei. (*k) T *om.* per. (*l) T Valete... et orate. (*m) T *pergit* Perpinianum XVIII kal. ianuarii anno *etc.* (*n) E *III.* (*o) P² dicto.

([a]) W *quaerimus.* ([b]) W *monasterii;* infra *est vel qui.* ([c]) W *et;* infra *vestrorum nostrorum et Visitatorum custodia in tuto permaneat.* ([d]) W *subsequi.*

subiecta, non solum per se sed per aliquos suos Fratres idoneos ad hoc visitationis officium, ut habetur in Bulla pape Urbani IV ». — Habentur quoque, una cum epistola Ministri generalis, qua litterae card. Protectoris ad Provinciales transmissae sunt, in cod. Norimbergensi cit. *Cent. III, 69* (N), f. 228vb-231ra; in supra citt. codd. Palatinis Vindob. n. *4724* (P), f. 146r-151v, n. *4349* (P²), f. 155r-159v; in cod. saec. XIV Bibl. mon. Einsiedelnensis O. S. B. n. *203* (E), p. 173-185 (*ad Min. prov. Alamanniae*); nec non in cod. Bibl. provinciae Tusciae O. F. M., saec. XIV-XV (T), f. 73r-81r (*ad Min. prov. Romanae*).

V.

1317, 2 martii. — Arnaldus a Pelagrua, Ordinum S. Francisci et S. Clarae cardinalis Protector, litteras card. Ioannis de Muro, anni 1307, super gubernatione et visitatione Clarissarum, paucis additis, innovat.

1317, 21 iulii. — Fr. Michael a Caesena, generalis Minister, ad Ministrum provinciae S. Francisci Umbriae eas transmittit.

In Christo sibi carissimo... fratri [a] *Ministro provincie S. Francisci fr.* Michael [1], *Ordinis fratrum Minorum generalis Minister et servus, salutem et pacem in Domino sempiternam.*

Apud illum plenitudo non deficit caritatis, qui sic eam intimis precordiis amplectitur et piis affectibus ac benigno favore prosequitur, quod sibi subiectos salutaribus informat monitis et gratiarum seu privilegiorum ampliat incrementis. Hinc igitur est quod reverendus pater et dominus d. Arnaldus Dei gratia S. Marie in Porticu diaconus cardinalis ac nostri protector et gubernator Ordinis et sororum S. Clare a Sede apostolica deputatus, michi et vobis Sororum prefati Ordinis S. Clare regimen decrevit committere per suas patentes et gratiosas litteras, tenorem qui sequitur continentes.

Arnaldus miseratione divina S. Marie in Porticu diaconus cardinalis ac fratrum Minorum et sororum S. Clare Ordinum protector a Sede apostolica deputatus, venerabilibus et religiosis viris dilectis in Christo fratribus generali et universis provincialibus Ministris Ordinis fratrum Minorum salutem in Domino.

1-37. Licet iniuncto nobis... roborari.

Datum Avinione secunda die marcii anno Domini millesimo tricentesimo decimoseptimo, pontificatus sanctissimi patris et domini d. Iohannis pape XXII anno primo.

Considerans igitur tam reverendi patris et domini pie sollicitudinis diligentiam ac serene sapientie providentiam, cui predictorum Ordinum protectio et gubernatio est comissa ut per eum conservetur unicuique quod expedit et quod conditio sue religionis exposcit, pro tantis gratiis nobis favorabiliter exibitis velut devoti filii grata sibi respondeamus [b]

[a] C M (codd. infra citandi) *kariss. N. min. provintie superioris Alamanie.*
[b] M *ostendamus.*

[1] Minister gen. ann. 1316-1328. De eo AFH II, 635-40; IV, 269ss., 508ss.; VIII, 672-5; IX 134ss. etc.

obsequia et assurgamus ad gratiarum multiplicem actionem. Actendens insuper eiusdem patris salubria monita et circa Sororum S. Clare regimen, quod nobis commissum est, sancte sue ordinationis statuta que in presentium serie continentur; idcirco vobis et vestrum singulis presentium tenore districte precipio, quatinus, predicte littere servatis apicibus, gratiis in ea vobis concessis non abutamini et ipsius monita ([a]), *statuta et ordinata observetis inviolabiliter et ab aliis, quibus per vos comissum fuerit, faciatis diligentius observari.*

Valete in Domino et orate pro me.

In premissorum vero omnium testimonium presentes litteras fieri fecimus ([b]) *et sigilli mei officii munimine roborari.*

Datum Avinione, XII kal. augusti, anno Domini M°CCC°XVII°.

Bibl. Com. Ass., Instr. III, n. 29. — Orig. (quoad epistolam gen. Min. tantum; exinde exemplum auth. quoad litteras Cardinalis) perg. mm. 725×510, sine sigillo. In dorso: « Litera d. Protectoris de concessione et cura Monialium S. Clare commissa Generali et Provincialibus Ordinis Minorum, auctoritate d. pape Iohannis XXII, anno D. 1317 ». Arch. Prov. Bavariae O. F. M., MS. cui titulus *Formularium*, saec. XV-XVI (C), f. 39r-49r; Arch. Status Monacensis in Bav., *Anger*, cod. sign. *Lit.* 3 $^1/_3$, saec. XV (M), absque foliorum numeratione. — Habentur quoque, in flandricum sermonem versae hae litterae apud codd. supra citatos Regiae Bibl. Bruxellensis: cod. *14718*, f. 29v-41v. cod. *II, 1512*, f. 9r-18v. In germanicam vero linguam versae habentur in cod. mon. S. Clarae Brixinensis, apud *Franziskanische Studien*, VI, 1919, p. 149s. descripto, saec. XV, f. 68r-85v.

VI.

1370, 19 maii. — Philippus Cabassola, primi et secundi Ordinis cardinalis Protector, litteras card. Arnaldi, anni 1317, super regimine et visitatione Monialium Ord. S. Clarae, nihil praeter introductionem addito vel mutato, innovat.

Philippo per misericordia de Dio prete Cardinalle del titulo di sancti Marcelino et Pietro, Protectore di li Ordini di frati Minori et de le Sorele di sancta Clara da la Sedia apostolicha specialmente deputato, ad li venerabili et religiosi homini dilecti in Christo frateli Generali et tuti li Ministri provintiale de Ordine predito di frate Minori, salute et sincera caritade nel Signore.

1. Tra tute le altre solicitudine ad le quale essa Sedia apostolica se digna convocarci, quela specialmente ci piaçe portare fixa in core, a ciò che più dritamente si facia, per la quale noy siamo astriti ad governare et regere l'Ordine di sancta Clara et le persone d'esso, si como il quale essa Sedia ha instituito immediato protectore del dito Ordine. Noi consideriamo quanto la fragilitade del sexo rende debile esse persone et a quante bataglie di maligni inimici ele siano scoperte, se esse non sono governate con quella prudentia che si convene et difessa cum quela prudentia che ànno di bisogno. Et per certo non è maraveglia se noy siamo strecti con tuta l'affectione del nostro core che a questa sia

([a]) C M add. *et*. ([b]) C M *feci*.

proveduto en tuta quella providentia ([a]) che ç' è concessa da alto et non volere ponercene pocha, açiò che dignamente elle posseno essere regulate ([b]) como [può] essere posibile.

2. Ma considerando che noy non potiamo atendere a tute, com se converebe, per la copiosa multitudine de le persone, el quale esso Ordine a modo chi è uno orto adaquato, dandoli Dio acressimento, ha produto et non pocho ampliato; volendo noy [non] indegnamente acostarci a li vestigii di nostri perdecessori in queste cosse le quale da essi son tractate cum provido et maturo consiglio *et havendo piena et ferma fidutia nel Signore de la maturità del nostro consiglio et de la solicita circumspectione de la vostra prudentia, et desiderando che 'l dicto ordine per lo ministerio de la vostra providentia sia preservato da cosse nocevole et drizato a cosse salutevole et che 'l si possa ampliare cossì spiritualmente como temporalmente ad laude et gloria del nome de Dio: per lo tenore de le presente lettere concediamo che doviati exertitare l' offitio de la visitatione, inquisitione, corectione et reformatione di monasteri* [*a voi generale Ministro*] *in ognia loco constituito li quali hanno riceuta o riceverano per lo advenire la Regula data dal felicissimo et reverendo miser Urbano papa quarto et etiamdio monasterii cosl de s. Clara da Sisse como di tutti gli altri che sono o che a tempo sarano commissi ad la vostra governatione, et ad ogniuno di voi Ministri provintiali quanto solamente a quili di predicti monasteri che sarano costituiti fra li termini de le Provintie comisse o che per lo adpenire se commetaranno al vostro regimente.*

3-36. *Ma açiò che posiati più ligeramente portare il carico de la predita comessione et açiò che li sperati fructi si ricoliano de le comunicate fatighe, noi vogliamo...* [*valeamus*].

37. In quorum omnium testimonium atque fidem praesentes litteras sub nostro nomine scribi mandavimus et sigillum nostrae protectionis officii appendi iussimus in eisdem.

Datum apud Montem Flasconem, die XIX mensis maii, anno a nativitate Domini MCCCLXX, ind. VIII, pontificatus sanctissimi in Christo patris d. d. Urbani divina providentia papae V anno VIII.

Waddingus, *Annales*, VIII², p. 597-603. Inde De Gubernatis, *Orbis seraphicus*, II, 668-74; BF VI, 504-8. = Versio italica apud cod. Bibl. LANDAU, n. *2041-2047*, ff. 52-61.

VII.

1390, 15 aprilis. — Franciscus Carbonus, cardinalis primi et secundi Ordinis Protector, litteras card. Arnaldi a Pelagrua de regimine Clarissarum, anni 1317, nihil mutato vel addito, innovat.

1390, 26 maii. — Fr. Henricus Alfieri, Minister generalis Ordinis fratrum Minorum, eas Ministro provinciae Romanae communicat.

Fr. Henricus ([1]) *Ordinis fratrum Minorum generalis Minister et servus, in Christo sibi carissimo fr. Nicolao Romanae provinciae Ministro ac s. Theologiae magistro salutem et pacem in Domino sempiternam.*

([a]) W *prudentia.* ([b]) W add. *et defendi = e difese.*

([1]) Minister gen. ann. 1387-†1405: AFH III, 702-4.

Quasdam litteras recepimus a reverendissimo in Christo patre et domino d. Francisco Protectore nostri Ordinis super commissione nobis facta de Ordine S. Clarae; cuius tenor per omnia talis est:

Franciscus miseratione divina tit. S. Susannae, sanctaeque romanae Ecclesiae presbyter Cardinalis ac fratrum Minorum et sororum S. Clarae et Minorissarum Ordinum protector, gubernator et corrector a Sede apostolica deputatus, venerabilibus et religiosis viris dilectis in Christo fratribus generali et universis provincialibus Ministris Ordinis fratrum Minorum salutem in Domino.

1-37. Licet ex iniuncto... roborari.

Datum Romae apud S. Spiritum in domo habitationis nostrae solitae, sub anno nativitatis Domini MCCCXC, ind. XIII, die veneris XV mensis aprilis, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri d. Bonifacii divina providentia papae IX anno primo.

Igitur, Minister carissime, praedictas litteras scribi facias, et per omnia tam per te quam per Fratres ac Moniales dicti Ordinis S. Clarae constitutas in tua Provincia penitus facias observari.

Vale in Christo Iesu et ora pro me.

Datum Mantuae tempore nostri generalis Capituli in Pentecosten ibi celebrati MCCCXC, ind. XII, die XXVI mensis maii.

Waddingus, *Annales*, IX, *Regestum Pontificium*, p. 566s. Inde De Gubernatis, *Orbis seraphicus*, II, 675s.

APPENDIX

Iam priorem huius documentorum collectionis partem typis mandaveram, cum P. Michael Bihl, O. F. M., duo immediate sequentia, sibi ex exteris regionibus tandem restituta, mihi libere adhibenda fraterne concessit (1). Quae continent summaria docent. Determinationes, dispensantiones, ampliationes super iam definitive statutis; ita tamen ut in successivis renovationibus nunquam eis incorporentur, sed pro temporaneis habeantur. In praxi vero, si dispensationes, excipias, nunquam forsan deciderunt.

I.

1309, 21 aprilis. — Fr. Ioannes Minius de Murovallium, ex-Minister et card. Protector qui supra sub doc. n. IV, concedit ut, in carentia Ministri provincialis, Vicarius prov. - **1.** tum quoad receptionem Sororum et Abbatissarum confirmationem, - **2.** tum quoad Fratres mittendos ad monasteria, idem facere possit quod Minister: **3.** Visitatores vero et Capellanos de novo non instituat, sed Fratres designet qui eorum vices gerant quousque per Ministros sit provisum.

Dominus *Iohannes* Portuensis generali et provincialibus Ministris.

1 Cum tam per mortem quam ex multis occasionibus et impedimentis aliis que frequenter concurrunt, contingat Provincias Ordinis

(1) Ipsi notitias quoque debeo, quas passim dedi, circa codices Monachii, Vindobonae et in mon. Einsiedelnensi asservatos: illas vero quae codices Bibl. Norimbergae et prov. Tusciae respiciunt iam supra memoratus P. Livarius Oliger mihi praebuit. Utrique hic plurimas ex corde gratias refero.

prolixo interdum spatio temporis suis capitibus et Ministris carere, ne ex tali carentia vel defectu Sororibus Ordinis sancte Clare nostre gubernationi commissi, circa receptiones personarum de novo volentium venire ad Ordinem et confirmationes Abbatissarum in monasteriis Abbatissis vacantibus aliquod generari possit preiudicium vel gravamen, duximus tenore presentium concedendum, quod in predictorum Ministrorum absentia per Vicarios eorumdem Ministrorum seu etiam Provinciarum possit simul cum Visitatoribus circa duos premissos articulos, de receptione videlicet Sororum et de confirmatione Abbatissarum, fieri per omnia et in omnibus quod per ipsos Ministros ex alia concessione nostris patentibus litteris eis facta fieri poterat ac etiam ordinari.

2. Addicientes insuper et volentes, ut dicti Ministri seu Provinciarum Vicarii, Ministris ipsis absentibus, de Fratribus mictendis ad monasteria prefati Ordinis, pro causis expressis in nostris aliis litteris memoratis, disponere possint et ordinare pro tempore, quemadmodum Ministri ipsi possunt ex commissione eis super hoc specialiter per nos facta.

3. Visitatores vero earumdem seu etiam Capellanos nolumus quod de novo instituant; sed ubi necessitatis casus emergeret, in quo oporteret per ipsos Vicarios de Visitatoribus et Capellanis huiusmodi provideri, ne monasteria ipsa et Sorores defectum in tali articulo patiantur, placet nobis et concedimus per presentes, quod iidem Vicarii possint aliquos assignare Fratres ydoneos et maturos pro dictis officiis exercendis ad tempus, de Fratrum consilio discretorum. Qui taliter assignati ab eis vices Visitatorum seu Capellanorum auctoritate nostra exerceant, quousque per Ministros de Visitatoribus et Capellanis huiusmodi sit provisum.

Datum apud Avinionem, XXI die mensis aprilis, anno Domini M°CCC°IX°.

Cod. n. *203* Bibl. mon. Einsiedelnensis supra cit., p. 185-6.

II.

1319, 18 iunii. — Arnaldus sive Arnoldus de Pelagrua, card. Protector qui supra in n. V, fr. Michaëli de Caesena Ord. fr. Min. gen. Ministro scribens, - **1-2.** quosdam articulos super regimine Clarissarum in Capitulo gen. Massiliae mense maio (Pentecostes 27) eius anni celebrato propositos (**9.** usque ad proximum Capitulum gen.) confirmat, quibus - **3-4.** permittitur consanguinearum receptio, cum cautelis in n. **8** expressis; - **5.** eadem auctoritas Vicariis prov. conceditur, qua Ministri pollent; - **6.** atque debita onerosa et rerum immobilium alienationes vetantur, absque licentia speciali. - **7.** Ceteris specialibus articulis per speciales litteras providebitur; - **8.** at superioribus concessionibus parce utantur. - **9.** Proponit novas, si occurrant, normas se daturum; - **10.** interim praecedentia Monialium statuta cum singulorum monasteriorum nominibus et adiunctis ad eum mitti curent.

Arnoldus, miseratione divina S. Marie in Porticu dyaconus cardinalis ac fratrum Minorum ac sororum S. Clare Ordinum protector a Sede apostolica deputatus, venerabili et religioso viro fr. *Michaeli,* prefati fratrum Minorum Ordinis generali Ministro, salutem in Domino.

1. Ex vestrarum accepimus continencia litterarum quod, habita per vos nuper in generali vestro Capitulo *Massilie* celebrato deliberacione matura cum Ministris et Discretis omnibus eiusdem Capituli generalis super quibusdam articulis pertinentibus ad regimen monasteriorum S. Clare Ordinis, illa in quibus concordaverunt predicti Ministri, nemine discrepante, [sicut] pro bono statu et salubri Sororum Ordinis antedicti expediendum videbatur, nobis per fr. *Raymundum de Fronciaco* (1) in

(1) Iam circa ann. 1310 Procurator gen. Ordinis: cf. Wadd. *Ann.*, VI, 171; Benoffi, *Dei procuratori* etc., 13: AFH VII, 654ss.

scripto redacta sub sigillo vestri officii transmisistis, humiliter supplicantes, ut illis vellemus assensum placitum impartiri.

2. Licet igitur que nostri predecessores in protectionis officio statuerunt, patres utique moribus et sciencia ac prudencia excellentes, in predictorum vestri et Sororum Ordinum regimine diuturna experiencia comprobati, non libenter eciam in modico immutemus; vestram tam concordem tamque sollemnem consultacionem et efficacem postulacionem nolentes repellere, considerantes insuper quod aliquando secundum varietatem temporum humana statuta racionabiliter mutantur, vestris consultacionibus et peticionibus duximus annuendum, committentes et concedentes eosdem articulos secundum modum et formam quibus in predicta vestre communis deliberacionis serie sunt expressi.

3. Videlicet, quod Ministri provinciales in mulierum consanguinearum vel affines habencium in monasteriis dicti Ordinis s. Clare receptiones ad ipsum Ordinem dispensare possint et licenciam concedere, prout monasteriorum utilitati viderint expedire, cum consensu Visitatorum et Abbatissarum ac tocius conventus vel duarum parcium Sororum monasterii in quo recipiende erunt huiusmodi mulieres.

4. Vestre eciam prudencie committimus, ut neptes seu consanguinee provincialium Ministrorum et Visitatorum possint recipi ad prefatum Ordinem S. Clare, ubi et quando duxeritis concedendum.

5. Volumus eciam et eadem auctoritate committimus, ut Vicarii Ministrorum seu Provinciarum vestri Ordinis possint circa eiusdem Ordinis S. Clare monasteria et Sorores, in absencia Ministrorum, quicquid ipsis Ministris per nos circa eorundem monasteriorum et Sororum regimen est commissum vel in posterum committetur.

6. Mandamus insuper omnibus Abbatissis et Sororibus universis vestre cure commissis, ut nullum debitum onerosum contrahere presumant nisi pro urgenti necessitate vel evidenti utilitate monasteriorum, iudicanda per Ministrum et Visitatorem cum Fratrum consilio discretorum; quibus omnibus presencium serie intimamus, quod ipse Abbatisse et Sorores (vel aliquibus ([a]) nomine earum) predia, domos vel possessiones quascunque immobiles vendere seu alias alienare non possint sine summi Pontificis vel nostra licencia speciali, cum huiusmodi alienaciones prohibeant canonice sanctiones.

7. Super ceteris autem articulis nobis per vos missis, quia ad loca certa pertinent, intendimus per speciales litteras, ut petitis, ordinare.

8. Hortamur autem et cum omni instancia universos et singulos ad quos predicte concessionis exercicium pertinet, requirimus et monemus, quatenus in consanguinearum multiplicacione ac ceterorum articulorum supradictorum execucione tam moderate se habeant et prudenter, ut nulla materia scandalorum, nulla spiritualis profectus vel consciencie quietis pertubacio ex eorum dispensacione in sibi commissis monasteriis oriatur.

9. Et quia ex rerum experiencia reddi poterimus cerciores, presentem concessionem nil ultra proximo futurum vestrum generale Capitulum volumus ([b]) valere; proponimus enim, vita comite, aures apponere ad querelas et attendere si qua incommoda aut scandala ex predictorum concessione eorumque execucione in monasteriis, quod absit, provenia[n]t, et eisdem, ut convenit, remedium adhibere.

10. Eisdem Abbatissis iniungimus et mandamus (et hoc mandatum omnibus intimetis), ut copiam omnium statutorum generalium seu localium editorum per dominos nostros in protectionis officio proximos predecessores, nomina eciam monasteriorum vestre cure commissorum, dyocesum et custodiarum in quibus consistunt, absque more cuiuscunque diffugio nobis mittant.

([a]) Sic codex, passim mendosus. Legerem *alius quilibet*. ([b]) Cod. add. *non*.

11. In cuius concessionis, commissionis seu dispensacionis testimonium presentes litteras ad universos et singulos Ministros dirigendas fieri fecimus et nostri sigilli appensione muniri.

Datum Avinione, decima octava die mensis iunii, pontif. ss. patris et d. d. Iohannis div. providencia pape [vigesimi] secundi anno tercio.

Formularium, MS. saec. XV-XVI ap. Bibl. conv. Monacensis prov. Bavariae O. F. M. asservatum, f. 65r-67r.

Quam hic coronidis ergo addo litterulam, praecedentium II-VII documentorum temporis periodum paulo antecedit, quando scil. regimen Clarissarum nondum Ordini directe et immediate recommissum erat. Et duo probat: *1*) necessitatem immediatae potestatis in Visitatores et Fratres Monialibus inservientes, quae iam in documenti I n. 3 agnoscebatur; atque *2*) apud Fratres nullam amplius tunc exstitisse diffidentiam vel difficultatem ad obsequia Monialibus praestanda, immo quamdam confusionem, libertatem aut facilitatem apud eos circa hanc curam intervenisse, quibus immediata vigilantia et auctoritate melius providendum et moderandum erat.

III.

1294, 6 iunii. — Fr. Matthaeus ab Aquasparta, O. F. M., cardinalis Poenitentiarius, Ordinis praelatis in provincia Tusciae committit, ut eorum Fratres absolvant, qui in casibus non concessis monasteria Clarissarum per simplicitatis errorem ingressi erant.

Fr. *Matheus* (¹) miseratione divina Portuensis et S. Rufine episcopus religiosis viris in Christo karissimis Ministro provinciali et universis Custodibus et Guardianis fratrum Min. in prov. Tuscie salutem in Domino.

Ad audientiam nostram pervenit quod nonnulli Fratres Ordinis vestri commisse vobis Provincie ingressi sunt aliquando monasteria Ordinis S. Clare eiusdem Provincie in casibus non concessis; qui postmodum, super hoc absolutionis beneficio non obtento, in suis ministrarunt ordinibus ac alias, non tamen in contemptum clavium sed per simplicitatis errorem, se immiscuerunt divinis: propter quod humiliter extitit supplicatum eis super hiis salubriter provideri.

Nos autem in favorem qui religioni debetur, auctoritate Sedis apostolice, cuius Penitentiarie curam gerimus, vobis et vestrum cuilibet qui dictorum Fratrum curam geritis animarum committimus, quatenus, postquam ipsi Fratres qui in talibus fuerint culpabiles ab excommunicationis sententia, si quam contra ordinationem, inhibitionem seu preceptum felicis recordationis Gregorii pape noni (²) faciendo propter hoc incurrerunt, rite fuerint absoluti, iniuncta cuilibet eorum pro culpe modo penitentia salutari et aliis que videritis iniungenda, super irregularitate ex premissis predicto modo contracta dispensetis auctoritate predicta misericorditer cum eisdem, dummodo aliud canonicum non obsistat.

Datum Perusii, VIII idus iunii, anno Domini M°CC° nonagesimo quarto, apostolica Sede vacante.

ASF, *S. Croce di Fir., 8 luglio* (³) *1294.* — Orig. mm. 180×238. In dorso vestigium sigilli impressi ex cera rubra, ovalis formae, et posterior inscriptio: « Facoltà di assolvere i Frati ch'erano entrati ne' monasteri delle Monache ».

P. Benv. Bughetti, O. F. M.

(¹) Minister generalis ann. 1287-9; Cardinalis ann. 1288-†1302. De eo AFH II. 464, 470; IX, 226-36 etc. (²) Bulla « *Etsi omnium* », diei 22 nov. 1236: BF I, 206. (³) Sic in dorso pergamenae et in Archivii repertoriis.

BULLARIUM PONTIFICIUM

QUOD EXSTAT

IN ARCHIVO SACRI CONVENTUS S. FRANCISCI ASSISIENSIS

(nunc apud publicam Bibliothecam Assisii).

APPENDIX.

(Continuatio) (*).

501. *1463, 15 iulii.*

Pius episc. *etc.*, ad perpetuam rei memoriam.

Apostolice Sedis benignitas circumspecta sincere obsequentium vota fidelium benigno favore prosequi [...].

Ut igitur universitas hominum nostre civitatis Assisii et illius comitatus ex devotione quam ad Nos et romanam gerunt Ecclesiam apostolicam sentiant eis favorem accrevisse; eorum in hac parte supplicationibus inclinati, ipsos, quibus dudum eorum graves persecutiones et damna, que superioribus temporibus passi fuerant, paterna pietate considerantes et eorum necessitatibus providere volentes, de omnibus et singulis pecuniis, in quibus usque ad diem sextam februarii pontificatus nostri anno primo quacumque occasione quomodolibet Camere nostre debitores erant per quasdam nostras litteras in forma Brevis gratiam et remissionem liberaliter fecimus; prout etiam remissionem huiusmodi presentium tenore auctoritate apostolica approbantes et confirmantes de illis et (1) subsidiis, in quibus usque in hodiernam diem etiam quacumque occasione quomodolibet eidem Camere tenerentur, earumdem presentium tenore remissionem liberaliter facimus. Ad cinciorum, pedagii, bestiarum, mensurarum (2), pescarie, causarum civilium, adiustationis mensurarum, montis, carnium, olei, macinatus, vini, aque moiani et vini musti et aceti, dogane gabellas ac forensium dativas more solito in dicta civitate exigi consuetas, ut ipsius universitatis et hominum ordinariorum onerum dumtaxat solutionem apostolice Camere in futurum teneri; et ab aliis impositionibus dativis, subsidiis, collectis et gravaminibus quibuscumque realibus et personalibus seu mixtis etc. (3)

(*) Cf. AFH VIII, 592-617; X, 185-219; XI, 206-230, 442-490; XII, 132-186, 471-543.

(1) Alias *ac*. (2) Alias *mensura ac*. (3) Omissiones quae signo « etc. », erecto caractere expresso significantur, in ipsis exemplis sic habentur.

exemptos et immunes fore et perpetuo in futurum esse debere etc. Ipsorumque onerum et universitatis predicte camerarum omnium ad ipsam universitatem legitime pertinentium circumcirca et iuxta plateam civitatis predicte sitarum, preter quam unius ex illis ad usum cancellarii ipsius universitatis pro tempore existentis extra et iuxta scalas palatii residentie priorum populi civitatis predicte per eos deputatos ac etiam campionis nominatarum camerarum redditus etc. Cum onere solveldi dilectis filiis modernis etc. Potestati quadringenos octuaginta tres, Prioribus trecentos sexaginta sex etc.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostram remissionis, declarationis, concessionis, donationis infringere *etc.*

Datum Rome apud S. Petrum, anno incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, idibus iulii (¹) pontif. nostri anno quinto.

C. de Piccolomini.

XV, 22, fasc. A, f. 2v, B, f. 1, D, f. 1. — *Exemplum typis editum, nullibi tamen integre transumptum, neque cum eisdem omissionibus.*

507. *1601, 13 ianuarii.*

Clemens episc. *etc.* ven. fratribus episcopo Tudertino etc. salutem etc.

Significavit Nobis dilectus filius *Philippus Gesualdus*, Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci Minister generalis (²), nec non Guardianus et Fratres domus S. Fortunati eiusdem Ordinis S. Francisci Tudertin., quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorsus ignorant, terras, domos, possessiones, mobilia et immobilia bona, scripturas et iura etc. ornamenta et paramenta ecclesiastica etc. ad predictam domum eiusque fabricam legitime spectantia subtraxerunt et temere occuparunt, eaque malitiose occultare et occulte et indebite detinere presumpserunt et presumunt etc.

Quocirca fraternitati tue, frater episcope etc., quatenus etc. omnes huiusmodi bonorum detentores et illorum celatores aut alias scientiam habentes, ac damnorum etc. moneas infra competentem terminum etc.

Datum Rome apud S. Petrum, anno incarnationis Dominice 1600, idibus ianuarii, pontif. nostri anno nono.

XV, 47, fasc. A, f. 11. — *Exemplum typis editum.*

509. *1701, 3 martii.*

Clemens papa XI, universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis salutem *etc.*

Ad augendam fidelium religionem et animarum salutem caelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus vere poenitentibus et confessis ac sacra Communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis domorum regularium fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum ubique existentibus, quibus

(¹) Sic in fasc. A; in B et D *idibus iunii.*

(²) Ann. 1598-1602: Benoffi, *Compendio*, 281-3.

189. *1660, 13 iul.* — Breve Alex. VII praecipiens ut nullus qui, finito triennio Patris Modernioris, fuerit electus in Custodem vel Def-

finitorem, reeligi possit in Min. Provincialem, nisi ad minus per triennium vacaverit ingrediendi Diffinitorium. - p. 280.

190. Litterae convocatoriae ad Congregationem Glem celebrandam in regali conv. S. P. N. Franc. Vallisoleti die 4 iun. 1661. - p. 281.

191. *1660, dec.* — Litterae patentes Rmi P. Min. Glis, quibus R. P. fr. Ferdinandus de Arjona instituitur in V. Commissarium Glem Curiae. - p. 285.

Cf. Gub. I 434.

192. *1660, aug.* — Memoriale et decretum S. C. Regul., quo Capitulum Prov. Sardiniae prorogatur ad duos menses. - p. 286.

193. *1660, 9 oct.* — Breve Alex. VII, quo Commissarius Visitator Prov. Aquitaniae Recentioris annullatur, et confirmatur P. fr. Franc. a Villanova in dictum officium; et memoriale cum decreto S. C. Regul. ad hunc effectum. - p. 287.

194. *1660, 13 sept.* — Id., in favorem fratrum laicorum contra oblatos Provinciarum Tertii Ord. Congregationis Gallicanae, - p. 290.

195. *1660, 13 sept.* — Id., circa oblatorum receptionem et professionem in Provinciis Tertii Ord. Congr. Gallicanae. - p. 291.

Chron. III (1) 103, sed 10 dec.

196. *1659, 18 dec.* — Id., quo R. P. fr. Iustinus Bieusal, Prov. Aquitaniae Recentioris, instituitur Pater dictae Prov. cum omnibus privilegiis. - p. 293.

197. De voto Guardianorum in praedicta Provincia. - p. 297.

198. *1661, 19 feb.* — Decretum S. C. Regul., quo conceditur Ministro Gli facultas nominandi abbatissam pro conv. S. Clarae Santaren. regni Portugalliae; et nominatio praefati Ministri Glis. - p. 297.

199. *1661, 7 ian.* — Breve Alex. VII, quo Minister Prov., Custos et Diffinitores, necnon alii electores in Capitulo celebrato ad formam brevis in Prov. Tertii Ord. Portugalliae in suis officiis manutenentur. - p. 299.

200. *1639, 1 dec.* — Id., quo Provincia S. Antonii Excalceatorum in regno Portugalliae gaudere potest omnibus privilegiis et gratiis quibus gaudet Prov. S. Ioannis Bapt. et aliae Prov. Excalceatorum. - p. 301.

BR XV 38; BD II 198.

201. *1660, 3 oct.* — Memoriale et decretum S. C. Regul., praecipiens ut postquam fr. Illuminatus a Claramonte, laicus Prov. S. Franc. Recoll. Galliae, renuntiaverit sententiam ab Episcopo Trationopolitano super nullitate eius professionis latam, superiores ipsum recipiant et in pristinum statum eius professionis reponant. Est ibi renuntiatio facta a praefato fr. supradictae sententiae. - p. 305.

202. *1661, 2 apr.* — Breve ne oblati Tertii Ord. in Gallia possint recipi nec ad professionem admitti nisi cum biennali novitiatu et quarto

voto de non querenda alia conditione. Circa alienationem vero, quando requiratur assensus communitatis et quando non. - p. 306.

Gub. II 876.

203. Decretum confirmativum omnium brevium supradictorum in favorem laicorum Congregationis Tertii Ord. Galliae emanatorum. - p. 308.

204. *1661, 11 apr.* — Memoriale cum rescripto Ministri Glis, et breve ut fr. Policarpus, laicus Prov. S. Magdalenae Recoll. in Gallia, possit transire de statu laicali ad clericalem. - p. 309.

205. *1661, 23 iul.* — Breve Alex. VII, ut a fratribus de Observantia relinquantur conventus Lardeniensis et Briosensis, et ne recipiant novitios fratres Observantes, sed solum recipiantur inter Recollectos Prov. Britanniae. - p. 310.

206. *1661, 10 nov.* — Id., confirmans decretum Emm. Protectoris Veralli, prohibens in Prov. Portugalliae Tertii Ord. fieri privationes vocis activae et passivae in ipso electionis actu. - p. 311.

207. *1661, 20 oct.* — Id., concedens privilegium Patris immediati Prov. Algarbiorum regni Portugalliae, et memoriale cum decreto S. C. Reg. - p. 314.

208. *1661, 16 dec.* — Memoriale et decretum S. C. Regul. pro ingressu Patrum Prov. Turoniae Pictaviensis in omnibus Capitulis et Congregationibus dictae Prov. - p. 315.

209. *1662, 20 ian.* — Memoriale cum decreto S. C. Regul., quo duo fratres germani non possint simul Diffinitorium ingredi. - p. 316.

210. *1661, 11 mar.* — Breve Alex. VII confirmans Capitulum. Prov. Magnae Franciae. - p. 317.

211. *1662, 28 ian.* — Revocatio litterarum Protectoris, quibus P. fr. Ignatius a S. Antonio institutus fuerat iudex delegatus pro Provinciis Portugalliae. - p. 319.

212. *1661.* — Tabula Congregationis Glis Intermediae celebratae in conv. S. P. N. Franc. Vallisoleti. - p. 320.

Chron. III (1) 110; Gub. IV 169.

213. *1662, 14 ian.* — Breve Alex. VII, quo omnes Patres perpetui Provinciarum Galliae habent votum in Capitulis et Congregationibus Prov., praesertim Patres Prov. Turoniae Pictavien. - p. 326.

214. *1662.* — Memoriale et decretum Ministri Glis pro praecedentia fr. Illuminati de Claramonte, Recollecto laico Prov. S. Franc. Lugdunen. - p. 328.

215. *1662.* — Id. id., Emm. Protectoris, quo annullantur litterae concessae fratri Vincentio Touchart, Prov. S. M. Magdal., ad transeundum de statu laicali ad clericalem. - p. 329.

216. *1662, 25 iun.* — Breve Alex. VII, quo fr. Didacus Ferrer, Prov. S. Saturnini, incorporatur in Prov. Castellae. - p. 330.

217. *1661, 30 sept.* — Memoriale cum informatione V. Commissarii Curiae, et decretum S. C. Regul., quo R. P. fr. Laurentius Llatzer, Prov. Maioricen., in suo Guardianatu ultra triennium perseverare potest in conv. S. Franc. civitatis Maioricarum. - p. 332.

218. *1662, 5 aug.* — Memoriale et decretum S. C. Regul., ut Minister Glis mandet suspendi decretum S. C. Regul. subrepticie obtentum in favorem R. P. fr. Laurentii Llatzer supra emanatum; et mandatum Rmi P. Min. Glis. - p. 333.

219. *1661, 15 iul.* — Litterae patentes Emm. Protectoris, ut R. P. fr. Gabriel Genovart, Prov. Maioricen., praecedat Diffinitoribus habitualibus. - p. 335.

220. *1662, 21 iul.* — Memoriale et decretum S. C. Regul., quo R. P. fr. Iosephus Gausen confirmatur in Vicarium Provincialem Prov. Aquitaniae Recentioris. - p. 337.

221. *1662, 19 aug.* — Breve Alex. VII in favorem R. P. fr. Iosephi Gausen dicti. - p. 338.

222. *1662, 20 sept.* — Memoriale cum decreto Rmi P. Ministri Glis, quo mandat ut R. P. fr. Petrus Març̧al a Diffinitorio Prov. Maioricen. excludatur, eo quod duo fratres germani non possunt simul ingredi Diffin. per decretum Urbani PP. VIII. - p. 339.

223. *1662, 18 sept.* — Memoriale et decretum Rmi P. Ministri Glis, quo P. fr. Iosepho Luvia, Prov. Aragoniae assignatur conventus in hac Romana Prov. - p. 340.

224. *1662, 16 sept.* — Id. id., Emm. Protectoris, quo annullantur litterae ipsius concessae P. fr. Gabrieli Genovart, ut praecederet Diffinitoribus habitualibus. - p. 341.

225. *1662, 15 sept.* — Id. id., S. C. Regul., quo Capitulum Provinciale Prov. fratrum Recollectorum Flandriae confirmatur. - p. 343.

226. *1662, 15 nov.* — Ratificatio professionis fr. Ludovici Chamflorit, Prov. Turoniae Pictavien. - p. 344.

227. *1662, 12 dec.* — Confirmatio licentiae concessae ab Emm. Protectore fr. Franc. Fondau, laico professo Prov. S. Antonii Brasilien., ut more clericorum nostri Ord. deferre possit coronam, et eximitur etiam a laboribus coquinae et aliis aliarum officinarum a Rmo Ministro Gli, dempto casu necessitatis. - p. 345.

228. *1662, 22 dec.* — Memoriale et decretum S. C. Regul. ut nihil innovetur super decretum et breve Smi Alex. VII, quibus R. P. fr. Iosephus Gausen confirmatur in Vicarium Provincialem Prov. Aquitaniae Recentioris. - p. 345.

229. *1663, 20 ian.* — Id. id., P. Ministri Glis, quo R. P. fr. Claudius Salinen. instituitur in Praesidem conventus S. Mariae Miraculorum de Urbe. - p. 347.

230. *1662, 13 dec.* — Id. id., S. C. Regul. pro erectione conventus in civitate Paterbonensi pro fratribus Recollectis Prov. S. Crucis Saxoniae. - p. 348.

231. *1663, 19 ian.* — Breve Alex. VII pro erectione dicti conventus. - p. 349.

232. *1662, 17 nov.* — Decretum S. C. Regul., ut Patres Cappuccini Custodiae Navarrae in oppido de Viana, Calagurritan. dioec., conventum aut hospitium fundare nullatenus possint, nec domum permanentem ibi retinere. - p. 350.

233. *1661, 16 sept.* — Breve Alex. VII, prohibens ne in Provincia Burgensi, intra spatium quatuor vel quinque leucarum erigatur conventus regularium Mendicantium. - p. 351.

234. *1662, 16 ian.* — Id., confirmativum alternativae Provincialis, Custodis, Diffinitorum et Lectorum in Prov. Tertii Ord. Portugalliae. - p. 352.

235. *1662, 23 ian.* — Id., quo conventus Murciae conceditur Provinciae S. Petri de Alcantara. - p. 353.
BD II 363.

236. *1663, 24 ian.* — Id., signaturae iustitiae pro executione sententiae datae a Nuntio Apostolico Hispaniae in favorem monialium Conceptionis del Viso. - p. 354.

237. *1662, 10 dec.* — Id., quo Commissarius Tertii Ord. regni Portugalliae confirmatur ad triennium. - p. 356.

238. *1662, 31 ian.* — Testificatio, quod fr. Ioannes de Vasconselos non se inmiscuit in procuratione supradicti brevis. - p. 357.

239. *1662, 12 ian.* — Memoriale et rescriptum Ministri Glis, necnon decretum S. C. Regul., quo R. P. fr. Martinus Perez, Prov. Burgen. dispensatur, non obstante defectu novem mensium exercitii Secretariatus Curiae Romanae et aliarum qualitatum, ut gaudere possit omnibus et singulis privilegiis Secretariorum Rom. Curiae. - p. 358.

240. — *1663, 25 febr.* — Litterae testimoniales R. A. P. fr. Petri Roche, Commissarii Glis Curiae, de transitu a Cappuccinis ad Observantes Patrum Michaëlis Angeli Manes, Franc. Cavero et Iosephi Sevillano. - p. 359.

241. *1659.* — Declaratio S. C. Concilii super II decreto eiusdem Congregationis de celebratione missarum. - p. 359.

242. *1663, 8 mar.* — Memoriale cum decreto S. C. Regul. prohibens ne in Prov. Maioricarum, intra spatium quatuor vel quinque leucarum a conventibus iam erectis, ulla fiat fundatio conventus regularium. - p. 360.

243. *1663, 8 mar.* — Memoriale cum decreto S. C. Regul., quo R. P. fr. Iosephus Gausen confirmatur in Vicarium Provincialem Prov. Aquitaniae Recentioris. - p. 361.

244. *1661, 8 sept.* — Decretum Rmi P. Min. Glis, quo conventus omnes comitatus Rossillionis, Prov. Cathaloniae, subduntur iurisdictioni Min. Provincialis Prov. S. Ludovici. - p. 362.

245. *1663, 21 febr.* — Id., eiusdem, quo conventus Dunkerkensis subiicitur iurisdictioni Min. Provincialis Prov. S. Dionysii Recoll. Galliae. - p. 363.

246. *1662, 16 nov.* — Id., eiusdem, quo conventus Loupasen apud S. Pantaleonem, Prov. Argentinae, subiicitur Ministro Provinciali Prov. S. Bonaventurae in Gallia. - p. 364.

247. *1663.* — Breve IIum Alex. VII, quo R. P. fr. Iosephus Gausen confirmatur in Vicarium Provincialem Prov. Aquitaniae Recentioris. - p. 365.

248. *1663, 15 mar.* — Decretum S. C. Regul. super praetensa nullitate Capituli celebrati in Prov. Tertii Ord. regni Portugalliae. - p. 366.

249. *1663, 19 apr.* — Decretum Rmi Min. Glis declarans in toto Ordine pertinere ad primum Patrem Provinciae congregare Diffinitorium et praesidere in electione Vicarii Provincialis. - p. 366.

250. *1663, 27 maii.* — Breve, ne in Prov. Maioricen. fundentur conventus regularium intra spatium quatuor vel quinque leucarum a iam erectis. - p. 368.

251. Decretum Min. Glis praecipiens quod P. Antonius ab Archangelis, Prov. Algarbiorum, excludatur a Vicariatu, et committens Visitatori facultatem informationis et provisionis in casu. - p. 371.

252. *1663, 2 iun.* — Breve Alex. VII, quo monasterium monialium S. Clarae oppidi Greci, Salisburgen. dioec. subiicitur iurisdictioni fratrum Reformatorum Prov. Argentinae. - p. 371.

253. *1663, 9 iun.* — Decretum Rmi P. Min. Glis ut quilibet frater Prov. S. Ludovici possit eligi in Guardianum conventuum Rosillionis et Confluentis. - p. 374.

254. *1663, 22 iun.* — Memoriale cum informatione Rmi P. Min. Glis, et decretum S. C. Regul. confirmans electionem Vicarii Provincialis Prov. Turoniae Pictavien., supplensque omnes defectus. - p. 375.

255. *1666.* — Attestatio A. R. P. Commissarii Curiae, quod de ordinatione R. P. Min. Glis recepit ad nostrum Ord. fr. Paulum Franciscum Rhedonensem secundum dispositionem brevis Apostolici. - p. 376.

256. Memoriale cum decreto S. C. Regul. pro Commissario Visitatore Prov. S. Ludovici in Gallia. - p. 376.

257. *1663, 15 iul.* — Assignatur coniudex a Rmo P. Min. Gli, iuxta dictum decretum S. C. Regul., Commissario Visit. Prov. S. Lud. in Gallia. - p. 377.

258. *1663, 24 iul.* — Attestatio, quod per breve Apost. fecerunt transitum a Cappuccinis ad Observantiam, Patres fr. Augustinus Ildephonsus Ivalerie, Hieronymus Burgamau Salabarte sacerdotes, et fr. Laurentius Ægidius de Sobrarve subdiaconus. - p. 377.

259. *1663, 22 iun.* — Memoriale cum decreto S. C. Regul. declarans professionem oblatorum Prov. fratrum Recollectorum S. Francisci in Gallia non esse solemnem et eorum vota esse simplicia. - p. 378.

260. *1663, 13 aug.* — Breve Alex. VII, quo R. P. fr. Felix Cullens confirmatur in Visitatorem Prov. S. Ludovici et suus coniudex. - p. 378.

261. *1663, 6 oct.* — Id., quo conceditur Provinciae S. Petri de Alcantara fundatio conventuum vulgo Illora et Carrillo. - p. 380.
BD II 373.

262. *1663, 5 oct.* — Memoriale cum decreto Rmi P. Min. Glis, ut fr. Ioannes a Rosario transire possit a statu laicali ad clericalem, dummodo a Diffinitorio suae Prov. S. Antonii Brasilien. admittatur. - p. 382.

263. *1663, 29 nov.* — Litterae patentes Rmi P. Min. Glis, quibus R. P. fr. Pacificus a S. Valerio, Prov. S. Francisci Recoll. in Gallia, instituitur in Agentem Provinciarum Recollectorum Galliae. - p. 382.
Cf. Gub. I 424.

264. *1662, 16 mar.* — Memoriale cum decreto S. C. Regul., circa oblatos Provinciarum SS. Ludovici et Elzearii, necnon S. Ivonis, Tertii Ord. Congregationis Gallicanae. - p. 383.
Cf. Gub. II 877.

265. *1663, 16 dec.* — Revalidatio professionis R. fr. Bartholomaei de la Fuente, Prov. S. Michaelis in Hispania. - p. 385.

266. *1663, 27 dec.* — Litterae patentes Rmi P. Min. Glis prohibentes modum recitandi Coronam B. M. Virginis in Prov. Aquitaniae Antiquioris. - p. 385.

267. Benedictio Coronae B. M. Virginis, et modus recipiendi ad Confraternitatem Coronae Imm. Conceptionis; et aliae Benedictiones. - p. 386.

268. *1664, feb.* — Memoriale cum decreto S. C. Concilii, et declaratio Rmi P. Min. Glis ex ordinatione dictae S. Congr. in favorem professionis fr. Andreae Sivaton, Prov. S. Bonav. in Gallia. - p. 387.

269. *1664, 29 maii.* — Mem. et decr. Diffinitorii Glis, ut Commissarii Visitatores pro Prov. Canariensi eligantur ex Patribus eiusdem Prov. - p. 388.

270. *1664, 9 iun.* — Mem. et decr. Diffin. Glis, quo constitutio glis Toletana, facta in Patrum Vocalium Indiarum favorem, qui suffragium

in Capitulis Glibus ferunt, extenditur ad Vocales Prov. S. Didaci Canariensis, qui etiam ad Capitulum Gle veniunt. - p. 390.

271. *1664, 8 iun.* — Litterae patentes R. P. Min. Glis, quibus A. R. P. fr. Andreas de Arteaga, Lector Iub. etc., instituitur in Procuratorem Glem. - p. 392.

Cf. Gub. I 435.

272. *1664, 8 iun.* — Id., institutionis Secretarii Glis Curiae. - p. 393.

273. *1664, 14 iul.* — Attestatio ratificationis professionis fr. Antonii a S. Franc., Prov. Sardiniae. - p. 393.

274. *1664, 5 iul.* — Sententia Illmi Auditoris Rdae Camarae Apostolicae declaratoria contra clerum Caesaraugustanae dioecesis circa funeralia et ius sepulturae. - p. 394.

275. *1664, 1 sept.* — Litterae patentes Rmi P. Min. Glis, quibus praecipit omnibus Ultramontanae Familiae fratribus Romam confluentibus, tam Observantibus quam Reformatis seu Excalceatis, et Tertii Ord., ut subiiciantur Rdo A. P. Procuratori Gli Familiae, et ne exire audeant a conventu absque eius licentia. - p. 397.

276. *1664, 30 aug.* — Id. Rmi P. Min. Glis, quibus declarat cellas noviter fabricatas in Palatio seu quarterio, ad nostram Familiam pertinere. - p. 398.

277. *1664, 3 oct.* — De servientibus in monasteriis S. Clarae suburbii S. Marcelli prope Paris. - p. 399.

Cf. Gub. II 770.

278. *1644, 13 mar.; 12 oct.* — Decretum S. Congregationis, declarans non constare de nullitate electionis Min. Provincialis Prov. Algarbiorum. - p. 399.

279. *1664, 24 oct.* — Breve Alex. VII, ne mulieres saeculares absque licentia Sedis Apost. recipiantur in monasterio S. Clarae Matriti, et ut nunc existentibus praefigatur congruus terminus ad discedendum. - p. 400.

Gub. II 762.

280. *1664.* — Lis et controversia iuris et facti super praecedentia inter Procuratorem Glem actualem et habitualem et Commissarium Generalem Curiae habitualem et actualem. Memoriale praesentatum Emm. Protectori. Breve Alex. VII declarans praefatam causam. - p. 401.

281. *1663, 7 iul.* — Decretum S. Visitationis Apost. pro ecclesia et Collegio S. Isidori de Urbe. - p. 418.

282. Memoriale Smo praesentatum a R. P. fr. Franc. Moloy, Lect. Iub. Prov. Hiberniae, et informatio R. A. P. Procuratoris Glis. - p. 420.

283. *1665, 26 mar.* — Id. Smo praesentatum a R. P. fr. Franc. Omollay, Lect. Iub. Collegii S. Isidori: fuit remissum ad S. C. Regul.;

et rescriptum R. A. P. Procuratoris Glis responsioque S. C. Regul. « Lectum ». - p. 422.

284. Nomina eorum omnium qui fuerunt in Collegio Imm. Conceptionis Pragensi Guardiani ab initio fundationis usque ad praesens. - p. 422.

285. *1665.* — In favorem P. Ioannis a S. Bernardo, sacerd. Prov. S. Petri de Alcantara. - p. 423.

286. *1664, 8 maii.* — Memoriale cum decreto S. C. Regul., quo Capitulum Prov. S. Iacobi ad duos menses prorogatur. - p. 424.

287. *1665, 12 iul.* — Id., cum decr. S. C. Regul. circa praecedentiam inter Procuratorem Glem et Commissarium Glem Curiae, declarans illud « caeteris paribus » Statuti Glis sic: Procurator Glis actualis praecedere debet Commissarium Glem Curiae actualem, et habitualis habitualem, non attenta antiquitate electionis. - p. 425.

Cf. Gub. I 400.

288. *1665, 16 iun.* — Breve Alex. VII circa praecedentiam inter Procuratores Ord. et Commissarium Curiae Romanae. - p. 426.

Chron. III (1) 125; Gub. I 401.

289. Id., quibus R. P. Ludovicus a Iustia instituitur in Secretarium Rom. Curiae. - p. 429.

290. *1665, 11 aug.* — Id., quo Capitulum Provinciale Prov. Granatensis ultra triennium ad quinque menses prorogatur. - p. 430.

291. *1665, 11 iun.* — Id., authenticum Alex. VII, per quod transitus fr. Remigii Vives, Excalc. Prov. S. Ioannis Bapt., ad Prov. Valentiae de Observ. annullatur et ei praecipitur ut ad suam Prov. redeat. - p. 430.

BD II 383.

292. Decretum S. Officii in favorem fr. Iacobi Davis, ut ad presbyteratum promoveri posset. - p. 432.

293. *1663, 7 dec.* — Breve Alex. VII, quo deputatur et constituitur Commissarius Glis pro Prov. Brasilien. - p. 433.

Gub I 381; BD II 375.

294. *1665, 22 sept.* — Memoriale et decretum Smi Alex. VII, praecipiens ut R. P. fr. Franc. Moloy maneat in Collegio S. Isidori, et quod superiores non sint ipsi molesti. - p. 435.

295. *1665, 24 sept.* — Breve Alex. VII confirmans Capitulum Prov. S. Bernardini Recoll. Galliae. - p. 436.

296. *1665, 15 sept.* — Decretum confirmationis Capituli et Congregationis intermediae Prov. S. Mariae de Arrabida Regni Portugalliae. - p. 438.

297. *1665, 10 oct.* — Revocatio confirmationis Prov. Aquitaniae Antiqnioris. - p. 439.

298. *1665, 18 sept.* — Supersessoria in executione decreti et brevis emanatorum sub die 17 iulii a. 1665 circa gubernium monasterii monialium S. Clarae Perpiniani, Prov. Cathaloniae. - p. 440.

299. *1665, 13 nov.* — Decretum S. C. Regul. confirmans litt. obedientiae Emm. Protectoris concessam P. fr. Fernandez, ut ad Prov. Portugalliae redeat. - p. 440.

300. *1665, 3 nov.* — Breve Alex. VII, quo Custodia Smae Trinitatis in pristino situ restituitur. - p. 441.

301. *1665, 11 dec.* — Id., pro manutentione praecedentiae fratrum laicorum Prov. Turoniae contra fratres clericos eiusdem Prov. Turoniae Maioris, ac restitutione vocis activae et passivae pro eisdem laicis, et obedientia pro eorum procuratoribus. - p. 444.

302. *1666, 22 ian.* — Memoriale cum decreto A. R. P. Procuratoris Glis in favorem P. fr. Augustini Ioannis, Prov. S. Bernardini Recoll. in Gallia. - p. 445.

303. *1658, 27 mar.* — Decretum Emm. Protectoris in favorem eiusdem P. fr. Aug. Ioannis. - p. 446.

304. *1666, 22 ian.* — Breve Alex. VII confirmans electionem Custodis et Ministri conventus S. Spiritus Prov. Bethicae, Tertii Ord. - p. 446.

305. *1665, 18 dec.* — Memoriale cum decreto S. C. Regul., concedens PP. fratribus Franc. Gonzales et Franc. de Aranda, Tertii Ord. Prov. Bethicae, ut tempus interpolationis eorumdem actualis Lecturae, quo in hac Rom. Curia pro negotiis propriae Provinciae insumpserunt, computetur pro actuali Lectura. - p. 447.

306. *1665, 13 nov.* — Mem. cum decr. S. C. Regul., quo R. A. P. fr. Paulus Oliverio, Ex-Provincialis Prov. Corsicae, instituitur in Commissarium Prov. Sardiniae, et ad illam mittitur ut plenam informationem accipiat de his quae acta sunt in Congregatione dictae Prov. - p. 448.

307. *1665, 4 mar.* — Litterae patentes R. A. P. fr. Andreae de Arteaga, Procuratoris Glis, quibus R. P. fr. Petrus de Hullegarde, Prov. Germaniae Inferioris, instituitur in Vice-Procuratorem Glem. - p. 449.
Cf. Gub. I 435.

308. *1666, 29 mar.* — Breve S. Poenitentiariae pro habilitatione ad officia Ord. fr. Cherubini Calaritanen., Lectoris Prov. S. Saturnini in Regno Sardiniae, et attestatio R. fr. Ludovici a Iustia. - p. 449.

309. Oratio habita in Capella Pont. a P. Petro Hullegarde, anno 1665. - p. 451.

310. Alia oratio habita a. 1666. - p. 453.

311. *1666, 4 maii.* — Litterae patentes R. A. P. Procuratoris Glis, quibus instituitur Vice-Procurator Ord. R. P. fr. Petrus de Hullegarde. - p. 454.

Cf. Gub. l. c.

312. *1666, 22 maii.* — Breve Alex. VII, quo patentes Emm. Protectoris institutionis Procuratoris Glis confirmantur. - p. 455.

313. *1666, 24 maii.* — Litterae patentes R. P. Vice-Procuratoris Glis, quibus R. P. fr. Ioannes a Millen instituitur in Secretarium Romanae Curiae. - p. 457.

314. *1666, 5 iun.* — Id. Emm. Protectoris, quibus declarat cessavisse commissionem datam Patribus Martino Lugdunensi et Bernardo a Brivata, Prov. S. Francisci Recollectorum Galliae. - p. 458.

(Continuabitur).

P. Ioseph M. Pou y Martí, O. F. M.

BIBLIOGRAPHIA

1. **Facchinetti,** dott. **Vittorino,** O. F. M. — *Siate allegri! Il Serafico Poverello e la gioia della vita. (Biblioteca di coltura francescana,* I). Seconda ediz. ampliata con una *Introduzione* del dott. ROBERTO FRANCHI e tre illustr. fuori testo. — Milano, Romolo Ghirlanda, 1918. — In-8°, pp. XXXII, 272. = 3ª ediz. migliorata, con una seconda *Lettera* del dott. R. FRANCHI. — Ibid. 1919. — In-8°, XXXVI, 283 pp. con 5 illustr.
2. **Idem.** — *Siate amici! S. Francesco d' Assisi e l' amicizia cristiana. (Bibl. di colt. franc.,* II). Con *Lettera* di GIOVANNI JOERGENSEN e tre illustr. fuori testo. — Quaracchi, tip. del Coll. di S. Bonaventura, 1918. — In-8°, XVI, 395 pp.
3. **Idem.** — *Siate apostoli! Il « tutto Serafico in ardore » e il problema dell'apostolato.* (*Bibl. di colt. franc.,* III). Con *Introduzione* del prof. E. JALLONGHI, una *Lettera* del P. BENV. BUGHETTI e quattro illustr. fuori testo. — Ibid. 1919. — In-8°, XXXII, 351 pp.

1. Della prima edizione di questo libro parlai già nel fasc. I-II, vol. VIII, 1915, di questo stesso *Archivum,* p. 281s. L' accingermi ora a parlare degli altri due che poi l' hanno seguito, sì da formare insieme una bella trilogia intorno a S. Francesco, mi offre l' occasione di ritornare sul primo per accennare alle due nuove edizioni che l' A. ne ha date in questo frattempo, *ampliate* e *migliorate.*

I due aggettivi non sono una lustra. La sola differenza del numero delle pagine tra la 1ª (pp. 198) e 2ª edizione (pp. 272) già dice qualche cosa (aggiunte); se poi io potessi qui ridistendere lo schema del libro, quale si presenta nella 2ª edizione, troverebbe il lettore che delle parti secondarie qualcuna vi è nuova (aggiunte e rimaneggiamenti). La divisione generale del libro resta la medesima, ma l' inquadratura, la chiarezza e la precisione del disegno vi han guadagnato d' assai (vedi nella parte I, *La dottrina del Maestro,* 67-80; nella parte II, *Il Cristianesimo e la gioia,* 154-9; nella parte III, *Consigli pratici,* 232-42). Ma il pregio migliore sta nelle aggiunte. Aggiunte in tutte le parti, dottrinali, storiche ed esortative, che fioriscono su quasi a ogni pagina, ora di pochi periodi, ma più spesso di pagine e pagine intere. Inutile che io citi. Il vecchio c' è tutto ancora, e il nuovo vi è seminato in mezzo a piene mani. Questo per la 2ª edizione in confronto con la 1ª. — Nella 3ª, in confronto con la 2ª, lo schema anche nelle sue più piccole parti è ri-

masto immutato, ormai fisso; solo nuove aggiunte, più poche ormai, ma a proposito ancora, vi sono qua e là inserite, e qui pure d'ogni specie (p. 51, 83, 113s., 117, 124s., 182-4, 202s., 227s. ecc.).

Questa che parrebbe incontentabilità dell' A. su l'opera sua, non è che maggior cultura e cognizioni che si è andato via via acquistando su l'argomento, che egli ama e di cui s'è fatto apostolo anche oltre il libro, in tutte le manifestazioni del suo ingegno e del suo zelo. E per ciò che riguarda la parte storica su S. Francesco, gli ha giovato assai il dover continuare a scrivere di lui, per i due volumi che seguono nella stessa serie, è per quelli che fuori di essa l' A. tiene in preparazione. Il materiale che abbiamo per la vita di S. Francesco è un poco miniera in parte affiorata soltanto, e chi vi cerca con paziente amore e costanza trova e nuovi aspetti dei fatti comunemente conosciuti e fatti che ci appaiono nuovi e dei quali ci eravamo, nella più recente letteratura, come dimenticati. L' A. ha cercato così, e abbondantemente trovato ancora, e aggiunto un po' dovunque, a maggiore illustrazione della figura storica e a più pieno conseguimento della prova morale. Tutto è più pieno e finito; e se la tesi in sè non vi ha gran che guadagnato, nè la letizia del Santo vi ha acquistato una più perfetta fisionomia o un più vivo splendore (il che non occorreva nè era da attendere), però intorno a questa soave caratteristica di S. Francesco si è venuta ad addensare e a meglio illuminarsi molta più vita dal Santo stesso, e un più ricco e insolito materiale biografico si è messo così a facile cognizione dei lettori e dei meno diligenti o pazienti scrittori.

E questo merito, che continua rilevante anche nei due volumi seguenti, e che il prof. Giovanni Joergensen già ebbe a rilevare nella *Lettera* che va innanzi al vol. II, *Siate amici!* (p. v), questo merito va a tutto vantaggio della storiografia, come della più piena conoscenza e quindi di un più coscienzioso amore verso il santo Padre nostro. Manca dirà - qualcuno - un più rigido vagliamento o almeno una mantenuta graduazione delle fonti. Prima di tutto abbiamo questo felice risultato, della rimessa in voga e in valore di molti particolari tratti dalle fonti più accreditate e sicure; secondo, l' A. si attiene principalmente a queste, e non abusa di quelle più tarde e sospette, e direttamente vi attinge, lasciando quasi interamente da parte i rimaneggiatori posteriori; terzo, qui più che far della semplice storia o biografia quasi esteriore, egli adopera la storia per la psicologia del Santo, per ricavarne il ritratto spirituale, l'essenza dell'anima sua; e tutti sanno che a questo concorrono, possono e debbono concorrere anche le fonti più tardive, nate da tradizione e amorosa fantasia insieme, le quali, proiettate a dovere su le più antiche, le illuminano e compiono a meraviglia.

2. Sul medesimo sistema del primo volume sono compilati i due seguenti, e con somigliante scopo: di rilevare un lato caratteristico, simpatico, eccelso della vita di S. Francesco e proporlo a gioconda e benefica e opportunissima, ora, e desiderata virtù, intima o famigliare o sociale, ai cristiani, agli amatori comunque del suo spirito e della sua vita.

L' amicizia, l' amore profuso su tutti e su tutto che sia buono e bello e degno e fonte e scopo di bene, è appunto un aspetto dei più importanti e dei più attraenti della vita di S. Francesco, ed è un bisogno e sarebbe una grande virtù e un immenso beneficio, ora, dell' umanità. E facciamone dunque un buon libro di propaganda. Lo schema è questo. Parte I: La teoria. *L' amicizia nel pensiero cristiano:* sua *natura* (3-14); sua *eccellenza* (15-30); sua *necessità e storia* (31-49). — Parte II: L' esempio. *S. Francesco d' Assisi modello d'amicizia cristiana.* E viene, per classi, l' enumerazione di quanti S. Francesco ha amati in modo speciale, da essi in modo speciale riamato: *Gli amici di gioventù* (53-86); *Le amicizie del Cielo* (87-122); *I compagni d' apostolato* (123-186); *Le amiche del Serafico* (187-250); *Gli amici dello spirito* (il vescovo d' Assisi, il card. Ugolino, S. Domenico, 251-304); *Gli amici del sentimento* (gli animali, 305-338). — Parte III: La pratica. *L'amicizia nella vita cristiana:* criteri nella *scelta degli amici* (341-364); modi d' *apostolato dell' amicizia* (365-374); mezzi per *conservare l' amicizia* (375-382); corona dell' amicizia, *In cielo!* (383-389).

È facile comprendere, per ciò che qui ci riguarda, come nella parte II, *L' esempio,* viene ripresa tutta la vita di S. Francesco; ma, dato anche il nuovo aspetto, ciò si fa senza ripetizioni avvertite. Si possono leggere i due libri (e così sarà del terzo) l' uno dietro l'altro, e il nuovo sarà sempre molto, e il risaputo s' illumina di nuova e più alta luce: è un gradino ascendente davvero nella conoscenza e nell' ammirazione di S. Francesco. Quantunque, per l' economia del tema, qua e là si vada a sbalzi, si segue però qui abbastanza la cronologia, il processo della vita del Santo. Dei tre è il più completo come vita; e sulle altre vite, oltre il più diffuso sviluppo della parte che gli è propria, ha veramente particolari, fatti, rivelazioni che nelle altre si cercherebbero invano. — Lo sviluppo del tema poi, delicato, arduo, pericoloso anche, in certi punti specialmente, è contenuto dentro una linea sobria, senza sentimentalísmi, che sarebbero facili, e pessimi, ove si seguisse più la fantasia che la storia, e più il piccolo soggettivismo proprio che la vera psicologia di S. Francesco.

Tuttavia — io debbo dirlo — non combacia perfettamente la tesi col modello o meglio con lo sviluppo dato all' esempio del modello. Troppi amici son dati a S. Francesco, e amici alle volte che sono amici o naturali (i compagni di gioco, la madre) o ombre appena accennate o passeggere (Suor Prassede e, a rigor di termini, la stessa S. Elisabetta d' Ungheria) o doverosi in un Santo e in un Padre (i discepoli e il cielo). D' altra parte, neppur il titolo del libro nè la teoria svoltavi da principio combaciano con lo scopo, con la tesi vera prefissasi dall' A. La tesi vera è, se non ho male inteso: « Amate, amatevi: che tutto vi sia amico e caro, quanto è buono e bello e degno in cielo e in terra: nessun odio o glaciale indifferenza o cieco egoismo, che sono il fiele della vita; mentre l'amore, il cuore aperto e benevolo con tutti e con tutto ne sono il miglior refrigerio e il pregio più bello ». Qualche cosa di simile; cui allora l'esempio di S. Francesco andrebbe perfettamente d' accordo. Ancora: Questi

molteplici amori di Francesco non sono abbastanza collegati tra di loro, spiegati nella loro relazione e dipendenza dall'unica radice che li faceva germogliare e li manteneva così vivi e liberi e santi: non è approfondita bene la psicologia amorosa di S. Francesco; ciò che lascia un po' uniforme, piatta quasi l'enumerazione e illustrazione delle sue amicizie. La linea generale manca, il prospetto generale non ha rilievi; manca in genere nei libri del P. Facchinetti, e in questo in ispecie, o vi è soltanto sottintesa, la sintesi; mentre vi è meravigliosa l'analisi: il tutto non vi soddisfa appieno; ma le pagine una dietro l'altra vi persuadono, vi incantano, vi impongono l'ammirazione e l'imitazione del dolce padre che tutto l'universo avvinceva nel suo amore che traboccava da quello di Dio e poi verso Dio rifluiva portandosi in seno tutto l'universo.

Io farei una proposta al carissimo A.: o se egli, nella 2ª edizione che sarà presto richiesta (poichè i lettori, che non fanno i critici, prendono il buono dov'è e com'è), se egli, con la facilità che ha di rimaneggiare e migliorare, si provasse a cambiare senza esitazioni il titolo di *Siate amici!* in *Siate fratelli!*, e secondo questo intonasse la *teoria* (pur all'amicizia lasciando il posto di uno degli aspetti speciali, e secondo i casi, della fratellanza), lasciando il resto del libro, l'*esempio* e la *pratica*, quasi immutati, ma con l'aggiunta più chiara di questo soffio nuovo? Il libro ci guadagnerebbe in unità, non ci scapiterebbe affatto — mi pare — in efficacia, attrattiva e... opportunità, e mentre col titolo di *Siate amici!* si potrebbe ripetere quasi con l'esempio di tutti i Santi e con quello d'alcuni forse meglio che di S. Francesco, col titolo invece di *Siate fratelli!* apparirebbe già dalla copertina tutto proprio di S. Francesco e dentro non potrebbe essere che suo, tutto suo, dalla teoria alla pratica, non bene sostituibile o superabile che dalla divina dottrina e vita di Gesù Cristo.

3. Ho detto che nel precedente libro vi è quasi intera, per quanto considerata sotto un solo aspetto, e mantenuta abbastanza ordinata la vita di S. Francesco. Quel poco che là manca, è qui in questo terzo e ultimo volume del ciclo. Il quale compie ed esaurisce, nei tre suoi principali e più sintetici aspetti, la vita e l'anima del Santo, e insieme i tre grandi appelli di rimedi e virtù che l'A. avea da lanciare ai moderni cristiani e francescani di spirito. E l'ho già detto altrove (nella *Lettera* premessa a questo stesso volume): tutto s'esaurisce nei tre gradi che segnano tutta la linea d'ascensione di uno spirito verso la santità, e, nel nostro piccolo, verso la piena vita cristiana: la letizia alla base, l'amore in mezzo, l'apostolato su l'estrema vetta. In questa sintesi tutto e per ordine è stato detto di S. Francesco, tutto e per ordine è stato detto per noi. Il lettore vede l'unità, la corrispondenza perfetta, il circolo chiuso di questi tre libri.

Ma dell'ultimo non è facile dare lo schema; o meglio, nello schema far risaltare o sceverare quello che è teoria o insegnamento e applicazione per la pratica, e quello che è storia e illustrazione di S. Francesco. Mi provo. Ancora tre parti. Parte I: Il dovere dell'apostolato. *La vocazione di S. Francesco* (3-31) e nostra (31-36); *L'obbligo del-*

l' apostolato, sua eccellenza (37-52), sua tempra o natura nel Santo (52-63); *Le sorgenti dell' apostolato,* zelo, amore a G. C., compassione per i peccatori, in teoria e nel Santo (63-91); *Tutti apostoli!,* secondo il divino volere (92-103) e la necessità dei tempi, per S. Francesco (103-109) e per noi (109-122). — Parte II: Le armi dell' apostolato. *I mezzi,* vita interiore, parola, stampa, esempio ecc. (126-156); *Un luminoso esemplare,* S. Francesco predicatore (e scrittore), apostolo, mistico, taumaturgo (157-197); *Le difficoltà,* errate prevenzioni, obbiezioni e ostacoli nostri (198-227). — Parte III: I frutti dell' apostolato. *Rievocando il passato:* nell' opera individuale e diretta di S. Francesco sul mondo (231-244); nell' opera del prim' Ordine (244-54), del secondo (254-68) e del terzo (268-76), e poi tra gl' infedeli 276-80); *Guardando al presente,* i benefizi, la tattica, le forme dell'apostolato cristiano per tutti (281-318); *Pensando all' avvenire,* la ricompensa, qui in terra e lassù, per S. Francesco e per noi (319-34). — *Concludendo* (337-43) chiude il volume e il ciclo.

E anch' io non avrei altro da dire. Il tema qui era più arduo e anche più vasto e complesso, e più incalzante l' appello, la preoccupazione di poterne persuadere e innamorare il lettore. S. Francesco diventa qui, più che nel secondo, assai più che nel primo, un mezzo di persuasione, un argomento di prova, un ritornello di ribadimento e di riposo insieme, un momento di respiro e di abituazione che si concede al lettore su per l' erta salita alla quale lo trascina l' A. S. Francesco cessa affatto qui di essere l' oggetto di riposata e quasi sola contemplazione che era in *Siate allegri!,* dove bastava veder lui per sentirci, presi nell' onda della sua gioia, attratti a imitarlo. E in *Siate amici!* la contemplazione era già meno come per dire abbandonata a sè, sorretta e quasi distratta più spesso dal ragionamento e dalla riflessione. Lo scopo morale prevaleva già sul tema storico. Qui tutto lo assorbe in sè, e lo dirige tutto là. Fatevi apostoli, perchè occorre, dietro S. Francesco che ve ne aperse e insegna e infiora la via!

E in considerazione di questo, dell' ascensione dello scopo morale e dell' intensificarsi dello sforzo a dimostrarlo e a ottenerlo, ma anche per altre ragioni, tra filologiche e artistiche e di più fedele rappresentazione, io vorrei suggerire all'A., per le future edizioni, col cambiamento già proposto, questa graduazione nei titoli, buttata a mare senza timore alcuno la forzata uguaglianza d' ora: *State allegri!, Siate fratelli!, Fatevi apostoli!,* coi sottotitoli in facile accordo, e l' anima d' ogni libro pure.

E in questa perfetta corrispondenza di veste e di contenuto, di scopo e di sviluppo, di storia e di morale, di ciò che S. Francesco fece e di ciò con che egli anima e informa, secondo che si richiede, l' opera d' un suo innamorato discepolo, il P. Facchinetti avrà eretto uno dei più belli e graditi monumenti alla gloria del Padre e al bene de' suoi figli.

P. Benv. Bughetti, O. F. M.

Seton, Walter W. — *Some new Sources for the Life of Bessed Agnes of Bohemia including a fourteenth century Latin version (Bamberg, Misc. Hist. 146, E. VII. 19) and a fifteenth century German version (Berlin, Germ. Oct. 484)* (= *British Society of Franciscan Studies,* vol. VII). — Aberdeen, The University Press, 1915. — In-8°, 176 pp.

Dr. W. W. Seton iis rerum franciscanarum viris studiosis adnumerandus est, qui vires ingenii et aciem non ad ideas usque repetitas evulgandas adhibent, sed nova producere hilares et alacres satagunt. Studet cl. A., uti ex variis discussionibus in hoc ipso AFH vel seiunctim (cf. AFH VIII, 1915, 274-275) editis liquet, prae ceteris II et III Ordinum S. Francisci historiae, et novissime etiam I Ordinis (cfr. Vitam B. Aegidii, de qua alias). Volumen, quod hic examini subiecturi sumus et quod separatim etiam prodiit (London, Longmans, Green and Co., 1915, unde tota haec editio postea transiit ad Gustavum Fock, Lipsiae), notatu dignum opus est, studia et textus continens vitam B. Agnetis Pragensis illustrantia. Haec quidem, si A. audias, in historia franciscana locum condignum nondum tenet. Legenda enim huius Beatae et gesta omnino quadrant cum primitivo S. Francisci et S. Clarae consilio de altissima paupertate capescenda et in se et in sociis exercenda; hoc sensu magis franciscana essent quam Vita 2 Thomae Celanensis et Legenda Maior S. Bonaventurae. Cura etiam leprosorum, quae primitiva praxis franciscana est, atque privilegium paupertatis in Vita B. Agnetis occurrunt, p. 5ss.

Ante a. 1328, quo Elisabeth Regina Bohemiae canonizationem eius promovere coepit, sed ea ipsa occasione, vitae duae B. Agnetis conscriptae fuere, latine et bohemice, sed neutra hucusque edita fuit.

Bollandistae quidem ad diem VI martii, *Act. SS.,* Mart. I, ed. 1, 502-532, duas Vitas ediderunt B. Agnetis, quarum prior, p. 509b-513a, antiqua quidem sed brevis admodum est; altera, p. 513a-532b, longior, saec. XVIII a Iesuita Crugerio e textu latino et alio bohemico conflata est. His nunc addit Seton duos textus, latinum ex unico Cod. Bambergensi 146, E. VII. 19, saec. XIV, et germanicum e Cod. Berolinensi, Germ. Oct. 484, saec. XV, cuius et alii codices habentur et in lectionibus variantibus adducuntur. Si omnes has vitas inter se conferimus, facile videmus nucleum communem in omnibus adesse tum quoad materiam, tum quoad ordinem eam proferendi. In valore earum vitarum diiudicando Editor cautus est; quamvis enim textus eius certo textus bollandianos longe superent, non credit se vitam originalem invenisse, sed tantum « recensiones » eiusdem. Vita 1 igitur apud Bollandistas est compendium vitae originalis, vita 2 conflata est e vita originali latina et alia bohemica. Textus latinus Seton est recensio vitae latinae originalis, textus germanicus Seton est traductio similis recensionis latinae. Ex dictis momentum textuum hic editorum apparet, siquidem ad vitam originalem latinam magnos passus facimus, imo mihi videtur

ipsam vitam originalem, non plus a textu latino Seton verisimiliter discrepare, quam quod generatim in diversis codicibus eiusdem operis obtinet. Editio textus tum latini tum germanici accurate facta est.

Auctorem vitae latinae se prodit quidam Frater Minor, qui inter a. 1282 et 1328 scripsit, partim ut testis ocularis. Nomen huius auctoris inquirere vanum esse videtur. Quare Editor eum « anonymum Pragensem » vocat, p. 33-34.

Praeter vitas latinam et germanicam Seton edit textum germanicum saec. XIV epistolarum S. Clarae Assisiensis ad Beatam Agnetem unacum benedictione sanctae Fundatricis. Quamvis igitur textum latinum antiquum harum epistolarum nondum habeamus, quaestio de authenticitate ipsarum valde promovetur ad solutionem affirmativam. Dolendum est diligentem investigatorem non invenisse qualemcumque textum saec. XIV Testamenti S. Clarae. Benedictio vero S. Clarae, ut in codicibus germanicis saec. XIV habetur, non ad Sorores generatim, ut in posterioribus textibus, sed ad Sororem singularem (B. Agnetem?) directa est. Cf. etiam AFH XII, 1919, 115, n. 1.

In introductionis variis capitulis Seton de pluribus agit argumentis, quae ad rem faciunt. Codicographiam et mutuam Vitarum relationem iam innuimus. Definitive ut diem emortualem B. Agnetis diem 2 martii (non 6, ut volunt Bollandistae) a. 1282 (non 1281, nec 1283, ut habet Waddingus) vindicat. De tempore quo nata est, mense ianuario a. 1205, nulla disputatio. Ut dies, quo Beata monasterium a se fundatum Pragae ingressa est, stabilitur, quamvis non omni cum certitudine, Pentecostes, 11 iunii a. 1334, p. 45-51. De chronologia in Vita B. Agnetis Seton iam egerat in hoc nostro AFH VII, 1914, 190-197.

Crux erat hucusque doctorum franciscanorum quaestio de *Chronica maiori,* quam ut opus proprium pluries adducit Nic. Glassberger in Chronica sua edita, *Anal. Franc.* II. Communis sententia erat ibi agi de *Chronica 24 Gen.*, cuius exemplar Glassberger transcripserat, additis quibusdam documentis et textibus. Seton econtra novum elementum in controversiam adducit, citando aliud opus Glassberger hucusque ignotum vel non attentum, cui titulus *Chronica maior Bohemiae,* cuius codex Brunnae (*Brünn*) asservatur. Sed cum eo de argumento in hoc AFH longius tractaturi simus, sufficiat hic summa capita indicasse, p. 35-44.

Approbare non possumus, quia falsa reputamus, quae Editor de relatione inter primam Clarissarum Constitutionem et Regulam S. Benedicti tradit, 6-16. Nec propterea ea refellere intendimus, saepius enim hic fecimus; cf. AFH VIII, 1915, 279-80. Mirum est quam duram, quamque diuturnam vitam habent quaedam fabellae! Recte quidam dixit, verisimile facilius credi quam verum. Falsum est etiam Ludovicum, S. Elisabethae coniugem, canonizatum fuisse, p. 2-3; nullum cultum habet in Ecclesia catholica, quamvis vita quaedam antiqua eius sub nomine Sancti Ludovici scripta sit, ut statim videbimus.

In Nota IV, p. 170 (cf. etiam p. 3-4) Editor quaestionem de sponsalitio B. Agnetis cum Henrico filio imperatoris Friderici II tangit. Textus germanicus Berolinensis, p. 71, evidenter falsum tradit sponsalitium

morte principis evanuisse, cum econtra constet hunc aliud matrimonium contrectasse. Textus latinus, p. 70, rem tangit dicens: *Igitur mirabili virtute dei qui reprobat consilia principum factum est, ut procelato et dissimulato prefato connubio, dum iam quartum decimum annum attigisset, ad terram nativitatis sue iterum reducitur.* In alio saec. XIV fonte, nempe in Vita Ludovici IV, coniugis S. Elisabethae, narratur patrem B. Agnetis Ottocarum regem Bohemiae, ita iratum fuisse in ducem Austriae, qui matrimonium Agnetis cum Henrico frustraverat, huic propriam filiam Margaritam desponsando, ut bellum ei inferret, quo in dissidio Ludovicus praedictus arbiter est electus; cf. *Das Leben des heiligen Ludwig Landgrafen von Thüringen, Gemahls der Heiligen Elisabeth. Nach der lateinischen Urschrift übersetzt von Friedrich Ködiz von Salfeld, zum ersten Mal herausgegeben mit sprachlichen und historischen Erläuterungen von* Heinrich Rückert, Leipzig, T. O. Weigel, 1851, c. IV, 3, p. 47-49. Idem narratur ap. *Annales Reinhardbrunnenses* et Theodoricum de Apolda.

Nec praetereundum esse censeo Vitas hic editas non minus ac Bollandianas, *Act. SS.,* Mart. I, 510; 516, tradere posthac ipsum imperatorem Fridericum coniugium Agnetis quaesivisse; non vero de confusione quadam agi posse ipse textus innuit, clare duo facta distinguens: *Qui* [imperator], inquit, *sicut prius ad patrem* [pro connubio Agnetis cum filio], *ita secundo ad fratrem virginis nuncios destinavit, multis promissionibus interpositis, postulans ut sororem suam eius coniugio non negaret*, p. 74. Difficile mihi videtur clarum quatuor Vitarum testimonium, quod utique in ultima analysi unius Vitae originalis est, reiici posse, vel ex confusione quadam ortum credi, uti nuper insinuavit cl. K. Wenck in *Theologische Literaturzeitung,* an. 44, 1919, n. 1-2, col. 10. Seton, p. 170, Agnetem experientia prioris sponsalitii edoctam coniugium imperatoris vehementer recusasse suspicatur.

Volumen pulcherrimis imaginibus ornatur, desumptis e Cod. Dresdenensi M. 281, scil. duobus speciminibus, quae *photogravure* et quatuor quae *collotype* vulgo vocantur. Sunt vero e vita S. Clarae dicti codicis depromptae. Contra usum a Societate Britannica franciscana receptum, deest in hoc volumine Index alphabeticus in fine.

Non obstantibus quibusdam exceptionibus supra expositis, librum, qui Auctori Doctoris titulum in Universitate Londinensi procuravit, omnibus, quorum interest, commendamus. Non vanis hypothesibus et facilibus, sed studio solido innititur, quod certo non de omnibus libris franciscalibus, qui variis linguis in dies prodeunt, enuntiari potest.

P. Livarius Oliger, O. F. M.

1. **Sánchez García, Daniel,** O. F. M. — *Historia de los Indios de la Nueva España escrita a mediados del siglo XVI por el R. P. Fr.* **Toribio de Benavente** *o* **Motolinía** *de la Orden de San Francisco. Sácalos nuevamente a luz el R. P. Fr. Fr. D. S. G., teniendo a la vista las ediciones de Lord Kingsborough y de*

García Icazbalceta. — Barcelona, Herederos de Juan Gili, Cortes 581, 1914. — In-12°, XLIV, 282 pp.

2. **Idem.** — *Un gran Apóstol de las Américas Septentrional y Central: El V. P. Fr. Antonio Margil de Jesús, Franciscano.* — Guatemala C. A., Tipografía San Antonio, 1917. — In-8°, x, 255 pp.
3. **Idem.** — *Gramática del idioma Cachiquel escrita en 1748 por un Religioso franciscano el R. P. Fr.* **Carlos J. Rosales?** *Públicala por vez primera con una introduccion, una bibliografía Cachiquel-Kiché-Zutuhil, correcciones, notas, un paralelo del Cachiquel y un compendio de la doctrina cristiana en Cachiquel y Castellano el P. Fr. D. S. G.* — Guatemala C. A., Tipografía San Antonio, 13 Calle Oriente, [1919]. — In-8°, XXVII, 118 pp.
4. **Idem.** — *Catálogo de los escritores franciscanos de la Provincia seráfica del Santísimo Nombre de Jesús de Guatemala.* — Guatemala, Tipografía San Antonio, 1920. — In-16°, (VI), 96 pp.

Gloriosa fasta Fratrum Minorum in primis saeculis historiae Novae Hispaniae seu Americae magis ac magis studiosis patefiunt et ab omnibus hodie agnoscuntur. Filii etenim S. Francisci non solum fidem christianam Indianis attulerunt, verum etiam eorum omnis generis antiquitates, usus, linguas propria experientia et ab indigenarum ore diligentissime collegerunt ita quidem, ut ipsi primarii rerum americanarum scriptores et classici habeantur. Cuique historiae antiquae americanae studenti familiares sunt Turibius de Benavente Motolinía, Hieronymus Mendieta, Iohannes Torquemada, Bernardinus de Sahagun, Andreas de Olmos, Didacus *(Diego)* Landa et alii plures, de quibus longe et late bibliographice disserit P. Marcellinus de Civetia, *Saggio di bibliografia geografica storica etnografica sanfrancescana,* Prato 1879; *Storia universale delle Missioni francescane,* VII, pars II, Prato 1891, 574-882; *Orbis Seraphicus,* de Missionibus, tom. II, Quaracchi 1886, 695-869: *Appendice bibliografica.* Huic optime meritorum virorum phalangi alii Ordines religiosi unum alterumve tantum nomen apponere possunt. Sed pro dolor! plurimi eorum in vinea Domini et investigationibus scientificis vitam consummantium pene oblivioni dati erant apud confratres, qui toto saeculo XIX extraneis auctoribus curam reliquerunt eorum opera indagandi atque in lucem edendi. P. Marcellinus de Civetia, solus fere laborans vastissimum campum, saepe talem ac tantam ignaviam luxit, commendavitque superioribus ut nostratum volumina bibliothecis procurent; cf. *Storia univers.* cit. VII, II, 827.

Triginta anni sunt, quod Marcellinus haec scripsit; quod si interea consilium eius non ubique executioni datum est, oscitantia tamen deplorata in non paucis locis cessavit. Nam in Canada, in Statibus foederatis, in America etiam meridionali fratres nostri ultimis his lustris historiam Missionum franciscanarum regionum illarum vastissimarum exploraverunt editisque voluminibus propagaverunt.

Quibus addas P. Danielem Sánchez García, in civitate Guatemala commorantem, qui rerum franciscanarum Americae Centralis diligentissimum indagatorem et collectorem expertissimum se prodit, tum antiqua opera edendo, tum propria quoque publicando.

1. Imprimis P. Sánchez denuo edidit Históriam Indorum et Novae Hispaniae, quam conscripsit a. 1536-1545 P. Turibius de Benavente seu Motolinía, opus utique classicum, sed nonnisi saec. XIX praelo traditum, curante primum Lord Kingsborough, *Antiquities of Mexico,* IX, London 1848 (editio incompleta), deinde cl. bibliographo Mexicano García Icazbalceta, in *Colección de documentos para la Historia de México,* I, México 1858. Cum vero hae editiones rarae sint et non cunctis facile pateant, P. Sánchez hanc novam, ac, ut ita dicam, manualem opportune curavit, addens introductionem criticam perutilem. In ea Editor in auctoris vitam et opera eorumque fata profunde inquirit, undequaque congerens quae ad rem conferre possunt.

P. Turibius de Benavente erat unus e 12 Fratribus hispanis qui a. 1524 in Mexicum destinati sunt, duce Fr. Martino de Valentia. Eorum adventus tanti momenti erat in aestimatione Indorum, ut ii inde novum aevum computare coeperint, loquentes de « anno quo fides (Dominus noster) advenit » (p. VII). Ante eos quinque tantum Fratres Minores in Mexico aderant, inter quos notissimus ille Petrus de Gandavo. Hi primi Fratres nucleum efformaverunt futurae Provinciae S. Evangelii, quae sex Provinciarum in territorio mexicano postea florentium est antiquissima. P. Motolinía hoc nomen a vocabulo assumpsit mexicano, quod idem est ac *pauper, pauperes.* Eo enim nomine Indi humiles S. Francisci filios appellaverunt, et Turibius noster quid significaret inquirens, sibi imposuit utpote primum vocabulum mexicanum quod didicerat (p. VI).

Actio P. Turibii fuit multiplex, sed prae ceteris suis Indis vivebat, quorum linguam, usus etc. magno cum labore didicit, ut melius eos ad veram fidem adducere posset. Ceterum mira erat promptitudo, qua Indi religionem accipere cupiebant, messis abundabat, operarii erant pauci. Nil mirum igitur si quaestiones variae gravesque difficultates tum ecclesiasticae tum civiles, exoriebantur, quae quidem partim in tota America erant generales, uti quaestio de *servis,* partim particulares in regione mexicana, uti controversia de baptismate accellerando eiusque caeremoniis abbreviandis. In omnibus his casibus Turibius maximo amore Indorum ducebatur et non sine vehementia et amaritudine de eis refert. Audientiae regali mexicanae in quaestione servorum aperte restitit cum confratribus, dum econtra pauci Missionarii O. Pr., qui aderant, Audientiae in detrimentum Indorum faverunt (p. IX ss.).

Muneribus variis in Ordine functus est; fuit enim pluries Guardianus, Custos, Minister suae Provinciae 1548-1551. Dicitur episcopatum recusasse. Non ad regionem mexicanam solum restrictus erat eius apostolatus, sed cum sociis peragravit vastissimas regiones usque Guatemalam et Nicaraguam. Guatemalae fundamenta iecit Provinciae SS. Nominis Iesu an. 1528-29, ut refert Franc. Vásquez, O. F. M., *Chrónica de*

la Provincia del Santísimo Nombre de Jesús de Guatemala, 2 vol. in-fol., ibi 1714-1716. Pie obiit Mexici a. 1569, qui annus emortualis indicatur a M. de Civetia, *Storia univ.* VII, II, 628. Vitam eius brevem habet iam Gonzaga, *De origine seraph. Rel.,* Romae 1587, 1235-36.

Scriptorum P. Motoliníae magna pars periit vel nondum reperta est. De eis tractat P. Sánchez pp. XXVI-XXXV. Opus longe principale est haec historia Indorum etc., primus liber qui scriptus sit de antiquitatibus mexicanis et de missionibus catholicis in terra firma Americae.

Aliud opus simile scripsit Turibius, seu potius collectionem materiae ad Historiam conscribendam fecit, cui collectioni titulus: *Memoriales de Fray Toribio de Motolinía, Manuscripto de la Colección del Sr. D. Joaquín García Icazbalceta. Públicalo por primera vez su hijo* Luis García Pimentel, México 1903. Duo praedicta opera plurimum inter se conveniunt, sed dum Historia ditior est notitiis de missionibus, *Memoriales* abundant antiquitatibus. Recenter tamen ostensum est textum *Memorialium* in editione Pimentel deficere, cum Bartholomaeus Las Casas, O. P., qui abundanter hausit ex iisdem in sua *Apologética Historia de las Indias,* 1909, citando Motoliniam, plus affert quam nunc in editione habeatur; cf. *The Catholic Historical Review,* III, ian. 1918, 497.

Ex his operibus quotquot de antiquitatibus mexicanis et de primis ibidem missionibus franciscanis scripserunt, plurima deprompserunt, ex nostratibus quidem Mendieta et Torquemada, ex extraneis vero praesertim Las Casas in opere citato, qui tamen plane honeste non processit, tum quia magis mutuavit quam ex eius Motoliníae citatione apparet, tum quia deliberate omisit quae in textu Motoliníae Indorum crudelitatem in sacrificiis humanis praesertim ostenderunt; cf. *The Cath. Hist. Rev.,* l. c., 496-97.

Contra Las Casas strenuum sed fanaticum Indorum defensorem Motolinía a. 1555 ad Carolum V litteras dedit, quas P. Sánchez suae editioni addidit, pp. 257-277: *Carta de Fray Toribio de Motolinía al emperador Carlos V.* Hoc scriptum est vera philippica in immoderatum et omni discretione carentem praelatum, cui negligere proprium gregem, non laborare in Indorum evangelizatione, indigenarum linguam non addiscere, sed *servis* (!) stipatum vitam itineribus consummare, se ita habere ac si ipse solus pro Indis quid posset, detractionibus Hispanorum inhiare et alia aperte obiicit. Cl. Editor p. XXXIII iudicium omnino sanum hac de re fert, quod receptum fuit nuper in *The Cath. Hist. Rev.,* l. c. 497: Calumniae, quae de Hispania per saecula circumferebantur fontem praecipuum habuerunt Las Casas, cuius libri totidem libelli diffamatorii vocari possunt; sed auctoritas eius in dies decrescit: certum est eos, qui methodum eius ad extrema semper tendentem non approbaverunt, pleniori causae cognitione et eodem vel maiore Indorum amore egisse.

P. Sánchez novam editionem celeberrimi operis P. Motiliníae docte accurateque denuo edendo de re litteraria, deque historia americana tum profana cum religiosa optime meritus est. Eius labore et studio librum inaestimabilis valoris modico pretio doctus quisque sibi poterit comparare.

2. Antonius Margil de Iesu, aiente Holzapfel, *Manuale historiae Ord. Frat. Min.,* Friburgi Brisgoviae 1909, 472, « viris memoratu dignissimis historiae ecclesiasticae americanae annumerandus est », et iudicante Marc. de Civetia, *Saggio di Bibliografia,* 603, « la sua vita apostolica fu una delle più splendide epopee, che trattata come si conviene... riuscirebbe un lavoro interessantissimo per ogni riguardo ». Quibus sententiis is certe assentiet, qui vitam venerabilis viri legerit, quam P. Sánchez magno cum amore et veritatis laudabili studio edidit.

Fontes ditissimos cl. A. prae manibus habuit ad hoc opus conscribendum, quos fontes enumerat describitque p. III-IX. Praeter opera vel opuscula typis edita, plura sunt manuscripta inedita, apud ipsum A., Guatemalae, uti litterae ipsius Venerabilis autographae et alia. Nonnisi eos fontes enumerat A., quos revera adhibuit et ad calcem uniuscuiusque capituli indicat. Deest ex. gr. *Diario del Viaje de los cinco Missioneros desde Queretaro hasta Guatemala,* por Fr. Pedro Urtiaga de la Orden de San Francisco, Obispo de Puerto Rico, Guatemala 1694, quod indicat Marc. da Civezza, *Saggio,* 603, qui tamen anceps haeret utrum de opere edito vel inedito agatur. Sed haec narratio in Chronicam Provinciae SS. Nominis Iesu de Guatemala (cf. supra sub n. 1) transiisse videtur. Habetur insuper Romae in Postulatione generali Ordinis Processus eius beatificationis, typis editus. P. G. M. Gusman demum edidit *Notizie della vita... di Fr. Antonio Margil di Gesù,* Roma 1836, pp. 216, in-8°. His quidem fontibus A. uti non potuit, quin tamen, uti mihi videtur, opus eius notabile detrimentum inde capiat.

In introductione A. specialem paragraphum inscripsit: *Nuevo Apóstol de Guatemala,* p. IX-X, qua amor singularis venerabilis viri erga hanc regionem ostenditur atque apud homines eius grata memoria.

Vitam servi Dei brevibus capitulis tractat A. iuxta ordinem naturalem eventuum. Sequimur itaque missionarium ab ortu eius Valentiae in Hispania die 20 aug. 1657, ad vestitionem eius franciscanam ibidem 22 apr. 1673 usque ad mortem Mexici 6 aug. 1726. Fata et gesta ita iucunde narrantur suntque tam diversi generis, ut non solum nullo taedio lectorem afficiant, sed econtra eum saepe summe delectent et insuper sublimium exemplo virtutum ad superiora facile alliciant.

Ne vero solum pietati sed et artis et methodi regulis satisfieret, optanda forsan dispositio parum diversa fuisset. Capitulorum enim divisio fieri potuit vel secundum materiam, ex. gr. Margil missionarius Indorum, colonorum, fundator Collegiorum, Superior, Asceta, Taumaturgus etc., vel secundum chronologiam, et ita vitam in singulas quasdam periodos distribuere facile evasisset. Quod si chronologice procedatur, in 8 capitulis cum opportunis subdivisionibus totum argumentum comprehendi posse mihi videtur.

1) Iuventus usque ad adventum ad Collegium in Queretaro, Mexico, 1657-1683. 2) Magnum iter apostolicum factum una cum socio P. Melchiore López in Yucatan, Guatemalam, Honduras, Nicaraguam, Costam Ricam, et demum iterum Guatemalam, ubi longius sedem fixit; in quam periodum plura eius conamina audacia ad Indorum, praeser-

tim tribus Talamancas in confinibus Costae Ricae et Panamae sedentium, conversionem obtinendam, incidunt (1684-1697). 3) Guardianus Collegii in Queretaro (1697-1700). 4) Regressus in civitatem Guatemalam ubi Collegium missionum fundat (1701), fitque (1702-1705) primus eiusdem Guardianus. 5) Fundat Collegium missionum in Zacatecas (Mexico), eius missio (1711) ad Indos in Siera Nayarit (1706-1713). 6) Apostolatus in Mexico septentrionali, Texas, Louisiana, ubi, Vicario Generali civitatis Mobile consentiente, et praesidiis gallis spiritualiter astitit, fundatio plurium stationum pro Indis partim destructis vel saltem derelictis ob dissidium politicum inter Hispanos et Gallos (1704-1725). 7) Guardianus Collegii in Zacatecas, missiones pro colonis hispanis (1722-1725). 8) Ultimi labores, mors Mexici, funeralia et gloria postuma.

Quoniam studium historiae Missionum ubique crescit, Index alphabeticus nominum et locorum in fine voluminis perutilis evasisset.

Vita venerabilis Margil anecdotis, ut vocant, iucundis atque dictis notabilibus turgescit, quibus ornari facile potest narratio, nec A. ea praetermisit. Prae ceteris notatu dignae sunt eius summa sui ipsius abnegatio, maxima in confratres et omnis generis homines charitas, alta hominum cognitio, prudentia non communis et simul absoluta in Deum fides. Vix credibile nobis nunc videtur venerabilem virum immensas illas et invias regiones, periculis insidiisque plenas, apostolico pede pluries peragrasse, absque ulla ciborum copia, et ferocibus indigenis inermem, solis breviario, baculo et cruce munitum, obviam factum esse.

Humilis de se aestimatio resplendet ex constanti eius usu proprio nomini in litteris subscribendis praemittendi: *la misma nada,* seu ipsum nihil. Cuius rei rationem reddere solebat: « Quid essent sancti angeli sine Deo? Nihil. Quid esset Maria sanctissima sine Deo? Nihil. Quid esset Christi humanitas sine Deo? Nihil. Profecto nos omnes sine Deo sumus nihil, nihil, nihil » (p. 129). Pulcherrimam regulam vitae sibi praefixit, cuius ecce textus (p. 89):

No te salgas de tu nada
Por más golpes que te den,
Niégate a todas las cosas,
Y tu mal será tu bien.
No te fies, no,
Mientras vives, Antonio,
Del mayor demonio
Llamado Don Yo.

Monasterium quoque seu religiosorum domum breviter descripsit (p. 62): *Cruz, palma y ciprés, monasterio es.* Cum semel in Capitulo de Guardiano eligendo interrogaretur: « Faciamus », inquit, « Guardianum, qui Iesum gubernare sinit » (p. 62).

Summam demum venerationem habuit sanctus vir ergo Passionem Christi, quam et in aliis promovit. In sola regione Guatemalensi ultra 2500 *vias crucis* erexit, ita ut in hoc ipsum Leonardum de Portu Mauritio superaret (p. 133).

Scripta vix reliquit venerabilis Margil, nisi epistolas, quarum quaedam (p. 22-28; 122-126; 134-136) velut memorialia de Indis efformant, et Constitutiones municipales Collegii Christi Crucifixi Guatemalae (cf. p. 127). In opusculo sub n. **4** infra descripto, p. 60, aliud eius opus commemoratur olim in bibliotheca Frat. Min. Guatemalae ms. asservatum: *Arte de la lengua Cholti.*

Cum talis esset Antonius Margil, qui insuper multa miraculose perpetravit, nihil mirum si vivens iam sanctus haberetur atque ceu alter Franciscus Solanus. Sepultura eius in templo S. Francisco Mexici dicato, non luctus sed triumphus visus est. Litterae proinde hominum omnis conditionis et diversorum Ordinum religiosorum ad Sanctam Sedem datae sunt, supplicantes huius eximii missionarii beatificationem. Revera a. 1836 Gregorius XVI venerabilem eum declaravit, sed altarium honorem adhuc exspectat.

3. Grammatica haec indigenarum Guatemalensium linguae Cachiquel, cui affines sunt Kiché et Zutuhil (velut tres dialecti eiusdem linguae), ab Editore caute attribuitur cuidam P. Carol. Ios. Rosales, O. F. M., cum unicus codex in manibus Editoris habeat inscriptionem: *Fecho en este convento de la Assumpción de Tzololá, año de 1748. Para el uso del P. Predicador Jubilato Fr. Carlos Ioseph Rosales* (p. VIII). De indole et utilitate huius linguae, quam auctor quidam ob structuram simplicem *Volapük americanum,* alter pulcherrimam mundi linguam vocat, (p. V-VIII), de auctore (p. VIII-IX), de Missionariorum hispanorum laboribus huius generis (p. X-XII) disserit P. Sánchez.

Sed pars pretiosior introductionis est caput *Bibliografía Cachiquel-Quiché* (p. XIII-XXVII), ubi editor seriem eorum texit, qui in hac lingua vel de hac lingua scripserunt. Notavimus ultra 40 Fratres Minores, quorum aliqui plura opera conscripserunt, saepe inedita et non pauca penes ipsum editorem.

De grammatica nostrum non est hic disserere. Id tantum dicemus Editorem multis notis historicis et philolologicis ditasse textum originalem. Dum caret haec lingua litteris quibusdam latinis, habet ex alia parte suas quasdam proprias, quae inventae fuere a P. Francisco de la Parra, O. F. M., qui a. 1642 in Guatemalam advenerat (p. 1, n. 1). Item ex *Arte de la lengua metropolitana del Regno Cakchiquel o Guatemalico...*, quam P. Ildef. Jos. Flores, O. F. M., Guatemalae 1753 edidit, P. Sánchez p. 92-106 addidit *Paralelo de las lenguas Kiché Cakchiquel y Zutuhil,* quod, tacito nomine, Brasseur, *Gramática de la lengua Quiché,* Paris 1892, iam exspoliaverat. Demum p. 107-116 sequitur *Doctrina cristiana* in lingua Cachiquel cum versione hispanica.

4. Ne pereant, A. eas notitias de scriptoribus franciscanis Provinciae Guatemalae edit, quas pluribus annis collegit. Paucae sunt Ordinis seraphici Provinciae, inquit A. in praefatiuncula, quae tantam Scriptorum multitudinem tamque gloriosam habent ac Provincia SS. Nominis Iesu Guatemalae. Recenset A. 135 nomina, quibus si 16 anonymi addantur, numerus 151 attingitur. Sunt utique inter eos pauci III Ordinis Regularis atque alii etiam, qui Provinciae Guatemalae iuridice non

erant, sed relationes tantum ad eam habuerunt, quia tempus aliquod in eo territorio laboribus apostolicis vacabant, sic Andreas de Olmos, Escalona, Margil, Motolinía. Argumenta a scriptoribus tractata ut plurimum stricte cum laboribus apostolicis cohaerent. Sunt enim praecipue ascetica, homiletica, theologica, linguistica, Indorum defensoria et historica.

Methodum hanc tenet A. Imprimis paucis texit scriptoris vitam, deinde catalogum operum, demum fontes indicat. Quamvis grati simus A. propter opusculum etiam hac forma editum utile, optavissemus tamen maiorem curam in scriptorum operibus recensendis. Bibliographia, nisi *de visu* facta parum valet. Concedendum utique omnino est opus fuisse perarduum singula singulorum opera detegere, imo non paucis in casibus impossibile, cum saepe opera manuscripta remansissent ideo deperdita vel inaccessibilia, et ipae editiones saepe rarissimae. Non ergo sine multis impensis, itineribus et in maximis bibliothecis investigationibus tale opus perfici potuit.

Praeter opera accurate descripta utilissimum insuper esset argumenta librorum indicare et brevibus describere, quippe qui libri, cum saepe rarissimi, paucioribus studiosis patent. Nemo melius ac doctus P. Sánchez hanc Bibliothecam franciscanam Americae Centralis nobis dare posset.

Gratulamur ex corde R. P. Sánchez, qui non obstante ministerio apostolico, quod exercet, rei franciscanae americanae suis studiis tantum emolumentum affert simulque scientiam sano criterio promovet et confratribus laudabile rei litterariae exemplum praebet. Vivant sequentes!

P. Livarius Oliger, O. F. M.

1. **Coco, A. Primaldo,** O. F. M. — *Cenni storici di Sava (Provincia di Lecce).* — Lecce, Stab. Tip. Giurdignano, 1915. — In-8°, 494 pp. Illustr. (L. 5,00).
2. **Idem.** — *Cenni biografici del Beato Francesco da Durazzo Frate Minore il cui corpo si venera nella chiesa dei PP. Conventuali di Oria.* — Lecce, Stab. Tip. Giurdignano, 1915. — In-8°, 20 pp.
3. **Idem.** — *Il convento di S. Maria delle Grazie presso Galatone. Appunti e documenti.* — Lecce, Stab. Tip. Giurdignano, 1919. — In-8°, 129 pp. (L. 3,00).
4. **Idem.** — *Il santuario di S. Maria della Croce presso Francavilla Fontana. Appunti e documenti.* — Lecce, Stab. Tip. Giurdignano, 1920. — In-8°, 82 pp. (L. 2,50).

Il P. Primaldo Coco da più anni si è dedicato con amore e grande attività e con criteri moderni, allo studio della storia civile e religiosa della sua regione. Ha già illustrato, con parecchie monografie più o meno grandi e numerosi articoli inseriti in dotte riviste, antiche abbazie, diruti casali, santuari e piccole città. Quattro di tali pubblicazioni interessano direttamente o indirettamente l'Ordine Francescano e quindi

ci accingiamo a parlarne su questo periodico. La prima tratta della storia di Sava (prov. di Lecce); la seconda, la terza e la quarta illustrano rispettivamente il B. Francesco da Durazzo, O. F. M., il convento di S. Maria delle Grazie presso Galatone e il santuario di S. Maria della Croce presso Francavilla Fontana.

1. Per compilare quest'opera il ch. A. non ha risparmiato ricerche in biblioteche e in archivi pubblici e privati delle Puglie e della città di Napoli: ricerche che, se furono lunghe e laboriose, ebbero però il risultato di una ben riuscita e completa storia di Sava dalle sue origini sino ai nostri giorni. Ne diamo un breve schema onde il lettore ne comprenda tutta l'importanza, riserbandoci poi di parlare più diffusamente delle cose relative all'Ordine Francescano. La monografia si divide in tre parti: la prima (capp. I-VII, 1-55) tratta dei dintorni di Sava; la seconda (capp. I-XIX, 57-227) delle sue vicende civili; la terza (capp. I-IX, 229-293) delle sue vicende religiose. Seguono due interessanti appendici. Nella prima vengono pubblicati vari saggi di poesia savese e una novella parimente di Sava (pp. 300-311); si dà l'indice dei feudatari di Sava e dei suoi dintorni (pp. 313-17)); l'elenco delle vie (pp. 319-21), la serie cronologica degli arcipreti dal 1554 al 1914 (p. 323), e la serie cronologica dei sindaci della medesima città dal 1809 al 1914 (p. 325s.). La seconda contiene 30 documenti tutti inediti che vanno dal 1279 al 1881 (pp. 331-485). Un copioso indice analitico e bibliografico e dieci nitide illustrazioni fuori testo ornano il volume. Due capitoli interessano l'Ordine Minoritico: il XIX (pp. 217-227) della seconda parte, dove l'A. tratta degli scrittori e personaggi insigni di Sava; e il IX della terza parte (pp. 289-93), che è consacrato al convento di S. Francesco della stessa città.

Tra i personaggi savesi notiamo: il *P. Giambattista Spagnalo,* O. M. Conv., che fiorì sullo scorcio del sec. XVIII e sul principio del XIX. Insegnò per parecchi anni tra l'ammirazione dei dotti contemporanei scienze filosofiche e matematiche a Bologna nel collegio del suo Ordine (p. 217s.). Il *P. Federigo della Purificazione* Minorita della Provincia di S. Pasquale Baylon di Lecce, nato il 27 dic. 1836. Fu dottore in teologia e filosofia, che insegnò per lungo tempo, socio dell'accademia di S. Tommaso di Taranto, distinto predicatore e Provinciale. Morì a Taranto tra il compianto di tutti, il 1 magg. 1893. Quest'insigne Minorita pubblicò vari panegirici assai pregevoli (p. 220s.). Ci piace segnalare anche Agostino Mancarella valente poeta del sec. XVIII che scrisse due opere d'argomento francescano. La prima ha il titolo: *Vita del Beato Giuseppe da Copertino Sacerdote Minore Conventuale di S. Francesco in versi sestili di dieci sestili,* Lecce, Stamp. di Domenico Vivarito, 1754. In-8°, 186 pp. L'altra: *Poema Serafico sopra la vita del Serafico Patriarca S. Francesco d'Assisi, opera dedicata all' Eccellenza del Signor D. Michele Conte Pignatelli dei Signori Principi di Belmonte,* Lecce, ibid., 1751. In-16°, 353 pp. In quest'opera, al dire dell'A., rifulgono vena poetica, amore grande a S. Francesco e profonda conoscenza della storia francescana (p. 219s.).

Il convento di S. Francesco è di data molto recente (pp. 289-93). Verso la metà del sec. passato i savesi pensavano di costruire un convento francescano; nel 1859, essendo di passaggio per Sava il Rmo *P. Bernardino Trionfetti* da Montefranco, Ministro Generale dell' Ordine, saputo il pio desiderio dei cittadini, lo benedisse, l' incoraggiò e promise il suo appoggio; ma venuti i torbidi politici del 1860, per allora non se ne parlò più. Nel 1879 predicando a Sava il P. *Raffaele da Faggiano* della Prov. di S. Giuseppe di Lecce, col suo ardente zelo apostolico e specialmente coll' istituzione del Terz' Ordine, a cui ben presto s' ascrissero le famiglie più ragguardevoli della città, risvegliò nei savesi i più vivi sentimenti d'affetto verso i francescani e il desiderio d' averli tra loro.

Nel 1880 il Consiglio Comunale rendendosi interprete dei sentimenti dei cittadini, decretò di erigere una chiesa al Patriarca S. Francesco d' Assisi; la direzione ne fu affidata al P. *Federico della Purificazione* della Prov. di S. Pasquale Baylon di Lecce, del quale abbiamo sopra fatto cenno. La chiesa ultimata con alcune stanze attigue con instrumento del 19 sett. 1882 fu ceduta ai Minoriti della Prov. di S. Giuseppe. Venuta la divisione delle Provincie in Italia del 1911, il convento di Sava fu dato alla Prov. di S. Pasquale. Ora il convento, per opera specialmeute del P. *Damiano Venneri* e dello scrittore è divenuto uno dei più importanti di questa Provincia. In fine del capitolo è dato l'elenco dei superiori del convento.

Ponendo fine alla rassegna delle cose francescane contenute in questa interessante opera del P. Coco, notiamo con vero dispiacere, che alcune cose omesse in questo capitolo dall' A. (crediamo per brevità) diedero occasione ad una polemica tra lo scrittore e un padre della Prov. di S. Giuseppe. Non occorre dire quanto noi deploriamo simili polemiche, le quali non servono ad altro che a far perdere tempo, a far nascere malumori e ad accentuar dissidii se vi sono.

2. In quest'opuscoletto il chiaro A. pubblica la vitarella del B. *Francesco da Durazzo* scritta da Domenico Tommaso Albanese di Oria stimato scrittore di cose patrie della seconda metà del 600, desumendola dalla sua opera tuttora inedita: *Istoria cronologica della città di Oria*. A questa breve vita vengono premesse interessanti note bibliografiche sul B. Francesco (pp. 5-11). Alle quali sono d' aggiungersi la *Chronica 24 Generalium* (AF III, 498s.) e Mariano Fiorentino (*Compendium chronicarum:* AFH IV, 130; e in estratto, p. 113). Del B. Francesco gli antichi scrittori ci tramandarono scarse notizie. Sappiamo di sicuro ch'egli nacque a Durazzo e che fattosi Minorita visse per molti anni in Oria (prov. di Lecce), dove morì, secondo alcuni sul principio del sec. XIV, secondo altri nel sec. antecedente. Le sue ossa si custodiscono gelosamente nell'antica chiesa dei Conventuali di quella città, che si elesse il Beato a suo compatrono e ne celebra la festa con grande solennità e pompa la domenica *in albis*.

La vitarella occupa le pp. 13-17. L'autore nel compilarla ebbe sotto gli occhi un' orazione che l' arcidiacono Quinto Mario Corrado fece in

onore del Beato al popolo d'Oria circa l'anno 1570, della quale si servirono non poco per tessere la biografia del B. Francesco (sarebbe stato bene che ciò il nostro confratello avesse rilevato) anche il Wadding (*Additio* ad a. 1305 nn. 5-7: t. VI, 65-67) e i Bollandisti (*Acta Sanctorum*, die 17 maii: t. IV, 43ss.); e le cronache dell'Ordine.

In fine (p. 19s.) è aggiunto un inno composto in onore del Beato dal sac. Lorenzo Corrado d'Oria verso la metà del sec. XVII, che tuttora si canta nel giorno della festa.

Ora non dispiaccia all'egregio nostro confratello se gli facciamo qualche osservazione intorno a varie inesattezze o sviste che abbiamo riscontrate nel suo opuscoletto. A p. 5 l'A. scrive: « Il Wadding, annalista dell'Ordine seguito dal Gonzaga... »; ed è un bel caso di distrazione, mentre ognun sa, e l'A. meglio di noi, che è il Wadding († 1657) invece che deriva dal Gonzaga († 1620). Alla medesima pagina e seg. è riportato l'elogio che del B. Francesco tesse sotto il 17 magg. il *Martyrologium Franciscanum:* « Uriae in Apulia Beati Francisci Dirrachyni (*sic*) confessoris, pietate, charitate et zelo salutis animarum celebris ». Ora le parole « pietate... celebris » sono tributate dall'Arturo ad un altro Beato. Riferiamo i due passi: « Uriae in Apulia Beati Francisci Dyrrachini, Confessoris: qui mira abstinentia et signis inclitus fuit. Capriolae in Hethruria Beati Mariani Senensis, Confessoris: pietate, charitate et zelo salutis animarum celebris ». Alla nota 10 della pag. 8 l'A. riferisce molto scorrettamente le parole che il Tossignano dedica al B. Francesco; tra mende tipografiche, aggiunte ed omissioni, vi abbiamo notato una quindicina d'inesattezze. Così pure è poco corretto il testo dell'inno, come abbiamo potuto constatare confrontandolo con quello dato dai Bollandisti (Append. ad diem 16 maii: *Acta Sanctorum*, t. VII, 803). Non parliamo poi, per ragione di brevità, delle numerose mende di stampa e di alcune citazioni che sono o incomplete o del tutto errate.

3. Con la terza monografia l'A. ci dà una bella illustrazione del convento di Galatone. Nel primo cap. (pp. 9-18) si parla succitamente dell'origine e vicende di Galatone (prov. di Lecce). Vicino a questa graziosa cittadina in una via campestre sorgeva una cappellina dedicata a S. Maria delle Grazie molto venerata dal popolo. Nel 1590 il vescovo di Nardò, Fabio Fornari, vi eresse poco lontano una chiesa rurale, dove venne trasportata l'immagine della Madonna delle Grazie dell'antica cappellina, con un palazzo accanto. La chiesa fu consacrata nel 1711 (capp. II-III, 19-34). Il vescovo Tommaso Brancaccio nel 1673 chiamò a custodi della chiesa i Minori Alcantarini della Custodia di Napoli, che ne presero possesso il 30 nov. 1675 (cap. IV, 35-48) e vi aprirono il noviziato, prima sotto la direzione degli Alcantarini spagnoli del regno di Napoli, e dal 1702 in poi sotto quella degli Alcantarini italiani. Propagatisi gli Alcantarini nel napoletano in modo considerevole, nel 1742 vennero divisi nelle provincie di S. Pietro d'Alcantara di Napoli e di S. Pasquale Baylon di Lecce, e il convento di Galatone rimase definitivamente casa di noviziato per quest'ultima Provincia (cap. V, 49-57). Qui l'A. descrive diffusamente il suddetto noviziato.

Il cap. VI, 59-67 tratta delle vicende della chiesa e convento dal 1747 al 1860; il cap. VII, 69-75 del culto della Madonna delle Grazie in Galatone e nei suoi dintorni e dei vari ospizi eretti dai pii benefattori per ospitare i religiosi del convento di Galatone quando ivi si recavano ad esercitare il ministero sacerdotale. Bello e interessante è il cap. VIII, 76-92, dove l' A. passa in rassegna insigni religiosi che abitarono il convento di Galatone. Tra essi emerge il B. *Egidio M. di S. Giuseppe,* che oggi veneriamo sugli altari, appellato per antonomasia il Taumaturgo di Napoli, dove dimorò più di 50 anni operando strepitosi prodigi. Morì nel convento di S. Pasquale a Chiaia di questa città il 7 feb. 1812. L' A. riferisce il lungo elogio, un vero panegirico, che del Beato si fece nel Necrologio della Provincia e dà l' elenco dei biografi del medesimo Beato (pp. 80-85). Altro religioso degno di particolare memoria fu il P. *Primaldo della SS. Trinità* († 16 feb. 1854), che dimorò 40 anni a Galatone, venti come maestro dei novizi, il quale in tempi tanto calamitosi si dedicò con tutto l' animo all' educazione dei giovani anelanti all'Ordine Francescano e si studiò con la parola e con lettere (delle quali se ne conservano 38) a risvegliare tra i suoi confratelli lo spirito religioso. Dai saggi che ne dà l' A. le lettere ci sembrano bellissime (pp. 87-92).

Il convento venne soppresso nel 1866; ricuperato nel 1877, vi fu rimesso il noviziato nel 1885 (cap. IX, 93-101). Nel cap. X, 103-108 si parla dello stato attuale del convento e della festa della Madonna delle Grazie che ivi si celebra l' 8 settembre. Seguono quattro appendici (pp. 111-129). La prima (p. 111s.) contiene l'elenco dei Superiori del convento dal 1678 al 1919; la seconda (p. 113s.) la serie dei maestri dei novizi dalla fondazione della Provincia di S. Pasquale di Lecce (1742-1911); nella terza (pp. 115-126) vengono pubblicati otto documenti inediti: il primo del 1595 e l' ultimo del 1899; la quarta ha una novena in preparazione alla festa della Natività di Maria SS. (pp. 127-29).

Anche questa operetta dal lato tipografico lascia molto a desiderare: vedi ad esempio la pag. 77 che è rimasta completamente in bianco.

4. L' A. ha compilato il quarto opuscolo dietro quei pochi documenti che ha potuto rintracciare nell' Archivio di Stato di Napoli, nell' archivio arciv. di Brindisi e in quello capitolare di Francavilla Fontana e su le scarse notizie che tramandarano gli antichi scrittori locali. Non ostante la scarsezza dei documenti, la monografia è riuscita benino.

Le origini del santuario sono assai oscure. Presso Casalvetere esisteva un' antica cappellina con entro un affresco di stile bizantino rappresentante la Madonna col Bambino sulla sinistra e con una croce posteriormente aggiunta nella destra, donde il nome di S. Maria della Croce; la quale sembra fosse un avanzo d' un' antica chiesa di Casalvetere, o piuttosto della chiesa parrocchiale, poichè aveva annesso un beneficio, che, distrutta Casalvetere nella seconda metà del sec. XIV, fu goduto dall' arciprete della vicina Francavilla Fontana sino al 1565 (capp. I-II, 9-20).

Verso il 1555 Francesco Antonio di Ronzo di Francavilla Fontana, avendo ricuperata la vista per intercessione della Madonna della Croce, in riconoscenza di tanto beneficio eresse nell' antica cappellina una chiesa, e con testamento del 1572 lasciò agli eredi l' obbligo di costruire accanto alla medesima un convento pei Minori Osservanti, che entrarono ab abitarlo secondo il Gonzaga (*De origine Seraphicae Religionis,* Romae 1587, p. 407) il 24 genn. (*IX cal. feb.*) 1575 e non il primo feb. come scrive l' A. citando inesattamente il suddetto cronista (p. 25 nota 1). Così pure è inesatta nella medesima nota la citazione del Wadding, *Annales,* t. XIII, p. 471 n. 25, poichè ivi l' Annalista non parla dell' erezione del conv. di Francavilla Fontana, ma dell' erezione del convento di Francavilla al mare negli Abruzzi. Ne parla invece il suo continuatore, Stanislao Melchiorri, al t. XXI, p. 35 n. 91. Il convento per ordine di Clemente VIII nell' aprile del 1592 passò ai Minori Riformati. Notiamo però che il medesimo continuatore del Wadding (t. XXIII, p. 207 n. 58) pone tale passaggio all' anno 1595 (cap. III, 21-25). Nel cap. IV, 27-36 l' A. si occupa delle ulteriori vicende della chiesa e del convento dal 1600 al 1750; nei capp. V-VI, 37-55 descrive alcuni miracoli operati dalla Madonna della Croce, desumendoli da un manoscritto del 600, e la festa che se ne celebra con solennità e pompa la vigilia dell' Ascensione. Delle vicende della chiesa e del convento dal 1750 al 1850 non si sa quasi nulla. Nel 1855 il convento fu adibito a noviziato e nel 1866 vi si aprì uno studio che vi rimase pocó tempo, poichè i religiosi dovettero sgombrarlo il 1 gen. dell' anno seguente, in forza della legge di soppressione. Il convento fu riacquistato nel 1875 e venuta l' unione delle Provincie francescane di Lecce in virtù della bolla di Leone XIII, *Felicitate quadam* (1897), fu adibito nuovamente per lo studio di filosofia e teologia, venne restaurato ed ampliato e vi si eresse una grandiosa biblioteca (cap. VII, 57-67). Nell' appendice l' A. pubblica cinque documenti (1273-1616) inediti (pp. 71-77) e la novena alla Madonna della Croce (pp. 69-82).

Come il lettore vede, le monografie che abbiamo brevemente esaminate, sono di gran pregio per la storia civile e francescana delle Puglie. E se qua e là s' incontrano numerose mende, specialmente tipografiche (da noi solo in parte rilevate), esse non diminuiscono punto il loro valore intrinseco. Mentre ci rallegriamo sinceramente col nostro confratello di questi bei lavori, non manchiamo di raccomandargli di compilare in avvenire i suoi scritti meno frettolosamente, poichè riteniamo che i suddetti difetti non provengano da altro che da una certa fretta che l' A. ha nello scrivere. Attendiamo intanto con viva ansia l' opera ch' egli sta compilando: *I Francescani nel Salento,* vol. I (1217-1517).

P. Salvatore Tosti, O. F. M.

1. **Berlière, D. Ursmer,** O. S. B. — *Les évêques auxiliaires de Cambrai et de Tournai.* — Bruges et Lille, Desclée, De Brouwer et Cie 1905. — In-8o, x-178 pp.
2. **Idem.** — *Les évêques auxiliaires de Thérouane.* (Extrait de la *Revue Bénédictine,* T. XXIV, 1907, pp. 65-85). — Bruges, Desclée, De Brouwer et Cie 1907. — In-8o, 26 pp.
3. **Idem.** — *Les évêques auxiliaires de Liége.* — Bruges et Lille, Desclée, De Brouwer et Cie 1919. — In-8o, 200 pp.

Cette triple publication due à la plume du savant Bénédictin, ancien Conservateur en chef de la Bibliothèque royale de Bruxelles, est spécialement intéressante, au point de vue franciscain. Nous y relevons en effet, maintes données précieuses, méthodiquement présentées, concernant quantité de prélats, fils de S. François d'Assise. En rédigeant la nomenclature de ces prélats frères Mineurs, nous avons annoté tout ce qui se rapporte à l'histoire de l'Ordre en Belgique, en tâchant d'enrichir encore par de rares détails l'érudition très étendue de D. Berlière.

1. *a)* Franciscains devenus évêques auxiliaires de Cambrai.

(p. 51) ***François,*** d'après Wadding, ***Annal. Minorum,*** an. 1379, V, 318.

(p. 51). ***Jacques Bustin,*** évêque d'Asolo, exerça ses fonctions épiscopales en Belgique, comme suffragant de Cambrai en 1389, le 11 avril; plus tard, en 1394 et 1395 dans le diocèse de Tournai (voir plus bas p. 125).

(p. 64-66). ***Nicolaus*** * * * évêque de Dagne, an. 1432, est clairement désigné comme appartenant à l'ordre de S. François, le 20 janvier 1419. Martin V l'autorise à recevoir des bénéfices « ut asseris, de episcopalis mense Dagnensis fructibus, redditibus ac proventibus nihil percipis, ***ordinisque fratrum Minorum professor existis*** (p. 66).

(p. 67-71). ***Jean de Bousies,*** évêque de Dschebail (1437-1475), bachelier en Théologie, sacré le 28 juillet 1438, d'abord suffragant de Cambrai et en 1450 de Thérouane. Ne connaissant pas la langue flamande, Jean de Bousies demanda de pouvoir échanger sa pension de 32 livres tournois sur une portion de l'église de Langemarck. L'échange eut lieu avec réserve d'une pension annuelle de 40 livres tournois.

(p. 71-73). ***Hugues Tournet,*** natif de Cambrai, évêque de Dagne, (1433-1456). Il consacra l'église des frères Mineurs d'Ath, le 2 juin 1449. Ms. des archives de la Province Belge O. F. M.: ***Ortus et progressus,*** P. II. p. 13, publié en partie dans les ***Acta Ordinis Fratrum Minorum,*** Quaracchi 1899, XXVIII, p. 49.

(p. 73-75). ***Pierre de Landris,*** maître en Théologie, évêque de Dagne (1440-1442). Il exerça ses fonctions à l'abbaye des Prémontrés à Roeulx, le 2 juillet 1441; au couvent des Augustins à Enghien, le 31 octobre 1442, et à la Chartreuse d'Hérinnes prés d'Enghien le 3 novembre de la même année.

(p. 104). ***François Pétrart,*** évêque de Chalcédoine (1587-1592). Ancien Gardien du couvent de Douai; Ministre provincial d'Artois; nommé

évêque de Chalcédoine et suffragant de Cambrai le 4 mars 1587. En 1593 il fut nommé Prieur du Val-des-Ecoliers à Mons. Il y mourut le 1 juin 1592, et fut enterré dans le chœur de cette église. La biographie fournie par le manuscrit du P. Deletenre f. 75 est trop belle pour l'omettre ici, en attendant la publication imminente de tout l'ouvrage: *Né aux environs de Condé, à Bernissart, dit-on, il fut confié de bonne heure aux Franciscains de Douai. Revêtu bientôt des livrées de S. François d'Assise, il développa les heureuses dispositions dont la nature l'avait orné, en vue de la prédication. Plus tard supérieur local à Douai il rebâtit le couvent devenu la proie d'un incendie en 1553. Le chapitre célébré à Douai le 27 janvier 1583, élut le P. Pétrart à la charge de Ministre provincial. Les qualités dont il fit preuve dans l'administration, et le zèle infatigable dans l'apostolat, le désignèrent à partager la charge pastorale de l'évêque de Tournai, dont il fut le suffragant durant cinq ans. Frappé d'apoplexie au milieu d'une séance solennelle des États du Hainant, le prélat expira à Mons le 1 juin 1592, et fut enterré au Val-des-Écoliers. Sa devise portait:* HAC, VIRTUTIS ITER.

(p. 105 Note.) *Louis Le Bel, de Moronval, né de parents nobles au château de Vierne, au diocèse de Beauvais, après ses cours d'humanités et de philosophie, entra en 1678 dans l'ordre des Franciscains de l'observance de la Province de S. Denis; il reçut l'habit au convent de S. Laurent à Paris, et prit le nom de Chérubin. A peine les années d'étude achevées, le jeune prêtre fut appelé successivement à l'office de Lecteur, de Gardien, de Définiteur et de Ministre provincial. Les supérieurs lui confièrent la visite canonique des Provinces de S. André et de S. Antoine; il assista aux chapitres généraux de Victoria en 1694 et de Rome en 1700, et revint de ce dernier avec le titre de Définiteur général. Louis XIV, le roi très-chrétien, le fit nommer évêque de Bethléem; le sacre eut lieu au couvent de S. Laurent par l'évêque de Toul le 4 février 1713. Entretemps le prélat avait usé de son autorité pour aplanir de graves difficultés dans la Province de Saint Bernardin.* (Voir P. Deletenre. loc. cit., p. 82).

(p. 155). *Jacques d'Ockenbroke*, alias *Octebrobe* (sic), O. F. M., fut nommé évêque de Sarepta (Syrie) le 14 novembre 1390, comme successeur du Dominicain Barthélemy. (Wadding, *Annal.*, IX, 101, n. 3).

* * * *Jaroslav,* O. F. M., suffragant de Prague, titulaire de Sarepta, nommé par Boniface IX. (Eubel, *Hierarchia*, I, 157).

b) Évêques auxiliaires de Tournai.

(p. 125). *Jacques Bustin,* évêque d'Asolo jadis suffragant de Cambrai (voir plus haut p. 51) consacre 5 autels dans l'abbaye de S. Nicolas-des-prés à Tournai. A sa requête, les *consoulx* de Tournai avaient décidé de le recommander au Pape. Il est encore cité dans leurs déliberations le 25 juillet 1395 *(Mém. de la soc. hist. de Tournai,* VII, 20 et XI, 187).

(p. 115-126), *Nicolas* * * *, évêque de * * *. L'A, se défie de la date 1402, fournie par Cousin (Libre IV. c. 36 pp. 184-185); il se demande si cet évêque *Nicolas* ne serait pas l'évêque de Dagne, signalé dans l'évêché de Cambrai en 1432, et qui était titulaire de ce siège dès le 29 novembre 1411. (Voir pp. 64-66).

(p. 129). *Jean de Montmartin,* évêque de Rose 1434-1436. Franciscain du Couvent de Tournai, confesseur du Comte de Ligny en Cambrésis et de Guyse, seigneur de Beaurevoir. Il fut nommé évêque de Rhotus en Cilicie le 1 septembre 1434, et sacré le 16 janvier 1435, dans l'abbaye de S. Aubert de Cambrai. Le dîner, qui suivit la cérémonie, eut lieu à l'hôtel de l'illustre pénitent, le comte de Ligny. Le nouveau prélat ne jouit pas longtemps de sa nouvelle dignité. Dès le 17 octobre 1436, on voit figurer son successeur Denis Stephani, suffragant de Liége.

(p. 129-133). *Nicolas Maes,* (Thomasii) évêque de Sarepta (1437-1448). Frère Mineur du couvent de Gand, bachelier en Théologie, remplaça sur le siège de Sarepta, dès le 24 juillet 1436, le franciscain Jacques de Varennes, suffragant de Metz, qui mourut le 10 novembre suivant. Le 24 avril 1440, Nicolas Maes consacra en l'honneur de la T. S. Vierge la chapelle du monastère des *Clarisses* (Urbanistes) établies d'abord à *Gendbrugge-lez-Gand* dans le *Guldemeersch* (c. à. d. *Pré-de-la-Gilde,* traduit plus tard par les révolutionnaires: *Pré-d'amour*), ensuite transférées à la porte S. Liévin à Gand (132). Le 30 juillet 1445, il consacra la chapelle de Staelyser à Bruges, des frères Bogards, Tertiaires de S. François. Il mourut le 2 jullet 1448 et fut enterré dans le couvent des frères Mineurs à Bruges. Autour de la biographie de Nicolas Maes, il régna, de tout temps une étrange confusion. A titre de curiosité, citons le passage d'un manuscrit du XVIIe scècle, en voie de publication, où l'on lit les données incohérentes et contradictoires que voici: *Nicolaus Masius, episcopus Sareptanus, ecclesiae Tornacensis trium episcoporum suffraganeus; nam, ut ait Arnaldus Raissius Duacenus in Belgica Christiana* (fol. 267). — *Hic sub Haricurto* [1], *anno Dni 1429, quarto nonas quinctileas consecravit basilicam S. Amati Duaci, inque eius principe altari S. Hermetis, viri illustris et martyris reliquias condidit. Ita liber argenteus Amatensis manuscriptus. Sub Chevroto* [2] *vero pie et reverenter gloriosi Dei athletae Guthagoni reliquias in Oost-Kerka Burgo-Flandriae visitavit anno 1444, inquit Meyerus. Sub Filliardo* [3] *autem, anno Dni 1470, sexto idus Martias, Brugis ad Virginis portionem reliquiarum S. Bonifacii, primi Moguntinorum archiepiscopi, Germanorum apostoli, apostolicae Sedis Legati et Martyris, in novum feretrum transtulit, praesentibus sex abbatibus et multa nobilitate. — Ita praecitatus Meyerus, ad allegatum annum. De quo Sanderus, Flandria Illustrata, ad Conventum Brugensem, dicit, licet videatur errare in numeris anni obitus: « Ibidem in parte meridionali sepelitur R^mus^ D. Nicolaus Maes, ord. Minorum. S. Th. Doctor, episcopus Sareptanus ac suffraganeus Tornacensis. De eo Wadding, ad annum 1444, n. 62 ». — Supradicta non conveniunt cum Tabella, quae exstat Gandavi in conventu Minorum, in Camera charitatis, in qua depictus est episcopus, vir praestantis staturae et maiestatis, cum annulo in digitis, roqueto et bireto*

(1) Jean Haricourt, évêque de Tournai: 1433-1436. Gams, 251.
(2) Jean Chevrot, évêque de Tournai: 1437-22. IX, 1460. Gams, 251.
(3) Guill. Filastre, évêque de Tournai: 1460-21. VIII, 1473. Gams, 251.

antiquo more; cui adscripta sunt haec verba « R^mus P. Nicolaus Masius, episcopus Sareptanus, suffraganius Tornacensis, anno 1537, aetatis suae 50 ». Nisi intervenerit error in numeris, ponendo annum 1537 pro anno 1437, vel in cognomine, supponendo Nicolaum Masium, pro Nicolao Burello, qui vivebat episcopus Sareptanus, suffraganeus Tornacensis anno 1537. Sicut in eadem Camera intervenit error in effigie R^mi Iacobi Blasaei, quae alteri episcopo attribuitur, ut liquido patet ex aliis ipsius figuris, quae alibi saepius ad vivum referuntur; vel etiam fuerit Nicolaus de Campello episcopus Monanien. qui creatus fuit 1441, sepultus Tornaci anno 1459. Ruzelinus dicit templum divi Amati rursus consecratum per Nicolaum Sareptanum, episcopum Tornac. suffrag., quinta die iulii 1529. (Annal. Gallo-Flam., L. 10. f. 497. c.); quidquid sit, audivi a Reverendissimo P. nostro Marchantio (1), *hunc R^m P. Nicolaum Masium esse religiosum ex nostra antiqua Custodia Artesiae, quae erecta fuit in Provinciam Sancti Andreae anno 1558. Ponitur 27 octobris (mortilogii mei)* (2). Jusqu'ici P. Gaspar Deletenre dans son MS. fol. 64 (3). — Enfin, pour compléter le fouillis ajoutons l'épitaphe de Nicolas Maes d'après J. Foppens: Manuscrit de la Bibl. roy. Bruxell., 6055, p. 177: *Apud Minoritas Brugis, in choro ad partem meridionalem, in albo lapide exhibente figuram episcopi: « Hic jacet R^mus Pater in Christo P. et D. Nicolaus Maes, episcopus Sareptanus, et D. Tornac. in pontifical. vic. ordinarius Minorita, qui obiit anno M.CCCC.XXXX.VIII, mensis iulii die 2 ».*

(f. 135). En guise de complément au *curriculum vitae* de *Guillaume Vasoris*, O. S. D., évêque de Sarepta (1448-1475), ajoutons: Le 5 décembre 1466, il octroya une indulgence à gagner dans la chapelle du béguinage de S^e Agnès à Damme, (Original, Sceau disparu. Voir E. Vandenbussche, *Inventaire des archives de l'État à Bruges*, T. I, n. 416, p. 158). En 1475, il fit la dédicace de l'église des frères Mineurs de l'Observance, située à *Schepsdale à Bruges*. P. Étienne Deneef énonce ce fait dans les termes suivants: (pp. 35-36). « *Anno 1475 fuit dedicata ecclesia fratrum Minorum Observantium iuxta Brugas, ad viam de Sceepstalle, atque ex authenticis litteris constat dedicatam fuisse per Guilielmum, Episcopum Sareptanum* ». (*Tabula chronologica de origine et progressu Provinciae Comitatus Flandriae S. Ioseph, Fratrum Minorum Recollectorum, ac authenticis monumentis authore Fr. Stephano De Neef, S. Theol. Lect. Iubilato ac praefatae Provinciae ex-provinciali,* Ms. (4) apograph. Arch. Prov. Belg. II, c.).

---

(1) P. Pierre *Marchant*, † 11 novembre 1661, âgé de 76 ans, profès 60 ans.

(2) Cf. *Biographie nationale de Belg.*, T. XIII, col. 140-141.

(3) L'obituaire du couvent O. F. M. de Bruges ajoute que Maes légua à ses confrères tous les commentaires sur la Bible de Nicolas Lyra (v. 11 juillet).

(4) Cet ouvrage du P. Étienne Deneef est distinct de la *Tabula chronologica de Conventibus Fratrum Minorum et monialium eis subiectarum in Flandria ab anno 1544-1627; et in Provincia Comitatus Flandriae ab anno 1628-1742.* Ms. orig. Arch. Prov. Belge O. F. M.

(p. 137-141). *Gilles De Baerdemakere,* O. F. M., évêque de Sarepta (1476-1494). Gilles *Barbier* ou *Barbitonsoris,* frère Mineur, docteur en Théologie occupait la charge de *Custode* provincial de Flandre; il ne fut point *Ministre,* puisque la *Province de Flandre* (d'où naquit en 1628 la Province du *Comté* de Flandre) ne fut érigée qu'en 1523. Nommé au siège de Sarepta le 3 Avril 1476, il fut sacré à Bruges le 30 juin suivant. Le 7 juillet de la même année il assista à Mons à l'ouverture de la réunion des Supérieurs. Le 2 octobre 1478, il donna la bénédiction à un abbé du diocèse de Thérouane dans l'église des frères Mineurs de Bruges, assisté du prévôt de Loo et de l'abbé d'Eechoute. Le 31 août 1479, il consacra la chapelle de N. Dame-aux-Épines (O. L. Vrouw-ten-Doorn), couvent des sœurs du Tiers-Ordre franciscain à Eecloo; et à cette occasion la ville lui fit un présent de vin « ende hem was ghepresenteerd III cannen wyns van VIII grooten de stoop ». — Ajoutons qu'à la date du 13 mai 1481, le 3e dim. après Pâques, Gilles De Baerdemakere consacra l'église des sœurs Tertiaires franciscaines à Comines (Mémoires du P. Deletenre part. I, p. 71, Manuscrit en voie de publication). — Le 21 mai 1486, il consacra en l'honneur de Se Barbe l'église des frères Mineurs de Courtrai. (N. B. Contrairement à la note 3 de l'auteur, Deneef, dans la chronol. prov., cite le fait de la consécration par l'évêque de Sarepta, sans nommer Gilles ni Guillaume; pp. 42-43 de la copie Naessen. Archiv. Prov. Belg. II, c). — Le 17 avril 1491 il chanta la messe chez les Franciscains de Bruges. — En 1492 il bénit le cimetière des *sœurs* Tertiaires de S. François du couvent de la place « *den ouden Sack* » à Bruges. — La même année, il consacra la chapelle de Se Colette chez les Pauvres Claires à Gand, dans la rue d'or, dans la paroisse S. Jacques. Quant à la date du décès, fautive dans Sanderus, et dans les vulgarisateurs anciens et modernes [1] qui copièrent la *Flandria Illustrata,* I, 245, l'A. la ramène péremptoirement au 28 mars 1494, le Vendredi Saint, entre 4 et 5 h. du soir, à Lille où il s'était rendu pour conférer les ordres sacrés. Rombaut De Doppere, secrétaire du défunt, en est garant et fait le plus vif éloge de la piété et de la science du prélat défunt. Le corps de l'évêque de Sarepta fut transporté à Bruges et enterré le lundi de Pâques, 31 mars dans l'église des Franciscains. Le jeudi suivant, on y célébra ses obsèques solennelles, et la messe fut chantée par l'abbé de S. André. Jamais, dit De Doppere, on ne vit tant de monde à l'offrande. L'éloge du défunt fut prononcé par le P. Jean Quatemate. Les religieux Cellites, chez lesquels le convoi funèbre s'était d'abord arrêté, reçurent ses entrailles qu'ils déposèrent dans leur couvent. — La substitution de l'année 1514 à 1594 peut s'expliquer par une distraction de copiste,

---

(1) Le ms. anonyme *Syntagma Prov. Comitatus Fl.* p. 15. — P. Steph. Deneef, *Chronologia Prov.*, p. 45. — P. Adolf Van Puymbroeck, *Eenige bladzijden-klooster van Gent,* Gent, Hemelsoet, p. 74. — P. Pholian Naessen, *Franciscaansch Vlaanderen,* Mechelen, Dierix-Beke, 1896, p. 20. — P. Steph. Schoutens, *Martyrolog. Minoritico-Belg.* Hoogstratae, p. 54.

d'autant plus qu'un homonyme, religieux franciscain, se trouve catalogué sous le nom d'*Égide Baerdemakere*, mort au couvent de Bruges le 16 avril 1521. — Une distraction plus grave de Sanderus (*Flandria Illustr.*, II, 411 et III, 26) attribue la consécration de l'église franciscaine de Courtrai à GUILLAUME Bureau (lisez NICOLAS Bureau, suffragant de Tournai (1519-1551). Le P. Pholien Naessen de son côte applique le fait de la consécration en 1486 à l'église d'*Audenarde*! Voir *Franciscaansch Vlaanderen*, 20).

Nil patris attingens, urbem patriamque reliquit,
Hirsuto implicitus panno deserta petivit.
Noctes atque dies ieiuno corpore, pane
Convescens modico, orabat, paulumque quietis

(1) Aveva scritto *Etruriae*, che cancellò, facendovi sopra *Mevanie*.
(2) Prima scritto *volebat*.

Carpebat duro in saxo.
Notescere coepit
Fama viri extemplo: nequeunt in montibus urbes
Abscondi. Ut videant illum venere frequentes,
54v *Pars ut sanetur; tactu verboque fugabat*
Laetiferos morbos; humilis, facundus et aequus,
Mitis in alloquio cunctis, placideque fovebat
Afflictos, fugere illecebras mundique tenebras
Suadebat: « Grave certamen! Discrimina multa
Praesentis vitae paucorum est vincere virtus,
Per solum quoniam paritur victoria Christum.
Non ut terreni servi formidine poene
Coguntur Christo servire; cohactio nulla est,
Immo libertas vera est regnumque perenne.
Quippe iugum Christi suave est regnumque vocatur,
Nam charitate Deo et solo famulamur amore.
Hoc homines tantum noscunt sine labe fideles ».
Talia veridicus populis patriarcha canebat.
Haec facere incepit que post sermone docebat.
Franciscum multi, pompis saecloque relicto,
Pone sequebantur, celeres quodcumque monebat
Parebant iussis: crevit, mirabile visu!
Grex sanctus.
Mons est (cui nomen Avernia) celsus
Etruriae, arboribus proceris plenus et herbis,
In medio Italiae, quam despicit undique totam.
Francisco fuit haec statio gratissima sedes:
Numen inesse loco (1) *dicet quicumque videbit.*
Descissum esse ferunt montem sursum usque deorsum
Qua luce in Sion Christus crucifixus Iesus.
Scissura apparet saxi rupisque tremendae;
Et non immerito renovari (2) *passio Christi* (3)
Hic per Franciscum archetipon debebat Iesu: (4)
Noctes atque dies psalmis resonabat et hymnis.

---

(1) Segue cancellato *qui vid.* (2) Cancellato *renovanda hic.*

(3) In una lettera del maggio 1491 (Lazzari, App., 222-24), dando conto della sua visita a Camaldoli, alla Verna e a Vallombrosa, così descrive la Verna medesima: « Hinc me contuli ad Vernae arduum ac venerandum apicem, Seraphici Francisci sacrum domicilium. Illic diutinam moram contraxi, donec singula loca misteriorum tanti patriarchae lustrarem, quae solo aspectu mirabilis nobis devotionis incussere horrorem. Supra altissimum montem, qui totus est saxeus et praeter unum locum inaccessibilis, fagorum miranda proceritas, abietesque nonnullae visuntur, quae Francisci divini aetatem testantur. Iam sexaginta supra ducentos annos adhuc virentes perdurant. Verum non sinit me cuncta epistolarum brevitas explicare; plenius coram ex me omnia intelliges: quamquam, quem ad modum te non latet, visu magis quam auditu movemur ».

(4) In margine *Nota. Renovatio passionis Christi per Franciscum.*

Utque novam sobolem mirando crescere foetu
Vidit inops humilisque pater, divina precatus
Suffragia, accessit Romam; summusque Sacerdos
55r *A Domino monitus vidit, per somnia, Petri*
Ecclesiam Romae iam iam spectare ruinam,
Franciscumque suis humeris fulcire ruentem; (1)
Cuius ut aspectum congnovit, dogma probavit.
Haec humilis Fratrum perhibetur norma Minorum
Regula de sanctis paradisi fontibus orta;
Quam primi proceres Christi tenuere, secuntur.
Formula cattolicae merito est renovata salutis;
Mortales contemnit opes, contemnit honores,
Fallacis mundi fugitivaque gaudia saecli,
Candida paupertas et sobria vita docetur;
Cum Christo ut regnent, Crucifixi signa secuntur.
Vidit adhuc spirans Franciscus millia Fratrum
Multa per Italiam, et totum iam sparsa per orbem
Et constructa suo vidit sub nomine templa,
Fratribus aedificata suis coenobia multa,
Sed non precelsis ut nunc erecta columnis;
Sprevisset quoniam vir paupertatis amator
Regia ne Fratres habitarent tecta Minores:
Contemnit terram qui vult ascendere coelum.
Christicolis ubi fama viri diffudit odorem,
Decrevit natale Dei, Solymamque videre,
Quod premit infandi Maumettis perfidus error,
Docturus gentes, infusa ut luce tenebras
Et lethale nephas extirpet gratia Christi,
Aut fiat Domini lacerato corpore martyr.
Nec mora: metropolim Carras aulamque tyranni
Accedit, qui sit, qua causa accesserit illuc
Exponit, Christique fidem se morte probare
Asserit, ut coram fiat quodcumque periclum,
Pollicitus medium illesum transire per ignem,
55v *Ostendentque fidem Christi miracula veram.*
Accensamque pyram Francisco intrare volenti
Ostitit assensus procerum; regemque monebant
Si forte eventus fieret discrimen iniret,
Scinderet ambiguos populos discordia demens.
Non tamen inmunem Christi dimisit athletam,
Argentique sibi iussit dare pondus et auri.
Franciscus renuit: « Christo qui militat, inquit,
Mortales contemnit opes caelumque requirit ».

(1) Si tratta veramente della chiesa di S. Giovanni in Laterano, e non della chiesa di S. Pietro.

Obstupuit princeps; Franciscum ut numen adorans,
Firmavit legem: incolumis divinus ut Ordo
Per totum regnum Soldani habitaret ubique;
Qui prohiberet eos vel non conferret egenis
Praesidium et victum, mortem cuicumque minatus.
Nil postquam novit populis prodesse prophanis
Et se martyrio indignum, ne tempora perdat
Cum sotiis petiit Latium Thuscosque penates;
Confestimque suos longo post tempore Fratres
Congregat, et dulci inflamat charitatis amore:
« Vita brevis praesens, promissaque premia nobis
Maxima sunt, certa et sine fine, laborque pusillus.
Credite promissis; longe uberiora feretis.
Esse meos Fratres paupertas candida monstret,
Simplicitas prudens, charitas non ficta fidesque
Ambiguitate (1) *carens, humilis super omnia virtus*
Corde, ore et factis; procul esto superbia; laudes
Vitate humanas, operum quia fama bonorum
Plus aequo extollens, causa est plerumque ruinae.
Livoris ne vos alienae spicula laudis
Inficiant; alios meliores esse putetis,
Si non arguerint manifesta errata nephandos.
56r *Cattolicis est una fides, baptismus et unus;*
Rectores quamquam multi, Deus omnibus unus
Est pater; ast omnes vero cognomine Fratres
Relligio vocat ista Dei, foveantur amore
Fraterno sub veste alia quicumque fideles.
Orate assidue ne vos temptaptio prehendat;
Noctes atque dies circum nos excubat hostis.
Blandaque plus nocuit quam cum nos vexat Erynnis ».
His inflamabat Fratrum precordia dictis.
Inde per Etruriae fertur castella (2), *per urbes,*
Exortans populos veteres deponere culpas,
Pacifica[n]s rixas, lites et iurgia sedans
Flaminiae: quacumque ibat pater omnibus aequus
Inferni exponens poenas et praemia coeli,
Ostendens virtutis iter scelerumque ruinas,
Afflictos homines placido sermone levabat,
Sanabatque egros, mundi fugebat honores.
Foecit ut omnipotens Galilea per oppida Christus,
Emula cuius erat Francisci candida virtus.
Crescebat numerus Fratrum pene instar arenae,
Ut superet sacros cetus hic Ordo Minorum,
Vel si alios una Fratres collegeris omnes;

---

(1) Aveva cominciato il verso con *Sincera*, poi cancellato.
(2) Ms. *castilla*.

Solaque Relligio haec habitat secura per hostes
Et maumettanas discurrit tuta per urbes.
Omnia si narrem Sancti miracula, tempus
Deficeret. Iam nota volant, at pauca repandam.
Non procul urbe rapax lupus excurrebat, ovesque
Custodesque ipsos, vitulos asinosque vorabat.
Longius a muris homines prodire timebant,
Et venatores vertebant terga timore (1).
Ut res innotuit Francisco tendit ad illum
f. 56v *Secutusque* (2) *lupum manibus permulcet et inquit:*
« Ne noceas posthac ulli, sis mitis ut agnus ».
Paruit extemplo; posita feritate subibat
Castella et villas, mitique alimenta dabantur.
Blandus erat cunctis, ovium custodia solers
Factus erat, meritoque illis gratissimus hospes.
Nec minus hoc signo volucres, mirabile visu!
Attentae in ramis Sancti venerabile verbum
Cum turba in prato stante audivere silentes,
Et post, more suo, reddebant gucture grates
Certatim; iussae foecere silentia rostris (3).
Nec mirum; quicumque Deo parebit in omni,
Omnia parebunt ad nutum animantia Sancto.
Ad solitum montem (cui nomen Avernia) venit,
Oravitque Deum Crucifixi incensus amore.
Ipse suis poenas in membris gustet Iesu
Et manifesta suum deportet stigmata corpus,
Saepius oravit; tandem de nube corusca
Vox audita Dei Seraphinque apparuit ignis:
« Cor, Francisce, tuum converte manusque pedesque;
Accipe quae nostri et tibi sint munimenta doloris (4),
Quaeque foris possis ostendere pignus amoris,
Ut post seraphicis coeli dignere triumphis,
Archetyponque meae, Francisce, vocabere vitae.
O ter foelices normae praecepta secuti
Sancta tuae! coelo tecum sine fine fruentur ».
Talia dum Seraphin divina voce referret,
Nox erat, et radiis splendebat Avernia totus.
Hoc Fratres multi et pariter videre viantes:
Eminus ardebat stellato lumine vertex.
f. 57r *Et quamvis ferret tormenta optata libenter,*
Coelabat tamen et paucis constare volebat.
Nec poterat pedibus solitas peragrare per oras;
Tingebat plantae effossae vestigia sanguis,
Fasciolis quamvis tegeret sacra vulnera, ne quis

---

(1) Messo poi subito anche *pavore*. (2) In margine: *Miraculum lupi*.
(3) E subito dopo *linguis*. (4) In margine: *Stigmata*.

Advertat causam. Per binos pertulit annos,
Ut martyr possit Crucifixi iure vocari.
Quarta dies octobris erat, cum fulgida lampas
Francisci linquens terram migravit in altum (1)
Empyreum, procerum coeli comitante senatu;
Angelicique chori, Seraphin Cherubinque Thronique
Ante triumphalem currum venere canentes:
« Ingredere, o felix civis sublimis olympi,
Et tua seraphicas meruit victoria sedes ».

Clara Virgo.

At non Clara soror celebranda est laude minori.
Foeminei sexus reparatrix, fama decusque
Est mendicantum: docuit quae spernere saecli
Divitias, super omnes paupertatis amatrix,
Freta Deo vetuit ne quid coenobia servent;
Non solum proprium, sed ne comune tenerent.
Paupertatis amor sincerus respuit omnes
Affectus terrae, tantum coelestia quaerit.
Antistes summus decreto predia sanxit,
Ut sua pro victu retineret Regula Clarae.
Non tamen assensit; Christo confidere malle
Quam se presidio mortali credere, dixit.
De coelo Hisraelem deserta per invia pavit
Manna Dei, populus quamvis incredulus esset.
f. 57v *Et* (2) *merito Clara ostendit miracula: panem*
Qui reliquus fuit (urgebat penuria Thuscos)
In quinquaginta bucellis scindier unum
(Tot fuerant Monacae, cuiquam dare frustula mandat)
Dimidium panis, non haec fuit integra quadra;
Multiplicata Ceres saturas sic reddidit omnes,
Ut de relliquiis cophinos fragmenta replerent
Bis senos. (3)
Summus, procerum comitante senatu
Cardineo, Antistes visit coenobia Clarae.
Audierat vitam sanctam et miracula crebra.
Cumque super mensam cerealia munera panes
Poneret, ut summus benediceret ista Sacerdos,
Noluit et iussit Clarae ut benediceret illos. (4)
Tunc parens, invita licet, verboque manuque
Signavit crucis in morem: mirabile visu!

---

(1) In margine: *Mors S. Francisci.*
(2) In margine: *Miraculum S. Clarae: uno pane satiavit L monacas.*
(3) Segue cancellato: *Summus benediceret ore.*
(4) In margine: *Miraculum S. Clare.*

Impresse accepere crucis signacula panes.
His (1) *sunt ad multos usi medicamine morbos.*
Non germana fuit Francisci sanguine Clara;
Absisium ambobus sub eodem tempore sedes
Est patria, et morum simili probitate voluntas
Extitit, ut merito Sancti germana vocetur;
Norma pudicitiae, charitatis formula clara,
Paupertatis honor, non vi sed sponte receptae.
Dives erat, propter Christum concessit egenis
Divitias. ut opes maiores servet in alto.
Ortulana parens, quamquam ditissima, postquam
Decessit coniux, pompis saecloque relicto,
Non puduit iussis natae parere ministrae:
In sacro claustro sub relligione recessit.
Rexit et Agnetem monialem Clara sororem.
Vixit ad extremum mirandis utraque signis.
f. 58r *More triumphantum psalmis resonabat et hymnis*
Aether et ardebat numerosa lampade limes.
Postquam obitus Clare innotuit, velut agmine facto
Liquere Assisium cives (migrare putasses)
Et flentes raptim Clarae ad cenobia currunt,
Et clamant matrem extinctam et solamen eorum:
Illa salus patriae fuit et tutela ruentis.
Hec ubi presensit Perusina ex urbe propinqua
Antistes summus subito properavit et ordo
Cardineus (2), *sanctae ut celebrarent funera Clarae.*
Certatim laudes tot congessere, Sacerdos (3)
Ut sumus psalmos hilares et carmina leta
Non defunctorum cantari iusserit illi,
Ni pater Hostensis, quo non prestantior alter
Doctrina fuerat, qui primus in ordine primo,
Pontificem monuit: « Non rite in funere mos est (4);
Etsi sancta foret, tamen expectanda senatus
Ante sui et cleri sententia rite peracta ».
Cardinei proceres sed portavere pheretrum.
Praecedens letum fundebat tibia cantum,
Perflabantque tubae per iter clangore sonoro;
Qualis (5) *devinctis intravit Scipio Poenis,*
Aurato in curru celsae Capitolia Romae.
Non illud funus, sed dixeris esse triumphum (6).

---

(1) Subito avanti nel margine *hoc*.
(2) La Corte papale era invece già in Assisi.
(3) In margine: *Pontifex summus;* più sotto: *Hostiensis.*
(4) Il testo *mors est.* — In margine: *Nota. In morte S. Clarae. Foelicissimus obitus S. Clare;* più sotto: *Tibicenes et tubicenes cantabant in funere S. Clarae.*
(5) In margine: *Comparatio.* (6) In margine: *Triumphus et non funus.*

Exanime in terra tanto si corpus honore
Antistes coluit romanaque Curia presens,
Quo Deus omnipotens animam suscepit honore,
Cum stipante choro angelico penetravit olympum?
Pone sequebantur moesti longo ordine cives,
Comunemque omnes tanquam flevere parentem.
Tam foelix obitus Sancto non contigit ulli,
Quod norim. Fulsit vivens et mortua signis
Innumeris.
Alter vix post successerat annus,
f. 58v *Sanctarum in numero decreto Clara recepta est*
Et propagatus totum sacer Ordo per orbem,
Extemplo crevit Clarae cognomen adeptus,
Claruit et fulsit coelestis syderis instar.
Haec mendicantis muliebris foemina sexus
Dogma salutiferum instituit claustroque reclusit,
Ut parcum manibus paupertas candida victum
Quaereret: est quoniam modicis mens sobria rebus
Contenta, et supplet Deus in discrimine magno,
Dummodo vera fides et sit mens criminis expers.
Salve (1), *sponsa Dei, decus immortale pudoris;*
Salve, Clara, meae spes et tutela salutis,
Presidium certum; intonuit si quando procella,
Stella (2) *laboranti fulgens succurre Verino.*

Finis.

P. Zeffirino Lazzeri, O. F. M.

De fr. Philippo Longo anno 1244 omnium Clarissarum Visitatore atque de initio monasteriorum Volaterrarum et Castri Florentini. — I. Quae de fratre Philippo Longo ut Visitatore Dominarum S. Damiani dici poterant, in hoc AFH V, 1912, 418-20, 444, invenies; ex documento autem quod edituri sumus, officium suum Visitatoris perdurasse patet usque saltem ad annum 1244, dum ad an. 1236 hucusque perduci poterat. Ad eius vitam quod attinet, ex Processu S. Clarae alias apparebit magnam consuetudinem habuisse cum monasterio et Monialibus S. Damiani ab ipsis primordiis, necnon mortem certo iam subiisse mense novembri 1255.

Sed in nostro documento novo titulo ipse se nominat, idest non tantum *visitator et corrector,* sed primo loco *ordinator,* ex quo dictum Fratris Mariani (AFH XI, 271), constitutiones quasdam pro dicto Ordine fratrem Philippum confecisse, fulcimentum novum accipit.

Cum dicat insuper se a Sede apostolica tali in officio constitutum, litteras Cardinalis Hostiensis certo innuit, quibus *de speciali mandato*

(1) Nel margine: *Salutatio.*
(2) In margine: *Deprecatio.*

Summi Pontificis, anno 1228 in gubernatione Monialium fratri Pacifico substituebatur (¹).

Documentum ex archivio monasterii S. Clarae Volaterrarum primo exscripsit Ant. Philippus Giachi, qui iam anno 1796 eius summarium ediderat; at documentum ipsum ineditum remansit usque ad an. 1887, quum in secunda editione eius operis pars quoque documentorum a Giachi utique iam paratorum minime tamen editorum, publici iuris facta est (²). En hic documentum.

In Dei nomine, amen. Anno ab eius incarnatione 1244, ind. II.

Notius appareat quod fr. Philippus Ordinis fratrum Minorum, ordinator, visitator et corrector constitutus ab apostolica Sede monasteriorum omnium et Monacarum Ordinis S. Damiani, videns et considerans monasterium a paucis retro temporibus Vulterre noviter edificatum a Barone quondam Simonis de Vulterris, in loco qui dicitur Leonaia, pastore sive Abbatissa omnino carere, et volens ipsum monasterium informare seu reformare Abbatissa et domina correctrice et Monacabus Sororibus et collegio; elegit et mandavit ibi esse pro Abbatissa et domina sive rectrice dominam Umeliam Monacam et Sororem prefati Ordinis S. Damiani et Abbatissam monasterii S. Marie de Marca Castri Florentini, ad honorem Domini et B. V. Marie et domini Pape et domini Episcopi Hostiensis et totius Ordinis S. Damiani et fratrum Minorum, et ad honorem Sancte Agnetis, cuius honore dicitur monasterium predictum de Vulterris constructum; investiendo predictam dominam Humeliam de dicto monasterio de Vulterris et eius administratione et primatu seu Abbatissatu, et dando eidem plenam et liberam potestatem administrandi et apprehendendi, per se vel per suum procuratorem, bona ipsius monasterii et possessiones eiusdem sive bona eius omnia et singula, [et] ulterius faciendi in ipsis et pro ipsis et pro ipso monasterio, que vera Abbatissa vel priorissa vel rectrix et gubernatrix cum Monialibus vel collegio suo, in monasterio vel monasteriis aliquibus facere potest vel consuevit, administrando, alienando et omnia et singula faciendo et administrando.

Et nolens monasterium prefatum S. Agnetis de Vulterris fore sine collegio, dedit et concessit prefate domine Umelie Abbatisse prefati monasterii S. Agnetis, seu ipsi monasterio, dominam Marinam et dominam Catharinam Monachas et Sorores prefati Ordinis pro Sororibus et Monacabus et collegio dicti monasterii S. Agnetis, precipiendo eisdem in virtute obedientie, ut dictam dominam Umeliam habeant et teneant pro domina et Abbatissa prefati monasterii S. Agnetis, et obediant ei in

(¹) AFH V, 445-6.

(²) Cfr. *Saggio di ricerche storiche sopra la storia antica e moderna di Volterra dalla sua origine fino ai tempi nostri, Opera del Sacerdote Anton Filippo Giachi. — Seconda edizione corredata di molti documenti che rimasero inediti nella prima.* — Tipografia Sborgi, Firenze-Volterra-Cecina 1887, pag. 103-04. Haec editio rarissima est, nec invenitur in publicis Bibliothecis Florentinis. Textum, non sine mendis vel transumptum vel editum, ut in editione iacet recudimus.

omnibus et per omnia tanquam domine et Abbatisse, et moram ibi faciant secundum eius voluntatem.

Insuper prefatus dominus fr. Philippus dedit et concessit predicte domine Umelie Abbatisse dicti monasterii S. Agnetis plenam et liberam potestatem ampliandi collegium et numerum Monacharum et Sororum suarum et dicti monasterii S. Agnetis de Vulterris, et in quantum voluerit; et ducendi secum et ponendi ibi quot et quales Monacas vel Sorores voluerit, et ibi tenendi, et cum iisdem moram faciendi.

Et predicta omnia et singula facta sunt a dicto fr. Philippo in ecclesia seu monasterio S. Marie de Marcha Castri Florentini, existentibus ibi prefata domina Abbatissa et Sororibus sibi datis et aliis Sororibus et Fratribus pluribus, et coram fr. Piero, fr. Tommasino, fr. Bonaffine de Ordine Minorum fratrum, Iacopino filio Attavantis et aliis pluribus testibus ad hoc vocatis.

Ego Beneventus (1) *notarius predictis omnibus dum agerentur interfui, et ea omnia mandato prefati domini fr. Philippi scripsi et publicavi.*

2. Ad monasterium igitur Volaterrarum quod attinet, cum anno 1244 *a paucis retro temporibus... noviter edificatum* dicatur, probabiliter inter 1240-44 eius fundatio poni debet. *Umelia* tamen Abbatissa Sororesque *Marina* et *Catarina* monasterii Castri Florentini tunc Volaterras non adierunt, ut ex Bulla Innocentii IV diei 27 iunii 1254, ad eandam *Umeliam,* alias *Omeliam* seu etiam *Emiliam,* hoc quoque tempore Abbatissam Castri Florentini, apparet; siquidem, parentes Baronis donationi se opposuerant domumque ipsam invaserant (2). Interim vero Cardinalis Hostiensis, ut ex eadem Bulla eruitur, officia sua interposuerat, ut per transactionem ad pacem deveniretur, quod et Papa suadet. Et reapse, paucis diebus antequam Bulla expediretur, pax effecta erat, nam die 22 eiusdem mensis iunii 1254, Rainerius Episcopus electus Volaterrarum, cum intellexisset quod ibidem *quaedam domus... pro monasterio sit constructa* — quae utique eadem videtur ac domus a Simone aedificata, — concedit eidem Monialibusque in ea habitantibus, solitas exemtiones et immunitates, postea ab Alexandro IV, Cardinali iam Hostiensi, die 12 iunii 1256 denuo confirmatas (3). Fundationem denique quod respicit monasterii Castri Florentini, *S. Mariae de Marca* dicti. documentum nostrum omnium primum est illud commemorans; verum patet iam ante an. 1244 extitisse, historicique locales ipsum circa an. 1230, in loco ubi primo S. Franciscus ibidem moratus est, fundatum volunt (4).

(1) Forsitan Benvenutus; cf. AFH III, 664.

(2) Cf. *Bull. Franc.* I, 738; Eubel, *Epitome,* num. 718.

(3) *Bull. Franc.* II, 134-36. — Monasterium hoc supervixit usque ad annum 1474, quando bellorum causa dirutum, Pontifex Sistus IV transtulit Moniales ad aliud Santucciarum Monasterium S. Ioannis in Orticasso, postea S. Ioannis et S. Clarae et denique solummodo S. Clarae dictum (Cf. Giachi, op. cit., pagg. 310-11, 604-5), sub quo nomine usque ad Napoleonicam suppressionem floruit.

(4) Cf. nostrum *I tre Ordini Francescani a Castelfiorentino nel secolo XIII,* apud *Ricordo della consacrazione di Sua Eccellenza Reverendissima Mons. Ippo-*

Coronidis gratia adnotamus, *Umeliam* simul fuisse Abbatissam monasterii Castri Florentini et Volaterrarum, id quod aliis exemplis historiae secundi Ordinis confirmatur, inter quae notabile illud S. Clarae, quae anno 1224, monasterio de Monticellis ad Florentiam *nunc praeesse videtur* (1), et quod fr. *Philippus* in suo instrumento praevidet, cum dicit Volaterris Umeliam totam auctoritatem habere, quam vera Abbatissa habet « in monasterio *vel monasteriis aliquibus* ».

P. Zephyrinus Lazzeri, O. F. M.

A propos de Sicco Polentone, biographe de S. Antoine. — Sicco Polentone (2), chancelier de Padoue en 1413, rédigea vingt ans plus tard, à l'adresse de son fils Modeste, une vie de Saint Antoine. Selon qu'il s'en explique dans la préface, des miracles éclatants opérés en 1433 lui fournirent l'occasion de prendre la plume. Bien qu'ils fussent l'objet premier de son travail, il voulut, et avec raison, les faire précéder d'une esquisse biographique aussi précise qu'élégante (3). Sa valeur évidemment ne saurait dépasser, l'égala-t-elle, celle de la légende du MS. 74 de Padoue qu'elle suit pas à pas (4) non sans enjolivements d'un style Renaissance marqué, ni celle beaucoup moindre de la légende *Benignitas* où l'auteur puise à larges mains.

Parmi les faits merveilleux qui y sont rapportés il en est un, le seul dont on n'a pas encore trouvé la trace dans les écrivains antérieurs, que, pour cette raison, d'aucuns rejettent comme apocryphe, lui donnant parfois une explication ingénieuse, sinon hardie (5). Nous n'avons cure ici du récit passablement transformé qu'on en peut lire dans l'un des sermons (6) du B. Ange de Chivasso († 1495). Voici seulement celui de Polentone: il y raconte la réconciliation d'une pavre mère et de son mari que la naissance d'un fils avait brouillés.

Alteram [*mulierem*] *Ferrariae suspicione maxima liberavit. Maritum namque, qui esset vir spectatus atque primarius, reconciliavit uxori; et quod longe fuit maius ac vere miraculum, quod puer infans paucos ante dies natus loqueretur ac sibi, ad quae Sanctus peteret, responderet, effecit. Inerat quidem marito tanta de uxore suspicio, quod natum sibi diebus*

---

lito Ulivelli dei Frati Minori Vescovo titolare di Ortosia e primo Vicario Apostolico del Gran Ciacco in Bolivia - XXVI ottobre MCMXIX. — Firenze, Ognissanti, pag. 13-15. — Monasterium hoc adhuc superest sub Regula vero S. Benedicti, quam accepit an. 1817, post eandem suppressionem.

(1) Cf. *Il Monastero di Piccarda*, Arezzo 1912, pag. 10, nota 5.

(2) U. Chevalier, *Bio-bibl.*, II, col. 3782.

(3) Quatre fois au moins, en 1476, 1653, 1757 et 1880, une partie ou toute cette œuvre a été éditée, et il n'est pas historien de S. Antoine qui ne l'ait exploitée. Azzoguidi en connut deux manuscrits conservés l'un à Ravenne, l'autre à Padoue. Cf. Horoy, *Bibl. patristica medii aevi*, VI, col. 453 sq.

(4) Et là-même où le texte primitif a subi des altérations profondes.

(5) L. de Kerval, *S. Antonii de Padua vitae duae*, p. 177; *L'évolution et le développement du merveilleux dans les légendes de S. Antoine de Padoue*, p. 53.

(6) Hilaire de Paris, *S. Antoine de Padoue, sa légende primitive*, p. 165.

proximis filium, quasi matre adultera ac semine alieno conceptum, neque tangere nec videre vellet. Puellum hunc sanctus Antonius inter manus accipiens: « Adiuro te, inquit ad puerum, per virtutem Iesu Christi, qui verus est Deus ac homo Maria de Virgine natus, ut audientibus cunctis nunc mihi respondeas ac dicas quisnam est pater tuus ». Tunc infantulus haudquaquam plexe, uti solent pueri, sed voce aperta quasi esset decennis, oculis patrem aspiciens, quod alligatas fasciculis manus haberet: « En, inquit, meus hic pater est ». Tunc Sanctus conversus ad patrem: « En, filium suscipe tuum, et quam habes pudicam ac de te optime meritam, ut debet quisque vir bonus, uxorem ama », dixit (1).

Plusieurs détails de cette narration la rendent suspecte. C'est d'abord le soin à noter qu'il s'agit non d' un personnage quelconque, mais d'un citoyen important, d'un homme ayant autorité, d'un *vir spectatus atque primarius,* appelé plus tard tout bonnement *dominus Ferrariae* (2); comme si le miracle eut été moins beau, semble-t-il, opéré en faveur de quelqu'un du peuple!

Puis on s'applique à avertir que l'enfant est tout nouvellement né, *diebus proximis, paucos ante dies:* on paraît croire que, s'il fut né depuis plusieurs mois, on enlèverait à la grandeur du miracle.

Les termes aussi *suspicio maxima,* veulent exprimer les dispositions du mari vis-à-vis de son épouse qui indiquent une timidité d'expression qui surprend: c'est d'ordinaire plus qu'un soupçon qui travaille le cœur d'un mari jaloux.

Outre que l'intervention *ex abrupto* du Saint choque en peu, l'on ne conçoit guère que celui-ci s'empare de l'enfant et le prenne entre ses bras, tant il est normal qu'un bébé de quinze jours reste entre les mains de sa mère ou de quelqu'un de la famille.

Sur la fin du récit, Saint Antoine interpelle maladroitement le père, comme si le père, à la vue d'un tel spectacle, eût eu besoin de stimulant. Oui, ainsi présenté, leur rôle à tous deux ne paraît pas des plus vraisemblables.

On note encore que l'enfant se fait comprendre de la voix et des yeux. Combien j'eusse aimé que ses petites mains aussi s'agitent, quoique emmaillotées, et qu'il montrât du doigt son père authentique! combien plus la démonstration eût été sans réplique pour tous! surtout que Dieu n'a pas l'habitude d'agir à moitié quand il lui plaît de manifester sa puissance.

Ce sont là des considérations qui rendent assez incroyable le récit de Polentone, déjà douteux, disions-nous, pour n'avoir aucun point d'attache dans les deux siècles écoulés depuis la date hypothétique du fait. Mais il est par ailleurs fort intéressant de le rapprocher d'une autre narration, bien vraie celle-là, dont S. Jean de Capistran est le héros et

---

(1) Siccus Polentonius, *Vita S. Antonii,* ap. Horoy, l. c., col. 484; Hilaire de Paris, l. c., p. 137.

(2) Ange de Chivasso, dans Hilaire de Paris, l. c., p. 165.

que nous devons à la plume de Nicolas de Fara, son intime compagnon de voyage. Il écrit en effet:

Plura narranda restarent. Nolo tamen casus oblivisci, qui inter duos coniuges hic contigit Viennae. Peperit uxor debito tempore prolem. Negat maritus hanc esse suam, ac obinde uxorem non solum durioribus increpat verbis, sed et illam magistratui ac consistorio adulteram denuntiat, petens ab illa separari. Longiori tempore delationis huiusmodi ventilabatur causa. Tandem singulari Dei providentia accidit hunc casum narrari beato patri, qui mox petiit coniugatos vocari coram officiali et civitatis iudice. Eo praesente, comparent omnes, etiam cum bimestri prole anxia uxor. Mandat Capistranus in virtute Altissimi infantulo, ut legitimum suum manifestet patrem. O mirum! proles a fasciis solvit manus, indigitat patrem ac, stupentibus singulis, clara voce ait: « Hic pater meus est, qui matrem meam adulterii ream accusavit ». Mirabundi haesitabant omnes. Maritus vero et coniux, mutuo sese amplexantes, pacifice ac in timore Domini residuam transegere vitam (1).

Voilà un récit très simple, fait sans aucune recherche de style et par un témoin oculaire. Flagrante est la similitude du cas avec celui que rapporte Polentone. Mais ici on ne trouve aucune de ces particularités qui choquent dans Polentone et appellent fatalement l'hésitation; tout au contraire, la phrase y est limpide, naturelle, pleine de simplicité et de sincérité: telle est bien la note caractéristique des récits de miracles consignés dans le Saint Évangile.

Or, ce miracle incontesté de S. Jean de Capistran est de 1451 comme la lettre de Nicolas de Fara qui nous le transmet, de 18 ans donc postérieur à la biographie antonienne de Polentone. Toutefois la similitude des prodiges existe ici et là de toute évidence, sans qu'il soit possible de la nier.

Cette similitude même de prodiges (2) nous rend plus exigeants vis-à-vis de Polentone. Aussi voudrais-je qu'il fût bien établi: 1° si son travail sur S. Antoine est vraiment de 1433; 2° s'il s'en conserve des MS. antérieurs à 1451; 3° si ces MS. contiennent le miracle des époux réconciliés. Vérifier ces trois conditions serait purement entourer son témoignage de garanties utiles, non encore cependant le déclarer absolument véridique.

Ceci étant, peut-être alors serait-il loisible de supposer que la conduite de S. Antoine a pu inspirer celle de S. Jean de Capistran qui avait à faire face à une situation simulaire. A chacun de proposer son hypothèse, s'il lui plaît.

P. Ferdinand M. Delorme, O. F. M.

---

(1) Nicolas de Fara, *Epistola ad Fr. Ludovicum Senensem* (Vienne, 24 juillet 1451), dans *Anal. Francisc.*, I, p. 54. Cf. Wadding. ad a. 1451, n. 13.

(2) Est-il besoin de redire qu'une telle similitude n'est point en elle-même un argument de non authenticité? Des miracles identiques ont été maintes fois opérés, en des circonstances à peu près analogues, par plusieurs saints personnages, voire par le même.

Litterae confraternitatis a Gundisalvo de Vallebona a. 1307 et Michaele de Caesena a. 1321 Societati Disciplinantium Senensi concessae. — In libro dudum edito a L. De Angelis, cui titulus: *Capitoli dei Disciplinati della venerabile Compagnia della Madonna... della scala di Siena...*, Siena 1818, in 8°, plura privilegia eidem Societati inde ab anno 1298 usque ad a. 1816 concessa typis eduntur, p. 72-113 (1). Praeter litteras confraternitatis a Magistris Generalibus Ord. Praed. Hervaeo (1321) et Barnaba (1325) ac a Guillielmo Priore Generali Eremitarum S. Augustini (1326) aliisque posterioribus concessas, habentur (p. 76-77 et 77-78) binae litterae eiusdem generis fr. Gundisalvi de Vallebona Min. Gen. Ord. Min. 1304-1313 et fr. Michaelis de Caesena Min. Gen. 1316-1328, quae quidem documenta cum hucusque nostros latuerint, hic reproducere liceat.

Fr. Gundisalvus (2) litteras suas dedit Tolosae die 27 mai. a. 1307, igitur eo anno, quo ibidem Generale Capitulum habitum est ad Pentecosten, quod festum illo anno in diem 14 maii incidit. Cum non dicatur documentum in Capitulo Generali emanatum esse, veri simile videtur ipsum Capitulum die 27 maii absolutum iam fuisse.

Diploma Michaelis de Caesena datum est Senis die 26 oct. 1321. Quaenam causa Ministrum generalem eo tempore Senas adduxerit, ignoramus, nec recens eius biographia ullam hac in re solutionem affert (3). Regebat tunc Minister generalis Communitatem Ordinis pacifice, sed heu! iam imminebat dura pugna, cum illo ipso anno controversia de Christi paupertate inceperit. Haec ad Curiam Avenionensem Michaelem adduxit et ibi, *Avenione 9 kal. septembris MCCCXXIII* (= 24 aug. 1323) alias litteras breves dedit, quibus Fr. Silvestro de Roma Bibliam concessit, quae litterae et Biblia saec. XVII in conventu Minorum Conventualium Tuscanellae asservabantur (4).

Pia Societas procul dubio has et aliorum Ordinum communicationes bonorum operum sollicitavit prius propriorum meritorum participationem offerendo. In documento Michaelis de Caesena de « bonorum spiritualium vicissitudinibus » expresse fit sermo. Cf. etiam illud « conservus » in ambobus documentis.

Non abs re erit monere huic Societati Senensi S. Maria de Scala adscriptum fuisse iuvenem S. Bernardinum Senensem, imo, si audias Oratorianum, Marianum Sozzini, († 1680) (5), etiam Beatum Iacobum (*Ia-*

---

(1) Exstat textus capitulorum alia accuratior editio, sed in ea desunt documenta et appendices: Luciano Banchi, *Capitoli della Compagnia dei Disciplinati di Siena...* (= *Piccola Antologia Senese dall' edito e dall' inedito*, vol. IV. in 16°), Siena 1866.

(2) De eo cf. P. José M. Pou, O. F. M., *Fr. Gonzalo de Balboa, primer General español de la Orden*, in: *Revista de Estudios Franciscanos*, an. V, 1911. n. 55, p. 171-180; n. 57, p. 332-342.

(3) Armando Carlini, *Fra Michelino e la sua eresia*, Bologna 1912.

(4) Cf. Bonav. Theuli, *Apparato Minoritico della Provincia di Roma*, Velletri 1648, p. 63, ubi et epistolae textus.

(5) In vita B. Iohannis Colombini, ap. L. De Angelis, *Capitoli dei Disciplinati*, p. 20-21; cf. p. 134.

copone) de Tuderto, S. Iohannem de Capistrano, Beatum Iohannem Santi socium S. Bernardini, et demum iuxta antiquum elenchum [1], Fr. Gabrielem a Volaterris.

Quibus dictis, ecce duorum documentorum textus.

1.

Tolosae 27 mai. 1307.

Dilectis in Christo Priori et Consiliariis et universis de Societate Senensi Frater Consalvus Ordinis Fratrum Minorum generalis Minister et conservus salutem et pacem in Domino sempiternam.

Devotionis vestre promptitudinem, qua ad honorem Dei spontanee vos sotietatis vinculo copulastis, affectu sincere caritatis acceptans, opto illam piis spiritualium beneficiorum irriguis confoveri, quatenus assiduum suscipere vestra studia in Dei obsequiis valeant incrementum. Eapropter vos universos ac singulos sotietatis eiusdem, presentes pariter et futuros, ad universa et singula nostre religionis suffragia in vita recipio pariter et in morte, plenam vobis participationem bonorum omnium tenore presentium concedendo, que per fratres nostros, ubicumque terrarum morentur, operari dignabitur clementia Salvatoris.

Datum Tholose, sexto kalendas iunii anno Domini mill° [2] *CCC septimo.*

2.

Senis 26 oct. 1321.

In Christo sibi dilectis universis de societate Domini nostri Iesu Christi, que se coadunatur [3] *ad disciplinam in hospitali Sancte Marie ante gradus maioris Ecclesie civitatis Senarum, Frater Michael Ordinis Fratrum Minorum generalis Minister et conservus salutem et pacem in Domino sempiternam.*

Devotionem quam ad Ordinem nostrum geritis ob Dei reverentiam, ut accepi, affectu sincero caritatis acceptans Christoque non immerito acceptabile fore credens, piis ipsorum bonorum spiritualium vicissitudinibus compensari, vos ad universa et singula nostre religionis suffragia in vita recipio pariter et in morte, plenam utique participationem bonorum omnium tenore presentium concedendo, que per fratres nostros, ubicumque terrarum morentur, operari dignabitur clementia Salvatoris.

Datum Senis, VII kalendas novembris anno Domini mill° CCCXXI.

P. Livarius Oliger, O. F. M.

Statuta a Guidantonio comite Montisferetri pro conventibus S. Francisci et Portiunculae Assisii c. a. 1415-1419 condita. — Statuta quae hic evulgamus, neque edita neque memorata a rerum franciscalium scriptoribus comperire potuimus. Ipsa lata fuerunt a Guidantonio comite Montisfe-

---

(1) L. c. p. 136. (2) Editio hic et in sequenti documento: *mille*.
(3) Sic! Corrigendum videtur *coadunat* vel, *se* omisso, *que coadunatur*.

retri [1], dum in civitate Assisii officio Vicarii S. Sedis, i. e. Gubernatoris nomine S. Sedis, fungebatur, ut inter Fratres conventus S. Francisci Assisiensis et conventus S. Mariae Angelorum seu de Portiuncula evitarentur altercationes, sed mutua ac fraterna concordia regnaret. Statuta dato carent; idcirco cum Guidantonius dominatus fuerit Assisiò ab ann. 1408 usque ad ann. 1419 [2], difficile dictu est, quonam anno istius dominationis ea condita sint. Attamen contrahi potest tempus quo probabilius dicta statuta promulgata fuerunt. Ex statutis patent iam existentia Observantium apud Portiunculam et dissensiones inter eosdem et Fratres conventus S. Francisci; at Marianus Florentinus [3] et Waddingus [4] referunt conventum Portiunculae traditum fuisse Observantibus a Ministro generali Antonio de Perreto [5] a. 1415; statutorum igitur promulgatio intra a. 1415 et a. 1419 ponenda est; immo huic ultimo anno vicinior, ut aliquod detur tempus altercationibus insurgendis, ad quas sedandas occurrere debuit ipse Vicarius civitatis suis ordinationibus.

Itaque haec statuta confirmant datum concessionis conventus S. Mariae Angelorum Observantibus a Mariano Florentino et a Waddingo exhibitum, contra F. Papini, O. M. Conv., qui, respuens datum ab Annalista Ordinis (Marianus Florentinus eum latuit) propositum ut impossibile, tenet transitum eiusdem conventus ad Observantiam non evenisse nisi post a. 1432 [6].

---

(1) Guidantonius, filius Antonii comitis Montisferetri, successit patri in comitatu a. 1403; obiit die 21 feb. 1443 (iuxta *Chronicon Eugubinum*, obiit 20 feb. 1442: Muratori, *Rerum Italicarum Scriptores*, Mediolani 1732, t. XXI, col. 981) indutus habitu Fratrum Minorum, cum quo et sepeliri voluit. Fuit princeps pius et devotissimus Ordini Minoritico; non parum auxit dominium sui comitatus (cf. F. Ugolini, *Storia dei Conti e Duchi d' Urbino*, Firenze, Grazzini, Giannini e C., 1859, vol. I, 203-276). — De eo Fr. Marianus Florentinus ait: « Guido [Antonius] illustris comes Montis Feltri, anno Domini 1443 de mense februarii, in ultimis laborans factus est frater Minor et cum habitu sepultus est » *(Compendium chronicarum:* AFH IV, 122; seorsim ed. Ad Claras Aquas 1911, 105).

(2) Cf. *Chronicon Eugubinum*, l. c., col. 956, 959; Ugolini, op. cit., t. I, 205, 209; A. Cristofani, *Delle storie di Assisi libri sei*, Assisi 1902, ed. 3ª, 213 (ubi tamen lapsu calami vel typographi ponitur 1409), 215. — Iuxta historicum Assisinatem Guidantonius, rumpens iura ecclesiastica, alia vice occupavit civitatem Assisii, idest post mortem Martini V (20 feb. 1431) usque ad a. 1432. Sed de hac secunda dominatione valde dubitandum est, quia de ea verbum non fit neque ab auctore chronicorum Eugubinorum (Muratori, l. c.) neque ab Ugolini (op. c.), qui omnia gesta comitis Montisferetri diffuse narrant. Quidquid tamen est, non credimus haec statuta lata fuisse in ista nova dominatione, quia Guidantonius tunc non tenuisset dominium Assisii consentiente Pontifice; idcirco non potuisset nominari Vicarius S. Sedis neque nomine ipsius condere leges. (3) *Compendium chronicarum:* AFH III, 706; seorsim 95. (4) *Annales*, ad a. 1415 n. 29 (t. IX², 381) et ad a. 1445 n. 24 (t. XI², 243s.). (5) Rexit Ordinem ann. 1405-1420.

(6) En rationes adductae a doctissimo Papini pro tuenda sua opinione. In primis inter vocales Capituli provincialis Umbriae 4 oct. 1427 habiti inve-

Nunc sponte oritur quaestio, utrum ista statuta fuerint unquam acceptata et observata a Fratribus duorum conventuum Assisii et ab Ordine Minoritico (quidam enim articuli totum Ordinem etiam tangunt)? Ad cuius solutionem brevi examini statuta subiicenda sunt. Sex ipsa constant articulis, quorum tres (1, 2 et 6) respiciunt Ordinem, quibus comes Guidantonius ordinat *1*) ut Minister generalis semper teneat in conventu Portiunculae duodecim Fratres de Observantia, quorum Superior neque proprietarius, neque oriundus de Assisio, neque de Provincia Umbriae Frater esse debeat; *2*) ut in toto Ordine quotidie fiat oratio pro conservatione civitatis Assisiensis; *6*) utque ex quacunque Provincia seligantur bini Fratres ad inhabitandum conventum S. Francisci. Primae et secundae ordinationis in posterioribus statutis Ordinis nulla mentio invenitur; quoad sextum articulum quaedam similis dispositio habetur in decreto a Legato S. Sedis ducati Spoleti a. 1432 die 21 dec. condito pro conservatione conventus et eccl. S. Francisci, ubi inter alia edicitur, ut magistratus Assisii supplicet Ministro gen. ut tempore Capituli gen. destinet triginta vel ad summum triginta quinque Fratres pro eodem conventu S. Francisci, quorum octo sint studentes ex exteris Provinciis, duo de valle Spoletana et duo ex territorio Assisii item studentes etc., ita ut habeatur studium sexdecim Fratrum [1]. Ex parte Ordinis numerus Fratrum pro conv. S. Francisci prima vice (quantum nobis

---

veniuntur Guardianus et Lector S. Mariae Angelorum; deinde in memoriis conventus S. Francisci Assis. ad ann. 1428, 1429, 1430 notantur Guardiani Portiunculae; item in actis Cap. provincialis 12 maii 1431 referuntur nomina Guardiani, Vicarii et Lectoris S. Mariae Angelorum. Praeterea in libro inventariorum sacrarii conventus S. Francisci Assisii legitur Fr. Nicolaum Pelipzari tradidisse eidem conventui duas pretiosas planetas, quarum una *pro usu ecclesiae sanctae Mariae de Angelis;* et ad calcem eiusdem libri exhibetur nota rerum pretiosarum mobilium ipsius ecclesiae S. Mariae de Angelis facta die 11 dec. 1432 a Fr. Scolaio Vicario Ministri gen. coram pluribus Fratribus conv. S. Francisci. Haec omnia, iuxta Papini, probant dependentiam conv. Portiunculae a conv. S. Francisci et a Provincia Umbriae atque transitum excludunt eiusdem ad Observantes ante diem 14 dec. 1432 (*Notizie sicure della morte, sepoltura, canonizzazione e traslatione di S. Francesco d' Assisi e del ritrovamento del di lui corpo,* ed. 2ª, Fuligno 1824, Append. n. 71, pp. 232-36; cf. alterum eiusdem opus, *La storia di S. Francesco di Assisi,* Fuligno 1825, lib. I, Append. n. 13, p. 201). — Sed clarissimo Papini responderi potest istas rationes nihil facere contra existentiam Observantium in conventu Portiunculae ante a. 1433, quia ipsi, saltem in Italia, non pollebant tunc temporis illa independentia quam paulatim decursu saec. XV et initio saec. XVI acquisiverunt, et ad Capitula provincialia interveniebant, ut patet ex tabula capitulari prov. Tusciae a. 1429 ab eodem Papini edita (*La storia di S. Francesco* cit., lib. I, Append. n. 19, pp. 252-57), ubi relati conspiciuntur Superiores etiam pro conventibus ab Observantibus iam inhabitatis: cf. e. g. pro conventu Capriolae prope Senas a. 1404 pro Observantibus incepto; pro conv. Faesularum Observantibus concesso a. 1390; pro conv. Nemoris ad Observantes translato a. 1427 etc. (cf. B. Bughetti, O. F. M., *Tabulae Capitulares Provinciae Tusciae O. M. (saec. XIV-XVIII)*: AFH X, 443-54).

(1) Cristofani, op. cit., 225 n. 14.

constat) quodammodo determinatus fuit in Cap. gen. Interamnae habito 1500: «... ad sacrum conventum sancti Francisci Assisii, de omni Provincia unus mittatur boni exempli ac scientia et vitae sanctimonia conspicuus... » (1).

Ceteri articuli (3, 4, 5) spectant ad conventus S. Francisci et Portiunculae. Tertio articulo statuitur, ne Fratres conv. S. Francisci molestia afficiant Fratres Portiunculae; quarto urgetur antiqua consuetudo quoad distributionem eleemosynarum S. Mariae Angelorum oblatarum, quae videntur fuisse causa praecipua rixarum inter Fratres utriusque conventus; quinto praecipitur, ut Communitas eligat quotannis unum vel duos cives procuratores ad excipienda relicta eisdem conventibus. Solum de articulis 4 et 5 quaedam dicere possumus. Quae in art. 4 dicuntur de cera diebus Indulgentiae, Assumptionis et Annuntiationis B. Mariae V. oblata capellae Portiunculae et conventui S. Francisci assignanda, eadem repetuntur a Nicolao V, qui a. 1452 (2) de hac re ordinat et statuit « antiquam consuetudinem, retroactis temporibus diutius nisi a paucis annis citra observatam (3) »; ac magis determinantur a Callisto III a. 1457 (4). Quod autem ad articulum 5 attinet, notamus in supra citato decreto a. 1432 ordinatum fuisse, ut legatus S. Sedis (et in sua absentia magistratus civitatis) calendis maii uniuscuiusque anni eligeret duos ex principalioribus civibus cum titulo et officio *magistrorum* operae S. Francisci, qui una cum notario deberent describere et exigere pecuniam testamentis vel legatis relictam pro conservatione ecclesiae et conventus eiusdem S. Francisci (5).

His dictis notamus Guidantonium, etsi poterat utpote Vicarius civitatis statuere normas ad praecavendas rixas inter Fratres conventuum Assisiensium et ad evitanda scandala in populo, excessisse tamen suas attributiones condendo statuta etiam pro toto Ordine Minoritico.

Statuta asservantur in Archivo Status Florentiae inter monumenta manuscripta ad comites ducesque Urbinates spectantia.

† *Yhesus* †

Cum omni humili reverentia et recomendatione. Ego Guidantonius chomes Montis Feltri et vicarius sancte matris Ecclesie super civitatem Asisii etc., ob reverentiam Dei et sue matris gloriose virginis Marie et beatissimi patris nostri Francisci, ob cuius devotionem me filium reputo

(1) *Chronologia historico-legalis*, t. I, 209a; De Gubernatis, *Orbis seraphicus*. t. III, pars I, 201a.

(2) Bulla « Exposcit dilectorum »; cf. *Bullarium sacri Conventus S. Francisci Assis.* ap. AFH XI, 219 n. 442; XII, 515s.

(3) Consuetudo percipiendi partem rerum oblatarum capellae S. Mariae Angelorum Fratribus conv. S. Francisci sublata est ab Eugenio IV Bulla « Licet ex debito », dat. 3 dec. 1445, qua omnes eleemosynae, pecuniariis exceptis, reservatae sunt Fratribus apud Portiunculam commorantibus (Waddingus, *Annales*, t. XI², *Regestum Pont.*, 484s).

(4) Bulla « Decet et convenit » (Waddingus, *Annales*, t. XIII², 38s. n. 61).

(5) Cristofani, op. cit., 224; Fratini, O. M. Conv., *Storia della basilica e del convento di S. Francesco in Assisi*, Prato, R. Guasti Ed.-Libraio, 1882, 248s.

et sui Ordinis Minorum etc., institui et ordinavi ad hoc ut in ecclesia prima predicti Ordinis nuncupata sancta Maria de Angelis prope Asisium et conventum (sic) *sancti Francisci eiusdem civitatis et Ordinis sit semper inter Fratres mutua dilectio et firma compositio, nec aliqua questio, divisio vel murmuratio:*

Primo quod per patrem Generalem Ministrum ibi semper duodecim Fratres regule observatores meliores Ordinis de Observantia ponantur; nec aliquis proprietarius vel de Asisio vel etiam de illa patria vel Provincia ibi pro prelato guardiano vel vicario unquam ponatur, ad hoc ne ex congiunctione consanguinitatis parentele vel amicitiis schandalum mentale vel reale de aliquo possit supervenire nec aliqua suspicio.

2° *Quod pro bono statu illius civitatis et patrie ordinetur, quod per totum Ordinem fiat semper cotidie una comme[mo]ratio, ut Deus dingnetur predictam civitatem et ipsam regentibus* (sic) *defendere ab omnibus periculis et conservare cum omni pace et dilectione.*

3° *Quod Fratres in conventu sancti Francisci existentes non impediant se de illis bonis Fratribus de aliquo vel in aliquo, nec audeant ipsos quoquo modo schandaliçare verbo; quod si contrarium (quod absit) per aliquem atemptatum fuerit, ipso facto sit, si prelatus est, privatus omni officio, et si subditus, actibus legitimis etc.*

4° *De introitibus capelle sancte Marie Fratres qui ibi permanent et permanebunt, omnia que ad ceram et comestibilia recipient retinebunt et dispensabunt sicut secundum Deum eis videbitur. De pecunia autem non se intromictant, sed semper decima pars pecunie per procuratores reservetur nec in aliquo expendatur nisi pro actamine, reparatione et conservatione ipsius loci sancte Marie et necessitatibus Fratrum ibi comorantium. Exceptis tribus diebus privilegiatis ipsis fratribus Conventualibus per Papam* (1), *scilicet in die Indulgentie, Assumptionis gloriose virginis Marie*

(1) Inter diplomata pontificia ante haec statuta typis edita invenimus tantum duo Nicolai IV (*Bull. Franc.*, t. IV, 22 n. 28; 23 n. 29; AFH X, 193 n. 220; 194 n. 225), unum, sub die 14 maii 1288, Ministro Prov. S. Francisci et Custodi conv. eidem Sancto dicati directum et alterum, sub die 15 maii eiusdem anni, ad Ministrum gen. et Ministrum Prov. S. Francisci missum, quibus Pontifex praecipiebat, ut una vel plures personae eligerentur ad colligendas eleemosynas pecuniarias a fidelibus oblatas ecclesiis S. Francisci et S. Mariae Angelorum et ad eas expendendas pro Fratribus tam ad praefatas ecclesias confluentibus quam inibi commorantibus et pro conservatione eiusdem eccl. S. Francisci. Paulo ante Minister gen. Bonagratia (1279-1283) de pecunia oblata die Indulgentiae edixerat sequens statutum: « Dictus... frater Bonagratia Generalis praecepit per obedientiam et sub excommunicationis poena quod in die praefatae Indulgentiae in ecclesia sanctae Mariae de Portiuncula nulla oblatio pecuniaria a Fratribus reciperetur vel pro eorum necessitatibus expenderetur recepta; et hoc propter cupiditatis notam qua posset ab invidis falsa vel minor sacra Indulgentia publicari et devotio minorari » (*Chronica XXIV Generalium:* AF III, 373; cf. etiam Glassberger, *Chronica:* AF II, 98). — De vicissitudinibus privilegii percipiendi ex parte Fratrum conv. S. Francisci eleemosynas ecclesiae S. Mariae Angelorum oblatas in decursu temporis usque ad Urbanum VIII, qui a. 1641 illud onus Fratribus Portiunculae ab-

et Annuntiationis Domine, in quibus tam ceram quam comestibilia et pecuniam preter decimam partem erit (1) *conventus sancti Francisci; sola X pars pecunia* (1) *ipsi procuratores reservabunt pro necessitatibus sancte Marie et Fratrum ibi commorantium.*

13. *Commendabat* [b] beatus *Aegidius locum de Ceptone propter misericordiam Dei et gratiam praerogativam, quam ostendit ei in praedicto loco, super omnia citramarina loca et ultramarina, sex locis ultramarinis exceptis, quibus etiam hunc comparabat; et locum dicebat quod ad hunc locum deberent homines accedere cum maiori reverentia et devotione, quam ad Sanctum Angelum* vel *ad Sanctum Petrum vel ad Sanctum Nicolaum vel ad aliquem locum citramarinum,* sicut *maior est Dominus quam servus, et* sic est *Christus maior quam alii sancti; dicebatque quod similis huic esse poterat, maior esse non poterat. Cumque talia diceret, respondit socius suus dicens sibi:* « *Pater,* inquit, *magnum*

certi Frati rapportò e diceva: « Con grande timore e guardia si conviene guardare i secreti di Dio e il suo tesauro ».

Commendava *frate* Egidio il luogo di Cetona [1], per la misericordia di Dio e per la singulare grazia la quale gli era stata dimostrata nel predetto luogo, sopra tutti i luoghi di qua dal mare e di là dal mare [2]; (eccetto) sei luoghi (oltremare), a' quali (agguagliava quello luogo); e diceva che (a) questo luogo doverrebbono gli uomini andare con grande reverenza e devozione (più [3] che a Santo Angelo, a Santo Pietro o a Santo Nicolao ovvero ad alcuno luogo di qua dal mare, *con ciò sia cosa che* [4] maggiore è il signore che 'l servo, e Cristo che gli altri Santi; e diceva che poteva essere alcuno luogo eguale a quello; niente di meno non maggiore *ovvero più devoto innanzi a Dio*) [5]. Quand'egli dicea queste cose, (rispose il suo compagno dicendo: « Padre,

---

[a] Dalla nota predetta del Lemmens e dal cod. Senese.

[b] Cf. la *Chron.*, 98.

---

[1] Il Ricc.: *Scettorie.*

[2] La corruzione del Ricc. di qui innanzi, fino al n. 15a, è profonda e inspiegabile. Ha semplicemente: *di là dal mare: sei luoghi a' quali ancora e' lodava, e diceva che questo luogo doverebbono gli uomini andare con grande reverenza e devozione. Quand' egli dicea queste cose. O santo Igidio* ecc. Ho supplito sempre col Magl., f. 43rv.

[3] Il Magl. veramente ha: *con maggiore reverenza che a* ecc. Manca più sotto alla *Chron.* il primo « vel » del testo latino.

[4] Il « cum sit » della *Chron.* è pure in Lemmens, 54, dove continua l'accordo con essa, con solo l'aggiunta in più « et Christus sit maior quam » ecc.

[5] Il Magl., dalla *Chron.*, p. 99: « non tamen maior sive devotior coram Deo ».

fuit quod accidit [in monte] Alvernae beato Francisco, de Seraphim; nobilis etiam virgo sancta Christina, nobilis *etiam sancta Catharina et multae aliae Virgines et Sancti per provincias* ». *Ad hoc sanctus Aegidius dixit:* « *Fili,* inquit, *non est aliqua creatura in comparatione Creatoris* » [a].

15\. ... *O sancte Aegidii et revera sanctissime, cui Dominus tantam gratiam conferre dignatus est! Ipse* [b] *enim in persona alterius de seipso loquebatur dicens:* « *Beatus Paulus inquit* [c] *bis se fuisse raptum, sive in corpore sive extra corpus, adiungens: nescio, Deus scit; sed quid, si aliquem Dominus [de hoc] certum redderet?* ».

grande cosa fu quella che avvenne nel monte Alvernia al beato Francesco, del Serafino; nobile eziandio fu la vergine santa Cristina e santa Caterina e molti altri Santi e Vergini che sono in diverse parti del mondo *onorati* [1] ». Al quale frate Egidio disse: « Figliuolo, la creatura non è alcuna cosa in comparazione del Creatore) » [2].

O santo Igidio e veramente santissimo, a cui Iddio tanta grazia ha data! In persona altrui parlava di sè e diceva: « Santo Pavolo disse che fu ratto due fiate, o vero in corpo o sanza corpo, non sapeva; e diceva: Iddio il sa, ch' io non so [3]. (Ma che mai, se il Signore avesse certificato di ciò qualcuno? »).

---

[a] Vengono omessi il resto del num. 14 e gran parte del 15 della leggenda latina (Seton, 74, 76, 78; Lemmens, 54-57), per riprendere alle ultime righe del n. 15 (Seton, 78; Lemmens, 57). La *Chron.* procede anch' essa di conserva, pp. 99-100, per continuare da sola, ancora intorno al medesimo argomento, proprio al punto in cui ritorna il Ricc. È notato più giù quando la *Chron.* riprende.

[b] Cf. la *Chron.*, p. 96, l. 32 - p. 97, l. 2.

[c] II Cor. xii, 2.

---

[1] La *Chron.:* « et Virgines qui sunt in diversis civitatibus [il ms. latino donde derivò il Magl. doveva avere, non trascurabile variante, « mundi partibus »] honorati ».

[2] Nel testo della Vita di fr. Leone continua ancora il discorso su la visione dell' eremo di Cetona, fino alla ripresa del Ricc., e si sarebbe potuto rinsaldare la lacuna col solo Magl., che qui quasi interamente concorda. Ma lo scopo prefissomi è già raggiunto così, e pur così il discorso ha la sua chiusa.

[3] Il Ricc., al solito: *non so. S' io l' avesse saputo, per certo l' averebbe detto.* Il Magl., 41r, con la *Chron.*, non serve molto: *Ma se Dio, diceva frate Egidio, alcuno in tale ratto certificasse?* Per chiarir meglio ho preso « de hoc » dal Lemmens, 57.

15a. *Moram* [a] *faciens* aliquando sanctus *Aegidius apud locum Fratrum de Agello, et cum hora consueta ad vesperas* ut cibum sumeret *reverteretur ad Fratres, post coenam Fratribus* qui aderant ibi *verba* Domini plena dulcedine et devotione non modica *incepit* eructare: et talia sic proponens sancto ardens fervore Fratrum audientium *ardentia* corda facit. Et in tam sancto silentio *et raptu stetit coram Fratribus* quasi *usque ad primum gallorum cantum. Et erat clarissimum lumen lunae. Cumque a Fratribus discederet et versus cellam dirigeret gressus suos, subito tantus splendor advenit, quod lumen lunae ab illo totaliter est absorptum. Quem Fratres videntes sunt non modicum stupefacti. Ad quos rediens ipse* sanctus Aegidius, *quia parum discesserat, dixit Fratribus: « Quid fecissetis, si vidissetis maiora? »*

Facendo dimoranza *frate* Egidio al luogo (de' Frati d' Agello) [1] *nel contado di Perugia,* e nell'ora usata del vespro ritorna(to)si a' Frati [2], dopo cena cominciò a *chiamare* i Frati con voce e dire parole molto ardenti; e fu ratto dinanzi a costoro infino al primo canto del gallo [3]. Ed era chiarissimo lume di luna. E partendosi da' Frati e andando alla cella sua, subitamente tanto lume apparve, che tutto il lume della luna parea che fosse trangugiato; per la qual cosa i Frati di maraviglia vennero quasi meno. A' quali ritornando questi, però che s' era di poco partito, disse a' Frati: « Che avereste fatto se aveste veduto maggior cosa, *che siete* [4] *venuti così meno per que-*

[a] Manca tutto questo numero al P. Lemmens, che continua subito col num. 16. Seton, 78; AFH VIII, 20; cf. *Chron.*, 106.

[1] Il Ricc.: *luogo di Santo Agniolo.* Corretto col Magl., f. 50r. L'aggiunta del Ricc. è nella *Chron.*: « de comitatu Perusii ».

[2] Supplisce il Magl.: *per prendere il cibo.*

[3] Peccato che il Ricc. si emancipi anche qui, così spregiudicatamente, se non dal senso, dal testo almeno. Il Magl., fedelissimo alla *Chron.*, per un po' serve: *il cibo, in fervore di spirito disse, dopo cena a' Frati le parole del Signore, e porsele piene di tanta devozione e dolcezza, che infiammò i cuori di tutti ad amore del Signore; e così finalmente fu ratto...* A questo punto il testo del Seton e quello del cod. Senese non vanno d' accordo. Il Senese ha: « Et itaque, facto silentio, et raptus stetit » ecc. E ciascuno ha del buono, ma anche del dubbio; e si scorge così bene dov' è l' abbaglio di uno dei due copisti.

[4] Il Ricc.: *siate.*

Et adiecit: « *Qui magna non videt, modica magna credit* ». *Et his dictis, ad cellam, ubi se celaret, accessit.*

Et quia daemones sanctos viros et perfectos *non possunt terroribus nocere* et molestare, *ad aliam artem* et temptationes *confugiunt, videlicet superbiae et vanae gloriae. Quodam tempore dum staret* in loco de Puppio, *stans in cella* sua ubi orabat quadam nocte, *audivit daemones stantes iuxta se* [*et*] [a] *dicentes* [*ad invicem*]; « *Quid tantum laborat homo iste? Iam sanctus est,* iam unctus est, iam ecstaticus est ». *Ipse* vero quaesivit *postea a quodam socio suo, de quo multum confidebat,* quid hoc esset, maxime de verbo " ecstatico ", quod non intelligebat. Cui ille respondit: « *Ne cures,* frater, *quia diabolica tentatio fuit* ».

Alio [b] quoque *tempore, in eodem loco, sub quadam oliva, dixit* ei quidam Frater: « Pater, quid dicunt sapientes de ista contemplatione? » Et nolens quod raperetur, sicut consueverat cum talia au-

sto? » E aggiunse *e disse:* « Que' che non veggiono *qui* le grandi cose, le piccole paiono loro grandi [1] ». (E ciò detto, andò alla cella, per nascondervisi).

E però che i demoni non possono i santi uomini offendere per paura, sì *gli offendono per maravigliose cose e* usano altre arti [2] *che a tentare altrui,* cioè di superbia e di vanagloria. Un *altro* tempo, stando lui in una cella, udì i demoni che stavano allato a lui e dicevano insieme: « Perchè s' affatica tanto costui, questo uomo, però ch' egli è già santo? » Poi egli disse a uno suo compagno, di cui molto si confidava, *che aveva intese queste parole e niente se ne curò, perchè conobbe ch' era tentazione del diavolo* [3].

Un altro tempo, istando lui a questo luogo, essendo lui sotto uno ulivo, disse *al diavolo:* « *Che scrivi tu?* » *E quegli rispuose:* « *Vuo' te 'l dica?* » *E que' disse:* « *Sì* ». *Dissegli:* « *Il fuoco è a*

[a] Questa e la seguente aggiunta sono del cod. Senese: AFH VIII, 20.

[b] Questo paragrafo è solo nella *Chron.*, 107, al seguito del precedente.

[1] Il MAGL. traduce questo detto: *Chi non vede, disse, le cose grandi, crede le piccole essere grandi.* Manca il resto tanto al RICC. che al MAGL.

[2] Il RICC. non ha questo: *che;* nè il MAGL. può soccorrere in questa libertà di traduzione, che è anche errore di fatto.

[3] Il MAGL., f. 50v., può dare fedelmente soltanto l' ultima frase; ma mette conto riportare anche il resto: *santo, già è unto, già è estatico. E riferendo frate Egidio questo al compagno e dimandando che fusse dire* [la *Chron.:* « esset dicere »]: *estatico, rispose: Non curare, padre* [anche la *Chron.* ha, forse meglio: « pater »], *però che fu tentazione diabolica.*

diebat, quasi volens illa dimittere dixit Frater ille: « Multa dicunt sapientes ». Frater vero Aegidius intulit statim: « Vis ut dicam tibi quid mihi videtur? Contemplatio, inquit, est ignis, unctio, ecstasis, gustus, requies, gloria ». Et de verbis tam profundis cum tanto fervore prolatis fuit Frater ille quam plurimum *admiratus*.

noi un' unzione e 'l contemplare è a noi una pannici[1] ». *Ed altre cose disse in suo volgare, le quali io non intesi, maravigliandomi, perch' io era rozzo di quelle cose*[2].

Quodam[a] *tempore cum humilitate et caritative reprehenderet quemdam Fratrem* sanctus Aegidius *reprehensione dignum, Frater ille dedignatus est. Cui in nocte sequenti astitit* quidam *in visione dicens ei: « Ne indigneris, frater, in reprehensione sancti* Aegidii, *quia beatus erit qui cred[ider]it*[b] *ei »*. Mane autem facto, *accessit Frater ille ad* sanctum Aegidium, *rogans eum ut secure eum reprehenderet*.

Un' *altra* volta, riprendendo *egli* uno Frate umilemente e con carità, il quale n' era degno, quei si sdegnò; e poi la notte veniente ebbe questi visione che dicea[3]: « Non ti indegnare, frate, nella riprensione del Santo, chè chi gli crederà, beato sarà ». Il quale Frate andò poi a *lui* e dissegli che poscia lo riprendesse sicuramente.

[a] Seton, 80; AFH VIII, 20; cf. *Chron.*, 95.
[b] Dal cod. Senese.

[1] O *paninci*, come legge il Passerini, p. 281, che poi si prova a spiegare per *paniccio* o *paniccia*. L' abbreviazione del *n* è ambigua.

[2] Lasciando ogni supposizione donde possa aver tratto il Ricc. questa stranezza, pongo qui la traduzione del Magl., f. 50v.: *Ancora un altro tempo, nel medesimo luogo, sotto uno ulivo, disse a lui uno Frate: « Padre, che dicono i savi di questa contemplazione? » E non volendo che fusse ratto siccome era consueto quando tali cose udiva, quasi volendo quelle lasciare disse quello Frate: « Molte cose dicono i savi ». Ma frate Egidio subito disse: « Vuoi che io ti dica quello che mi pare? La contemplazione è fuoco, unzione, estasi, gusto, riposo, gloria! » E di tali profonde parole con tanto fervore proferite, quello Frate molto si maravigliò.*

[3] Il Magl., f. 39v.: *Ma la seguente notte gli apparve uno in visione dicendo.* Non serve per l' omissione seguente: *La qual cosa udita, quello Frate per tempo si levò la mattina e andò* ecc.

16. *Cumque* [a] *iam ad diem appropinquaret* sanctus Aegidius *obitus* sui, *ut* Dominus post laborem nimium et certamen *requiem et* coronam post *victoriam* sibi daret, adhuc *plus* more solito *coepit impugnari,* ut probatus per omnia ostendatur [b]. *Nam cum quadam nocte post longas orationes quietem vellet facere* post laborem corporis [c], *daemon cepit* [*eum*] *et in loco tam arto locavit, ut non posset* aliquatenus *se movere. Cumque sic existens anxietate maxima laboraret* ut surgeret, *fr. Gratianus sibi serviens coepit aliquantulum hoc audire. Cumque vero magis cellae appropinquaret, audiens clarius anxiantem fortiter,* cum sic audiret, *intra semetipsum coepit* cogitare et *dicere: « Si accedis propius et erit in oratione, ipsum orare permittas; si autem aliter,* videbis quid est ». *Et his dictis* [*usque*] *ad ostium cellae ivit et coepit auscultare. Cumque* sic audiret *eum laborantem, alloquitur ipsum: « Quid habes, frater* [d]*? » At ipse: « Veni,* fili, veni ». *Qui, videns ostium et aperire non valens* [e], *dixit: « Quid est* [*hoc*], *quod ego non possum aperire? » Et sanctus Aegidius: « Firma,* firma, *inquit,*

Approssimandosi il tempo della morte, acciò ch' egli *avesse* più requie e più vittorie [1], più era tentato dallo avversario. Onde una notte, dopo lunga orazione volendosi riposare, cominciollo il demonio sì a strignere, che non si poteva muovere. E rammaricandosi egli e ansiando, frate Graziano, il quale lo serviva, cominciò a udire questo rammarichìo; e approssimandosi quegli a colui, udia più chiaro e cominciò a dire infra sè: « Va' più innanzi *e sappi che ha;* e s' egli è in orazione lascialo istare, e se egli ha altro *io l'aiuterò* ». E così andò infino all' uscio della cella e cominciò ascoltare; e *veggendo* ch' egli era in gran fatica, domandò quello ch' egli avesse. « Vieni, *frate* », disse quegli, « *e vedimi* ». Ed egli, volendo aprire l' uscio, non potea; e que' disse *e meravigliossi:* « Che è ciò, ch' io non posso aprire? » E santo Egidio disse [2]: « *Vieni, frate;* pigni

[a] Seton, 80; Lemmens, 58; cf. *Chron.*, 111. [b] Lemmens e il cod. Senese hanno: *ostenderetur.* [c] Meglio il cod. Senese: *facere corpori post lab.* Lemmens non ha la parola in questione. [d] Lemmens: *pater.* [e] Dalla traduzione si supporrebbe volentieri una variante così: *Qui volens ostium aperire, nec valens, dixit.*

[1] Il Ricc. aggiunge qui un altro: *e.* Il Magl., f. 54rv, non ha questo passo. E tutto il resto, nella *Chron.*, è assai compendiato, mentre il Ricc. è più che mai bizzarro. [2] Il Magl., f. 54v.: *E il santo disse: « Pigni forte, figliuolo, e apri velocemente l'uscio ».*

fortiter, fili, et ostium aperias violenter[a]; *nam ego sum* ab hostibus *ostio appodiatus, nec surgere possum* ». *Qui* <et> dum fortitudine adiutus *impellens fortiter ostium aperuit* violenter; *intransque* cellae porticum, ubi sanctus Aegidius iacebat, *ipsum totis viribus erigere nitebatur; et non valens*[b] *erigere, dixit* sanctus *Aegidius:* «*Dimittamus in manu Domini*». *Quod ille,* licet invitus, *annuit* sancto Aegidio, *et cum* sic aliquantulum *dimisisset, viriliter cepit ipsum et extraxit de loco illo* tam arcto.

l'uscio per forza, acciò che tu per forza v' apra, perciò ch' io sono appoggiato all'uscio e non mi posso levare ». Per la qual cosa quegli forte pignendo v' aprì e andò *a lui,* (*ma*)[1] per tutta la sua forza nol poteva fare istare ritto nè rizzare. *E frate* Igidio *gli* disse: « Lascia stare; *tutti siamo* nelle mani di Dio »[2]. E quegli acconsentette *e stette cheto al suo detto e lasciollo;* e lasciato che l' ebbe un poco, (virilmente lo prese e) lo trasse di quel luogo[3].

Et postquam aliquantulum quievisset, dixit socio suo: « *Quare nititur tantum diabolus divina beneficia impedire?* » *Et ait socio suo:* « *Bene fecisti,* inquit, fili, *quod ad me venisti. Dominus,* inquit, *retribuat tibi* ». Et *dixit ei* socius suus: « *Quare* fecisti hoc, *pater?* cur *non vocabas?* Qualem, inquit, conscientiam potuissemus habere, *si tu mortuus*

E stando e riposandosi un poco, *frate Egidio* disse al compagno suo: « Perchè si sforza il demonio così d'impedire i benefici di Dio? » E *anche* disse al suo compagno: « Ben facesti, *frate,* che venisti a me: e Iddio te 'l[4] meriti ». Dissègli: « Perchè, padre, non mi chiamavi tu *e non mi dicevi la tua pena?* Se tu ti fossi morto, e a te e a

---

[a] Il Seton, 82, scarta questo *violenter* del proprio e degli altri codici, e prende *velociter* dal Lemmens, che dev' essere una variante posteriore, poichè l' ha anche la *Chron.*

[b] Seton: *valet;* gli altri *valens.* Si rimedierebbe all' anacoluto col *valebat* suggerito dalla traduzione.

---

[1] Il Ricc.: *a lui, e portandolo in chiostro per tutta la sua forza, nol poteva* ecc. Il Magl. traduce « intransque cellae porticum »: *ed entrando nell' entrata della cella;* in ogni modo s' inseriva male. Mi sono limitato a quel *ma.*

[2] Il Magl.: *Figliuolo, riposati* [la *Chron.*: « fili, quiesce »]: *lasciamo tutto nella mano di Dio.*

[3] Il Ricc.: *un poco, il diavolo lo trasse di quel luogo.* Il Magl.: *e avendolo alquanto lasciato... virilmente lo tirò* [la *Chron.:* « traxit »], *e di quello stretto luogo lo trasse.*

[4] Il Ricc.: *il tel.* Il Magl.: *te lo.*

fuisses? nam tibi et nobis reprehensibile valde fuisset». *Cui sanctus Aegidius respondit:* « *Quid tibi obest,* [fili], *si fit vindicta de inimicis* meis? quare sic insidiatur diabolus beneficiis Dei? Et si semel hoc esset, portabile esset, et si bis vel ter vel quater vel quinquies; [sed semper nititur]. Sed scito pro firmo, *quod quanto plus nititur molestare, tanto plus inferius descendit, quia resistit Deo. Non* enim, inquit, *fuit* meum *principium* servire Deo, sed Dei; *et* finis erit simili modo *propter misericordiam suam* [a]. *Non est mirum si daemon tantum persequitur peccatorem, cum sciat ipsum de peccato natum et conceptum, quia videt eum ascendere ad locum illum unde ipse cecidit. Nam saepius tribulavit et tribulat me, nec sinit me quiescere ullo modo* ».

noi era molto riprensibile [1] ». Al quale santo Igidio rispuose: « Che ti fa a te, *frate,* se si fa vendetta de' *nostri* nemici? Però che quando *i nostri nemici* più impediscono i beneficii di Dio, tanto son cacciati più in inferno. Non fu *meco al* principio *a difendermi Iddio?* E *questo era* per la sua misericordia, *che lasciò* perseguitare il peccatore che sa ch' egli è di peccato nato e conceputo, e non è maraviglia se 'l demonio *si sforza d' impedire* colui cui egli vede andare donde egli cadde. Onde spesse volte m' ha così tribolato e afflitto, e non mi lascia riposare in nullo modo » [2].

17. *Item cum quadam nocte, iuxta festum S. Benedicti, sanctus*

Anche [3] in una notte, presso alla festa di santo Benedetto,

[a] Il resto del paragrafo manca al Lemmens, 59, e alla *Chron.*, 112.

[1] Più fedele il MAGL.: *Perchè facesti così, padre, e non mi chiamasti? Che coscienza avremmo noi potuto avere, se tu fussi stato morto? Però che a te e a noi sarebbe stato molto riprensibile.*

[2] Il lettore può facilmente notare da sè la libertà e infedeltà del RICC. Riproduco quanto c' è, secondo la *Chron.*, di questo discorso nel MAGL., f. 55r., che rimedia un poco: *Rispose frate Egidio:* « *Che a te, figliuolo, se si fa vendetta de' miei nemici?* » *E di nuovo disse:* « *Perchè insidia tanto il diavolo a' benefici di Dio? E questo fusse una volta o due, sarebbe da sopportare. Ma sappi questo per certo che, quanto più risiste a Dio forzandosi di perturbarmi, tanto più è cruciato e più disotto discende: e così molestandomi, prendo di lui vendetta. Però che non fu il principio mio che io servissi a Dio, ma di Dio; e il fine, per la sua misericordia, similmente sarà suo: però che contr' a Dio il diavolo non potrà avere forza* ».

[3] Il RICC., dietro il « cum » latino, aggiunge qui un *come.*

Aegidius orationem faceret ad Dominum, daemon voluit ⟨se⟩[a] impedire beneficium a Domino [sibi] ministratum; *ad cuius terrorem valde perterritus, coepit terribilibus vocibus acclamare* [*et dicere*]: « *Succurrite, fratres, succurrite!* » *Ad quam vocem fr. Gratianus* excitatus, *qui erat prope eum* in quadam cella, *velociter surrexit et ivit ad eum clamans* fortiter *et dicens:* « *Ne timeas, pater, ne timeas; ego enim succurro tibi* ». *Et accedens ad cellam* [*eius*] *dixit:* « *Quid habuisti, pater?* » *Qui dixit ei:* « *Ne cures,* fili, ne cures, fili ». *Et Frater* patri *respondit:* « *Dimitte me* hic *esse iuxta te, ex quo tantum te persequitur inimicus* ». Cui *dixit* pater: « *Dominus,* inquit, *retribuat tibi, fili;* nam *bene fecisti, quia ad me venisti; vade,* inquit, *et revertere ad locum tuum* ». ⟨Immo⟩ cum [*autem*] *de sero post comestionem* vellet redire ad cellam, *dicebat:* « *In nocte expecto martyrium* ».

santo *frate* Egidio facendo l'orazione a Dio, e 'l demonio *tentandolo, tempestandolo e molestandolo, ed* egli, molto temendo, con terribili voci chiamava e diceva: « Soccorrete, frati, soccorrete, *frati!* » Alla quale voce frate Graziano, il quale gli era presso, si levò tosto e andò a lui e cominciollo a chiamare [1] e a dire: « Non temere, padre, non temere, ch'io ti soccorro ». E andando [2] alla cella sua disse: « Che avesti, padre? » Ed egli disse: « Non curare, *frate* ». E quel Frate disse: « Lasciami, padre, istare allato a te, da poi che tanta noia e fatica t'è data dal demonio ». *E que'* disse: « Iddio te 'l [3] meriti, frate! Bene facesti che venisti a me. Va' e ritornati nel luogo tuo ». E poi la sera, dopo il mangiare [4], disse: « Io vo stanotte al martirio [5], il quale io aspetto ». *Quasi dicesse:* « *Io nol fuggo* ».

Item [b], *cum* quadam vice *loqueretur cum* quodam *socio suo, dixit:* « *A principio mundi usque nunc melior religio nec expeditior religione fratrum Minorum infra non apparuit* ».

Onde parlando disse al compagno suo: « Non sarà niuna migliore riligione e più spedita a servire a Dio che quella de' frati Minori ».

[a] Questo *se* di più in Seton, 84, dovrebbe essere una traccia del *sibi* che subito dopo manca.

[b] Questo paragrafo, intruso qui non si sa come, manca al P. Lemmens, 60, e alla *Chron.*, 112; Seton, 84; AFH VIII, 21.

[1] Il MAGL.: *velocemente andò, fortemente gridando: Non.*

[2] Il MAGL.: *E accostandosi.*

[3] Il RICC. ancora: *il tel.*

[4] Il MAGL.: *quando ritornava* [la *Chron.:* « redibat »] *alla cella.*

[5] Nel RICC. segue un altro *io,* ma cancellato.

18. *Cum* sanctus Aegidius maxime *appropinquaret ad dies extremos* [a], *cum reverteretur* a cella *gaudio indicibili* plenus, *cuidam socio suo dixit: « Fili, quid tibi videtur,* quid sit hoc? *Ego inveni magnum thesaurum tam lucidissimum et splendidissimum, quod lingua carnea exprimi non valeret. Ego* devasto, *fili,* ego devasto. Sed dicas, *fili, si benedicaris a Deo, quid tibi videtur? » Et* saepius *hoc iterabat; erat enim* [b] *tanto gaudio et ardore, cum hoc diceret, repletus,* [*quod*] *quasi Spiritu sancto ebrius videbatur. Cui cum* quidam *Frater diceret, ut veniret et cibum sumeret, respondit: « Hic est optimus cibus,* fili ». *Et Frater quasi tentans eum respondit: «* In talibus non est curandum; pater, *veni, veni ut comedas ». Et sanctus, non leviter ferens responsum, dixit: « Non bene dixisti, frater;*

Approssimandosi al tempo della sua morte, venendo *a' frati suoi,* con grande gaudio disse a un suo compagno: « Che ti pare, figliuolo? [1] I' ho trovato così grande tesauro e così grande e lucidissimo splendore, che la lingua di carne nol potrebbe narrare ». *E disse:* « Figliuolo, io *me ne vo* [2]. Che ti pare, (figliuolo)? [3] che sia benedetto da Dio! » E ripeteva queste parole; ed era di tanto gaudio e d' allegrezza ripieno, quando diceva queste parole, che parea ebbro dello Spirito santo. *Il qual* frate lo 'nvitò a mangiare, e que' disse: « I' ho ottimo cibo ». E il frate rispuose, quasi tentandolo: « Così vi si conviene, padre, buono cibo mangiare ». E lo santo non sostenne queste parole e disse: « Non hai ben detto, frate; *non parlasti bene.* Vorrei anzi che tu m' avessi dato una gotata » [4]. Da

[a] Il Ricc. qui sta più col Lemmens, 60 (e la *Chron.,* 112): « Cum esset prope obitum suum, quadam vice cum reverteretur » ecc.

[b] Mi sono permesso di portare qui queste due parole, che in Seton son poste stranamente dopo « ardore ». E non è ancora l' ordine piano del Lemmens e del cod. Senese, rispecchiato nella traduzione.

[1] Il Magl., 55r: *Che ti pare, figliuolo, che sia questo?*

[2] Il Magl., con la *Chron.,* omette questa prima frase. Il Ricc. non l' intende. Nè par facile a intendersi, se il Seton traduce: « Io sono confuso » o « turbato »: *I am troubled,* soggiungendo in nota che il testo qui deve essere corrotto. Ma non stona a me e pare anzi magnifico il suo senso naturale: *Io saccheggio, do il sacco, faccio preda,* o più semplicemente e arditamente: *Io scialo.*

[3] Il Magl., f. 55v.: *Ma di', figliuolo, che sia benedetto da Dio, quello che ti pare.* Ho aggiunto *figliuolo,* e punteggiato così, per maggiore perspicuità.

[4] Il Magl. traduce così questo dialogo (il suo variare è della *Chron.*): *Al quale dicendo uno Frate che venisse a prendere cibo, lieto molto ri-*

potius voluissem quod tam gravem *alapam mihi dedisses,* quod sanguis exivisset ». *Credendum est quod illa sanctissima anima iam sentiret, quod dilectus suus,* sicut locutus est sibi, *vellet extrahere eam de tabernaculo suo ad* fruendum *illum* gloriosissimum *thesaurum in caelis, quem ab initio suae conversionis* meruit *invenire,* supererogare et custodire. *Nam illam mortem, quam praedixit et* ex illo multo tempore *desideravit; ex hoc Dominus adimplevit desiderium suum.*

credere è che quella santa anima (già sentisse che il suo diletto volea trarla) [1] del corpo, (per)chè ella n'andasse a *quel* [2] *frutto* del cielo e a quel tesauro ch' egli avea tanto *disiderato* di trovare, dal dì che si convertì *infino a quel dì, e per quello disiderio s' era tanto affaticato.* (Però che di) [3] quella morte ch' egli avea (pre)detta e disiderata, Iddio *benignissimo* aveva adempiuta la sua volontà.

19. *Quadam* enim *vice cum quidam Frater diceret eidem* quod beatus Franciscus dixisset, *quod servus Dei semper desiderare debet mori* et finire *morte martyrii, respondit* sanctus Aegidius dicens: « *Ego,* inquit, nolo *mori* meliori morte quam de contemplatione ». *Immo quodam tempore, cum ex desiderio martyrii pro Christi amore iv[er]it* [a] *ad Saracenos, postquam*

Un dì, quando un Frate gli parlava e diceva che 'l servo di Dio sempre doverebbe avere disiderio *e sete* di morire per martirio, ed *egli* rispuose: « Io *voglio* morire *di quella morte che Iddio vuole* » [4]. Ond' egli andò un tempo a' Saracini per disiderio di morire; e poi,

[a] Dal cod. Senese, 22.

spose: « Questo è, figliuolo, ottimo cibo ». E il Frate, quasi tentandolo, rispose: « Di cotali cose non è da curare, padre; ma vieni, che tu mangi ». E il santo, non portando lievemente la risposta, disse: « Non dicesti bene, fratello; più tosto di certo arei voluto che insino all' esparsione del sangue m' avessi fortemente percosso ». [1] Il RICC.: *anima dovesse, com' ella fu tratta del corpo.* La *Chron.* da questo punto alla fine del paragrafo compendia; e non serve. [2] Il RICC.: *alque.* [3] Il RICC.: *Ma quella morte* ecc. È accomodato alla meglio ciò che neppur nel latino è molto chiaro.

[4] Il MAGL.: *Ma una volta dicendogli uno Frate che santo Francesco aveva detto che 'l servo di Dio sempre doverebbe desiderare per martirio la vita finire, egli rispose: « Io non voglio morire di migliore morte che di contemplazione ».* E conserva la sua fedeltà anche nel periodo seguente: *Anzi in altro tempo, quando per desiderio del martirio, per amore di Cristo, egli era ito a' Saracini, da poi che fu ritornato e meritato di salire all' altezza della contemplazione, disse: « Io non vorrei* ecc.

reversus fuit et meruit ascendere ad culmen contemplationis, ait: « *Noluissem,* inquit, *tunc mori morte martyrii* ».

20. *Prope obitum suum coepit fortiter febricitare, et ex nimia anxietate tussis et dolore capitis et pectoris non poterat comedere et dormire nec quiescere, sed super lectum Fratres* die noctuque *portabant ipsum, ut quietem inveniret* [a]. *In vigilia vero S. Georgii martyris, nocte illa, hora matutinali, cum Fratres sic ipsum super lectum portarent, posuerunt* caput eius super lectum, *et sic quasi videbatur quiescere* [b]; *sine tractu, clausis oculis et ore, tunc rapta est illa sanctissima anima ad supernam patriam transmissa.*

O sancte Aegidii et revera sanctissime, qui eodem die, quo Dominus te inspiravit et adduxit ad beatum Franciscum, ut imitareris eum, et ipse illo die *te induit vestimento religionis; revolutis quinquaginta* duobus *annis, illo* eodem *die* Dominus *te perduxit* ad societatem [c] civium supernorum!

tornato che fu, meritò di salire a somma contemplazione, e disse così: « Io non vorrei allora essere morto di morte di martirio ».

Appresso alla morte sua, *ivi a pochi dì,* incominciò ad avere febbre [1] per grande ansietà di tossa e di dolore di capo e di petto, e non poteva mangiare nè dormire nè riposare, ma sopra il letto suo i frati il trasportavano per dargli riposo. Nella vigilia [2] di santo Giorgio martire, nell' ora del mattutino, i Frati portandolo così sopra letto, e mostrando egli che si riposasse, sanza alcuno tratto di morte chiuse gli occhi e la bocca, e fu portata quella santissima anima a Paradiso [3].

(O santo Egidio e veramente santissimo, che il medesimo dì nel quale t' ispirò) e hatti menato Iddio a santo Francesco acciò che tu il seguitassi, e te vestì di riligiosi vestimenti; dopo cinquanta *tre* anni, in quel dì *che tu venisti a far penitenza, sì* t' ha tratto di peni*tenza* e menatoti *a requie!*

---

[a] Qui la *Chron.* inserisce alcun che dei Perugini i quali sentono che muore un santo. E poi riattacca: « In vigilia » ecc.

[b] Non si può negare che il RICC. qui ha tagliato corto, alla brava, sulle perplessità che lascia il testo latino. Lemmens, 62, ha: *eum sic portarent, posuerunt eum super lectum et sic quasi sine tractu.* Il cod. Senese, come Seton, poi: *posuerunt eum super lectum et sic quasi videretur quiescere sine tractu.* E, per ora, si dà la palma al RICC.

[c] Ho preferito il « societatem » del P. Lemmens, 62, al « civitatem », che mi pare una scorsa più che una variante, del Seton, 86, dove nulla è notato in proposito.

---

[1] Si capisce che, per rimettere le cose al posto, basterebbe portare qui l' *e* che, più sotto, è davanti a *non.* [2] Il RICC.: *vilia.* [3] Il RICC.: *Paradiso. E àtti.* Ho preso ciò che si poteva dal MAGL., che poi in questo paragrafo non soccorre più.

Quaedam persona sancta vidit per visionem, quod Dominus cum militia Angelorum et animarum sanctarum obviavit et occurrit *illi in aëra antequam* [a] *caelum ascenderet, et cum honore et cantico Angelorum assumpsit eum.*

Usque [b] *modo scripsimus aliqua, quae notavit frater Leo socius beati Francisci. Amodo scribemus aliqua, quae notaverunt socii et familiares eiusdem sancti fratris Aegidii, de multis* pauca valde notabilia.

Alcuna [1] santa persona vide in visione che il Signore, con ischiere d'Angeli e d'anime sante, lo *menarono* [2] in aria innanzi che salisse in cielo, e con onore e gloria e canto d'Angioli ne portorono quell'anima.

Quello che noi abbiamo scritto *e quel che noi abbiamo notato,* sì lo iscrisse frate Leone, il compagno di santo Francesco. Oggimai scriviamo certe cose ch'hanno notate i suoi compagni, delle molte cose *trattene poche sopra le virtù, le quali sono scritte di sopra.*

(Quaracchi).

P. Benvenuto Bughetti, O. F. M.

---

[a] Così va certamente (vedi la traduzione) corretto il codice Senese, AFH VIII, 22, dal quale soltanto il Seton ha preso l'aggiunta: « anno quo caelum ascenderet ».

[b] Quest'ultimo paragrafo è solo in Lemmens, 65, portato in nota dal codice di S. Isidoro, il quale lo pone in fine di « quaedam verba fr. Aegidii ».

---

[1] Il Magl.: *Una.*

[2] Il Magl., benchè su altro testo, suggerisce: *gli si fecero incontro.*

DE QUIBUSDAM OPERIBUS FR. NICOLAO GLASSBERGER

RECENS ATTRIBUTIS

De Fr. Nicolao Glassberger, Provinciae Argentinensis seu Alemanniae superioris alumno et Ordinis chronista celebratissimo, usque ad editionem eiusdem Chronicae apud *Analecta Franciscana*, II [1], (AF), parum vel certe nihil accuratum innotuerat. Editores eius Chronicae in praefatione, quae de auctoris vita et operibus sciri poterant, laudabili cura congesserunt. Eos secutus est repetendo et supplendo H. Boehmer [2]. Antiquiores quidem Ordinis rerum scriptores et bibliographi chronistam nostrum non ignoraverunt, sed praeter nomen et unum alterumve ex eius operibus nihil de eo tradere poterant [3].

Nuper vero, auctoribus W. W. Seton [4] et P. Lehmann [5], duo libri prodierunt, in quibus hucusque ignota vel non attenta opera eidem Nicolao Glassberger vindicantur. Cum quaestio rem litterariam franciscanam non parum contingat, de novis operibus hic referre et dictorum auctorum, quan-

(1) Ad Claras Aquas 1887.

(2) *Chronica Fratris Iordani* (*Collection d'études et de documents*, VI), Paris 1908, p. XXV-XLIX. Iam S. Riezler, *Die literarischen Widersacher der Päpste zur Zeit Ludwig des Baiers*, Leipzig 1874, passim usus est Chronica Glassberger et p. 305-310 quaedam excerpta germanice vertit. G. F. C. Evers, *Analecta ad Fratrum Minorum Historiam*, Lipsiae 1882, 4-72, Chronicae initium (1206-1262, AF II, 1-76) praemissis paucis, 1-3, de auctore et opere, pariter dedit.

(3) Hos auctores cf. AF II, p. VI; XI.

(4) *Some new Sources for the Life of Blessed Agnes of Bohemia*... (*British Society of Franciscan Studies*, Aberdeen 1915 (separatim London 1915), 35-44; (cf. AFH XIII, 1920, 243-45).

(5) *Mittelalterliche Handschriften des K. B. Nationalmuseums zu München* (Sitzungsberichte der Königlich Bayerischen Akademie der Wissenschaften. Philosophisch-philologische und historische Klasse. Jahrgang 1916, 4. Abhandlung), München 1916, 41-43.

tum fas est, sententias propriis studiis fulcire aut, ut casus tulerit, infirmare liceat.

Ad sequentium faciliorem intelligentiam pauca de vita et operibus ipsius Glassberger sunt praemittenda.

Fr. Nicolaus Glassberger de Moravia a. 1472 Ambergae, in hodierna Bavaria, habitum S. Francisci apud Observantes suscepit (1). Basileae a. 1475-76 studiis vacasse videtur (2). A. 1479 unacum socio parentes invisit Olomutii et cum Hussitis in Bohemia disputavit (3). Post 1479 iterum moratus est Ambergae, deinde Monachii et ab a. 1483 Norimbergae (4), ubi a. 1508 obiit uti nunc ex Necrologio Prov. Argentinensis certo scimus (5). Munus confessoris ibidem in monasterio S. Clarae exercebat. Opus principale, scil. *Chronicam* Ordinis ibi scripsit magna pro parte a. 1508, ut pluries refert (6), Boehmer (7) vero totum opus intra 1506 et 1509 compositum fuisse opinatur, quod, quantum ad 1509 attinet, falsum est, rectius forsan 1506-1508 dicendum. Transcripsit et auxit ibidem *Chronicam 24 Gen.* a. 1491 (8). Demum edidit Norimbergae apud Koberger a. 1498 confratris Ludovici de Prussia *Trilogium animae* (9), cui, parti III, c. 6, proprium opusculum contra Philippum Bergomensem inseruit, vid. *Quaeritur utrum beatus Franciscus fuerit discipulus praedicti Ioannis Boni eremitae et utrum fuerit professus Ordinem et regulam fratrum Eremitarum S. Augustini* (10).

---

(1) AF II, 452. (2) Cf. l. c., 460-61. (3) L. c., 467-69.

(4) Boehmer, p. XXVI. (5) AFH II, 1909, 673; AF VI, 264, lin. 22.

(6) AF II, 285; 452; 456. (7) Pag. XXX, not. 1.

(8) Boehmer, p. XXIX; AF III, p. XVI.

(9) AF II, p. IX; Parthenius Minges, *Das Trilogium animae des Ludwig von Preussen,* in: *Franziskanische Studien,* I, 1914, 291-311, praesertim 300-01, ubi patet Nic. Glassberger proprio marte etiam Philippi Bergomensis errores circa historiam politicam Bohemiae correxisse.

(10) Eadem quaestio tractata est c. idem tempus a Mariano Florentino; cf. *Luce e Amore,* IV, 1907, 362; similis tractatus adest in Cod. Vallicellano H, 52, Romae; cf. *Misc. Franc.* I, 21. Wadding postea longius ea de re disseruit: *Apologeticus de praetenso monachatu Augustiniano sancti Francisci...,* Matriti 1625, in 4°, pp. 125. — Editio 3a, Lugduni 1641, in 12°, pp. (XVI)-375, quae et in *Annal.* II², 443-596. Wadding expressis verbis citat Ludovicum Prutenum, qui uti ex dictis liquet, in casu nostro est Nic. Glassberger.

Haec sunt quae de Nicolai Glassberger vita et operibus antehac sciri poterant. Videndum nunc est quid novi addere valeamus.

I.

Notum est problema de *Maiori Chronica*, quam Glassberger in propria Chronica (p. 15, 58, 83, 84) aliquando citat, semel quidem ita ut opus esse ipsius citantis citra dubium poni videatur. Narrata enim ad a. 1271 Davidis ab Augusta morte et enumeratis operibus eius, prosequitur, 83: « ut clarius habetur in eius Legenda, quam in maiori chronica posui ». Ex alia parte Glassberger, ut supra dictum est, transcripsit Chronicam 24 Gen., quam hinc inde modificavit, cuique in eodem codice novos textus addidit. Conservatur hoc exemplar Hallis in Tyrolio, in conventu FF. Min. (1). Editores igitur Collegii S. Bonaventurae vix ancipites haeserunt, credentes a Glassberger Chronicam 24 Gen. sub maioris chronicae nomine adduci (2) et idem firmius etiam in praefatione ad eamdem Chronicam 24 Gen. (AF III) asseruerunt (3): « Textum ita mutavit, inquiunt, ut iure ista Chronica *sua* vocare posset, sicut iterato fecit ». Boehmer (4) et in hoc editoribus plene assensit.

Sed ceteris interim omissis, praecise ille locus, ubi verbo *posui* utitur Glassberger, nullo modo quadrat cum Chronica 24 Gen. Apud Glassberger, AF II, 83, enim agitur de Fr. David ab Augusta (5), de quo in Chronica 24 Gen., AF III, 239, duae tantum lineae habentur, nec refertur in codice Hallensi plus haberi. Nimis confidenter igitur editores saltem in hoc loco ad Chronicam 24 Gen. amandari opinati sunt.

Seton (6) quaestionem reassumendo dissidium modo tactum non advertit, sed novum factum detexit. Vidit enim locum quemdam apud Glassberger, AF II, 57–58, de B. Agne-

(1) Quae codex continet, accurate describuntur a Boehmer, p. xxix s. Plura edita fuere in AF III, 617-665.

(2) AF II, p. x. (3) BF III, p. xvi. (4) Pag. xxx.

(5) Editores de Legenda Bertholdi de Ratisbona agi assumere videntur, et sic etiam Seton, 35, quo in casu utique conciliatio facilior esset.

(6) *Some new Sources,* 35 ss. Quaestionem antea iam tractaverat ap. AFH VIII, 1915, 359-63.

te Pragensi, in cuius fine additur: « eius virginis vita et modestia ac sanctitatis et miraculorum gesta singulari Legenda in maiori chronica exprimuntur », verbotenus cum Legenda latina B. Agnetis ab ipso Seton edita concordare. Sed Glassberger et in Chronica 24 Gen. a se transcripta et aucta Legenda B. Agnetis partim usus est (1).

Res igitur magis intricata evasit, quando Seton gressum ad novam eamque inexspectatam solutionem fecit.

Dudum enim prodiit catalogus codicum, qui olim docti cuiusdam viri, Ceroni nomine, ex Italia oriundi, in Hungaria nati, (1753–1826), erant, postea vero, a. 1845, in Archivum regionale *(Landes-Archiv)* Brunnae (*Brünn*, in Moravia) translati sunt, ubi nunc usque conservantur. Eos codices ample descripsit B. Dudik (2). Inter eos invenitur codex, LIX (nº 292 collectionis Ceroni) chart. saec. XV, pp. 352 in-4º, cui titulum: *Nicolai de Bohemia Chronicon Bohemiae* Dudik indidit (3). Iuxta Dudik agitur forsan de duobus operibus, sed mea sententia, potius de unius operis duabus partibus, quarum prior introductio est ad secundam. Etenim p. 3–4 habetur *Situs civitatum Bohemie*, cui succedunt paginae textu vacantes. Deinde p. 13 legitur: *Incipit maior Cronica Boemorum moderna.* Chronica ab origine (fabulosa) Bohemorum exorditur et usque ad an. 1310 pertingit, explicitque p. 349: *Hec facta sunt ad nove sponse gloriam et honorem. Et ad vesperum benediccione previa sponsus et sponsa...* Sic desinit Chronica in media sententia, et pp. sequentes 350–352 vacant. Codex igitur sive ab auctore sive ab amanuensi non est completus. Dudik codicem esse originalem auctoris reputat. Sed antequam in codicis et operis examine prosequamur, audiamus prologum, ut initio codicis habetur atque a Dudik refertur (4).

Ex Bohemorum Regum Spectabili ac Illustri prosapia oriundo sibique plurimum Serenissimo principi Domino Iohanni Marchioni Mantuano frater Nicolaus natus de Bohemia,

---

(1) AF III, 183, nota 7.

(2) *J. P. Ceronis Handschriften Sammlung* (*Mährens Geschichtsquellen*, hrsg. von Dudik, I) Brünn 1850, in 8º.

(3) Codex a Dudik l. c. describitur, p. 418-439. (4) L. c., 419.

educatus in Moravia, ordinis Minorum de observancia minimus, promptam ad sua beneplacita voluntatem.

Dum, Serenissime princeps, causa devocionis pridem Conventum nostrum in urbe imperiali Nurenberg visitastis, interrogatus ego minimus a dominacione vestra de Kunsza, seu Kunsack, quod consistit in provincia Bohemie. Sed quia propter perfidiam hussitarum situs Civitatum Bohemie et similiter castrorum et opidorum nomina sunt immutata et etiam aliqua in Regno Bohemie loca et civitates desolate et presertim monasteria olim a Regibus fundata funditus etiam eversa: Ideo statui modernum situm breviter in hanc cartam redigere. Suscipiat igitur dominatio vestra non historiam prosecutam... sed tantum nomina preprimis in nostra lingua pronunciata, que valde dissona sunt ab Italorum lingua. Ideo raro Italorum historiographi concordant cum Alemanis, quia nomina ipsorum ignorant. Quapropter sepe a virtutis (1) *tramite propter similitudinem verborum vel apparenciam deviant. Sed nunc redeo ad narracionem ipsius Situs terre, de quo sic legimus...*

Tenor huius Prologi tales nominum et locorum circumstantias exhibet, ut dubitare non possimus, quin revera de Nicolao Glassberger agatur deque eius opere. Nam Glassgerber alibi « Nicolaum de Moravia » se dicit, erat Frater Minor de Observantia, Norimbergae commorabatur, plurimum ei historia bohemica cordi erat, ut Boehmer (2) clare ostendit.

Quoad vitam ipsius Glassberger novum quid e relato Prologo discimus, eum natum esse scil. in Bohemia *(natus de Bohemia)* sed educatum in Moravia. Hucusque natus in Moravia, et quidem oriundus Olomutio, iuxta Boehmer (3), credebatur, nunc vero Olomutii in Moravia educatus potius dicendus erit.

Sed quis est ille Iohannes marchio Mantuanus, quem auctor in Prologo alloquitur? Eum Iohannem Franciscum Gonzagam esse, cui imperator Sigismundus a. 1432 marchionis titulum concessit, opinatus est Dudik (4), qui prosequitur: Cum autem iste primus marchio, omnibus chronistis consentientibus, a. 1444 mortuus sit, ceterum in tota Gonzaga familia marchionali nemo huius nominis occurrat, ipse tempus quo composita forsan fuerit ista Chronica nobis indicare potest.

---

(1) Melius *veritatis*. (2) Pag. XL-XLIII.
(3) L. c., p. XXVI; cf. AF II, 467-69. (4) Pag. 420.

Ex quibusdam factis, quae in tempore praesenti narrantur *(tenet, est)*, Dudik deinde annos 1432–1436, accuratius a. 1436, operi voluit assignare. Ipse Ceroni p. 1 codicis adnotavit, Nicolaum c. a. 1440 in conventu Norimbergensi vixisse. Quod si haec vera essent, de nostro Nicolao Glassberger agi non posse clarum est.

Seton econtra Iohannem illum marchionem credit esse Iohannem Franciscum Gonzagam quartum Mantuae marchionem, nat. 1466, qui 1484–1519 regnavit ([1]). Sed, quod in Dudik iuste observari iam potuisset, valet et hic, in Prologo nempe marchionem dici Iohannem, non vero Iohannem Franciscum.

Quis igitur ille est Iohannes? Nullus alius nisi frater Iohannis Francisci a Seton adducti, Iohannes Gonzaga scil., fundator stirpis Gonzaga di Vescovado ([2]). Quod si obiiciatur ipsum non regnasse, proinde marchionis titulum non habuisse, respondendum ex Litta ([3]): a tempore quo marchionis titulum obtinuerunt Gonzaga, omnia huius familiae membra individua titulum marchionis portabant.

Si fata huius Iohannis inspicimus ([4]), multa optime quadrant cum eis quae ex Prologo discimus. Natus a. 1474 patre Friderico I et matre Margarita de Bavaria, partes amplexus est imperatoris Maximiliani I. Cum a. 1499 Ludovicus XII rex Galliae Mediolanum expugnasset, Iohannes aufugit et nonnisi a. 1502 in rebus publicis Italiae iterum apparet. Litta eum illo intervallo 1499–1502 domi (Mantuae) fuisse credit. Sed verius hoc tempore in comitatu imperatoris in Germania fuit. Praecise a. 1500 diaeta imperialis Norimbergae habita est ([5]), et Iohannem eo tempore Norimbergae fuisse et devotionis causa conventum Frat. Min. visitasse, ex Prologo allegato valde veri simile mihi videtur.

([1]) Seton, 44.

([2]) Gratias ago Alexandro Luzio, qui hunc primum mihi indicavit.

([3]) *Le famiglie nobili d'Italia*, Famiglia *Gonzaga di Mantova*, Tav. III: « D'allora [1432] in poi tutti gli individui di casa Gonzaga portaron il titolo di Marchesi ».

([4]) Cf. Litta, l. c., Tav. IV, et *Gonzaga di Vescovado;* Moreni, *Le grand Dictionnaire historique*, IV, Paris 1745, p. 589, col. 2.

([5]) AF II, 523.

Obscurum remanet, cur Iohannes ex auctore notitias « de *Kunsza* seu *Kunsack* quod consistit in provincia Bohemie » quaesiverit. Dudik in Kunzak seu Königseck vel prope hunc locum monasterium monialium fuisse et Iohanni Sororum quamdam notam, suspicatur, quod confirmatur ex eo quod auctor de monasteriis in Bohemia eversis loquitur. Insuper notari posset — Dudik id neglexit — quod auctor hic non de Bohemiae regno, sed de provincia loquitur; intendere igitur videtur provinciam religiosam. Nihil aliud inveni, quod dictam hypothesim Dudik confirmare posset, nisi quod filia ipsius Iohannis Genoveva, nata 1497, sub Angelica nomine in monasterio S. Pauli seu Corporis Christi Mantuae Clarissa facta est et in odore sanctitatis a. 1570 mortua est (1). Cum eo tempore liberi ab incunabulis claustro saepe devoverentur, optime fieri potuit a. 1500 Genovevam Ordini Clarissarum iam destinatam fuisse, imo in monasterio quodam iam tum moratam esse. Sed hoc Iohannis curiositatem circa monasterium in Bohemia situm vix explicaret.

Quare alia via ingredienda est ad solutionem quaerendam. Glassberger in citato Prologo de origine — an vera vel ficta, hic parum interest — Iohannis e regibus Bohemiae loquitur, quam notitiam ab ipso Iohanne procul dubio accepit. Data autem hac persuasione, plane consentaneum videtur illustrem virum, cum Bohemo Nicolao Glassberger occurreret, de maiorum terra originis sermonem fecisse, deque uno vel altero loco, cum generis fatis forsan connexo, prae ceteris inquisivisse.

Iohannes a. 1519 feudum *Vescovado* acquisivit, quod Carolus V a. 1521 confirmavit; inde ipse caput et stipes familiae Gonzaga di Vescovado effectus est (2). Supremum diem obiit a. 1525. Huic ergo « Fr. Nicolaus natus de Bohemia, educatus in Moravia » opus suum dedicavit, ad quod nunc redeundum.

---

(1) Moreni, l. c. IV, 589, col. 3; Gonzaga, *De origine seraphicae Religionis*, Romae 1587, 317-18. — De antiquiore sorore Angelica Gonzaga in eodem monasterio in odore sanctitatis mortua cf. Wadding ad a. 1481, n. 13 (XIV², 268); Artur, *Martyrologium Franciscanum*, ed. 2, Paris. 1653, 286-87.

(2) Cf. etiam N. Portalupi, *Sulla legittimità dei principi Gonzaga della linea di Vescovato*, Milano 1871.

Fasciculi codicis Brunnensis iuxta Dudik (1) ita dispositi sunt, ut sexterniones formentur, quae quidem in singulis sex prioribus foliis littera alphabeti, addito numero progressivo arabo, signantur, ex. gr. *a 1*, *a 2* etc. usque *a 6* in primo fasciculo; in secundo fasciculo *b 1*, *b 2* etc. Incipit igitur codex cum *a 1* et cum *pg 4* terminat. Haec cum apud Dudik Monachii legissem, adivi unicum codicem Chronicae Glassberger, in Archivo provinciali Frat. Min. Monachii asservatum. Et ecce plane eadem ibi fasciculorum dispositio et rubricatio. Singulae sexterniones signantur atramento rubro in prioribus sex foliis, in imo margine *a 1*, *a 2* etc. usque *a 6*. In secunda sexternione *b 1* etc. Hoc systema in codice Monacensi praevalet a f. 8 usque f. 245. In sequentibus foliis, 246–298, vestigia eiusdem usus inveniuntur, sed litterae ibi atramento nigro scriptae sunt, et forsan maior pars earumdem resecata est, cum codex ligaretur (2).

Est praedictum particulare omnino characteristicum, quod dictis circumstantiis prae oculis habitis, clare monstrat duos codices sub uno opifice, sive ipso auctore sive amanuensi eius, exortos esse. Habemus igitur hic argumentum velut materiale Chronicam maiorem Bohemiae Fr. Nicolai de Moravia opus esse Fr. Nicolai Glassberger. Insuper sicut codex Brunnensis a Dudik originalis seu prototypus auctoris habetur, ita contra editores Chronicae (3), codex Monacensis originalis deinceps dicendus erit, quod utique ipsum esse auctoris autographum non necessarie implicat. Comparatio inter codices Monacensem et Brunnensem quoad scripturam hac in quaestione utilis evadere poterit.

Cum comune Asisii vellet hospitale in onorem Dei et utilitatem pauperum edificare in burgo dicte civitatis extra portam S. Francisci iuxta domum inferiorem d. Bruni infra [h]as signaytas, cui a I domus et ortus dicti d. Bruni, a II via per quam ytur ad portam que est iuxta domum Criscii Benvençonis, a III via per quam ytur ad S. Petrum sub Asisio, et in dicto loco dictum hospitale facere non posset occasione cuiusdam indulgentie concesse Fratribus b. Francisci seu loci S. Francisci per summum Pontificem; ideo fr. Illuminatus (²), *Minister provincialis totius amministrationis provincie b. Francisci, auctoritate sibi concessa a Fratribus dicti loci, dedit licentiam et liberam potestatem Ubertino d. Nepolionis syndico comunis Asisii dictum hospitale infra dictas signaytas edificare predicto Comuni, dummodo domus dicti hospitalis non possint fieri ab angulo domus predicti d. Bruni, neque a dicta via per quam ytur ad portam que est iuxta domum Criscii superius, neque cum ipso hospitali vel domibus ipsius venire ad stratam per quam ytur ad S. Franciscum, neque in ipso hospitali facere ecclesiam vel oratorium sine consensu Fratrum loci S. Francisci. Quam concessionem per dictum fr. Illuminatum factam dictus syndicus nomine dicti Comunis acceptavit et promisit sub pena mille libr. den. et obligatione bonorum dicti Comunis.*

Actum in burgo S. Francisci ante domum Andree Cantosti Assisii. pp. d. Attone capit. populi et comunis Assis., Iacobo d. Caserdonii, Piçonto Iohannis, Passare Petri, Punto d. Iohannis et Pagano d. Raynerii tt.

Anno MCCLXXVIII, ind. VI, die XII exeunte semptembri.

Congregato Consilio generali et speciali tam populi quam comunis civ. As[sisi]i, rectoribus, sindicis artium et consulibus mercatorum civ. Assisii in palatio dicti Comunis; in quo Consilio d. Fantisinus de Matelica iudex dicti Comunis, de mandato d. Andree de Calandrinis vicarii in dicta civitate per d. Petrum Sundum de Tostis proconsulem romanorum potestatem civitatis predicte, et presente et volente d. Gallico vicario d. Vite de Anania capitaneo populi dicte terre, proposuit quod ipsi Consilio placeat, cum ecclesia beati Franc. et ipsius capitulum habeant a summo Pontifice privilegium speciale.

Lecto in eodem Consilio et audito a me notario infrascripto, quod nulla ecclesia, oratorium, monasterium vel hospitale construatur longe a dicta ecclesia seu loco b. Francisci vel infra per trecentas cannas, et quod longe a dicto loco seu ecclesia per dictam mensuram per aliquam ecclesiasticam seu secularem personam edificari non possint nec debeant, et quod nullus nec aliquis de dicta civitate vel districtu audeat vendere, per-

(¹) Sub regesti forma.

(²) De Theate in Aprutio; Bartolomasi, *Series* cit., 13. Postea, ut infra, episcopus Assisii, 1273-†1280 vel 1281: Eubel, *Hierarchia*, I², 114.

mutare, donare nec alienare nec alio quocumque modo concedeve alicui speciali persone, clerico neque laico vel Ordini nec alicui loco religioso vel seculari aliquas domos, casalena nec terrenum aliquod in quo possit edificari aliquis ex dictis locis vel aliquis alius locus ecclesiasticus; et si quis contrafaceret puniatur per Potestatem et Capitaneum et perpetuo de ipsa civitate et comitatu Asisii exbanniatur, nec a condempnatione possit aliquatenus appellari; et quod predicta omnia habeantur pro stantiamento et ordinamento populi et Comunis; et quod contra predicta non possit in posterum per aliquem officialem Comunis proponi nec consilium reformari nec etiam per aliquem arengari, pena C libr. den.; et predicta omnia fuerunt proposita et etiam reformata ad petitionem ven. patrum d. fr. Illuminati episc. Assis. et Ministri provinc. (1) *Ordinis fr. Min. et Custodis loci eiusdem b. Francisci Assinat.; facto partito, placuit toti Consilio, nemine discordante, secundum quod in dicta propositione plenius continetur.*

Actum in palatio comunis Asisinat., pp. d. Tudino d. Ioannis, Latino Valerii, Francisco d. Leonardi, Iohanne Beraldi, Egidio de Lone, Nicholao Iacobi, Angelo Cognoscentis et Angelo mag. Raynerii, tt.

Instr. II, 29. — *Originale. In dorso:* Quod nulla persona de Assisio possit vendere vel donare aliquam domum alicui religioso de Ordine [...].

567.[1] *1322, 2 decembris.*

* *In nomine Domini, amen. Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti syndacatus seu procurationis cum die et consule, scriptum manu Angeli d. Raynerii not., cuius tenor talis est:*

In nomine Domini, amen. Anno eiusdem a nativitate millesimo tricentesimo sexto decimo, ind. quartadecima, tempore d. Ioannis pape vigesimi secundi, die II decembris, Fr. Andreas d. Farcate (2), *Custos Fratrum b. Francissci de Asisio, ex auctoritate sibi et Ministris et Custodibus Ord. b. Franscissci concessa per privilegium ss. patris olim bone memorie d. Niccolay pape IV, in quo continetur quod quecumque persone nominate fuerint ab ipsis Ministris et Custodibus essent legitimi procuratores, syndici, yconami, actores et legitimi administratores dicti Ordinis et Fratrum eiusdem Ordinis ad omnia et singula facienda et procuranda et exercenda pro dicto Ordine et Fratribus dicti Ordinis, de quibus fit mentio in privilegio et copia ipsius privilegii infrascripta; ideo dictus religiosus vir fr. Andreas Custos predictus nominavit et fecit in suum et dicti Ordinis et nomine et vice omnium Fratrum sue Custodie et in ipsa Custodia residentium et in locis et pro locis ipsius Custodie mag. Paulum mag. Guidonis Uguictionis presentem et hoc mandatum sponte suscipientem, non recedendo propterea ab aliis procuratoribus, syndicis, yco-*

(1) Eo anno Minister prov. erat fr. *Michael Angelus de Perusio:* Bartolomasi, *Serie* cit., 14; cf. supra nr. 565[1], not. 1.

(2) « De Galliano castro Hydruntino in regno Neapolitano ». Postea, ann. 1328-31, Minister prov.: Bartolomasi, *Series* cit., 17.

namis, actoribus et administratoribus factis et nominatis per dictum Custodem, sed potius confirmando, ad omnia facienda et exercenda in curiis et extra curias in dicta sua Custodia et pro locis et Fratribus ipsius Custodie et causis et negotiis eorum, prout in ipso privilegio continetur et in copia ipsius privilegii infrascripta, suum verum et dicti Ordinis et Fratrum omnium et singulorum commorantium in custodia b. Francisci procuratorem, factorem, syndicum, yconamum, administratorem et legitimum responsalem ad omnia facienda et libere exercenda que in dicto privilegio continentur.

Cuius privilegii tenor talis est:

Niccolaus *etc.* Religionis favor *etc.* anno tertio.

Que lictere bullate erant bulla plumbea pendenti cum seta çalla et rubea et in ipsa bulla erant [*etc.*].

Qui fr. Andreas Custos predictus, auctoritate dictarum licterarum sibi et aliis concessa Ministris et Custodibus dicti Ordinis a dicto summo Pontifice, nominavit et fecit suum et dicti Ordinis et Fratrum dicti Ordinis in tota sua Custodia et Provincia sibi commissa dictum mag. Paulum, ut dictum est supra, procuratorem, syndicum, actorem, yconamum, administratorem et responsalem in omnibus litibus et questionibus que ipse et dicti Fratres sue Custodie habent et habituri sunt cum quibuscumque personis tam in agendo quam defendendo in curiis et extra curias dicte Provincie et coram offitialibus ipsarum curiarum, ad omnia et singula que fuerint opportuna et que in dicto privilegio continentur, promictens dictus Custos ratum et firmum habere quicquid per dictum mag. Paulum factum fuerit in predictis et circa predicta et quolibet predictorum, sub obligatione bonorum dicte ecclesie b. Francissci.

Actum Asisii apud ecclesiam dicti b. Francissci in claustro ipsius ecclesie, pp. Niccolò Gentilutii et fr. Gilio Marcloni de Ordine Minorum et Ciccolo Massioli Petri Mençoni et Andrutio Pucii Gregorii tt. rogatis.

Ego Angelus magistri Raynerii auct. imp. not. hiis omnibus interfui rogatus, scripsi et autenticavi.

Ego Niccola mag. Thome de Asisio imp. auct. not., prout inveni in dicto instr. manu dicti Angeli not. scripto, ita hic fideliter exemplavi et dictum exemplum una cum mag. Iacobo Çutii not. de Asisio abscultavi ipsumque cum suo originali concordare inveni; ideo de mandato, licentia et auctoritate d. Guidonis de Corte iudicis maioris summe causarum civilium civ. Asisii meumque singnum apposui consuetum. Qui iudex per d. Baleonem Phylipputii de Perusio potestatem civ. Asisii suam et comunis Asisii auctoritatem interposuit anno MCCCXXXIII, ind. I, die XVI ianuarii, ad bancum iuris, sub porticu palatii comunis Asisii, pp. Nanne Coci, mag. Iohanne Cecce et Iolo d. Iuncte de Asisio nott.

Instr. III, 26. — *Exemplum auth.* — *In dorso:* « Instrumentum procuratorium mag. Pauli mag. Guidonis ».

569.[1] *1374, 10 octobris - 15 novembris.*

1. * *Infrascripta* (¹) *sunt acta actitata in causa vertenti inter d. fr. Thomam episc. Assisinat.* (²) *canonicos, capitulum et conventum maioris ecclesie Ass. et ecclesiarum curatarum rectores civ. et districtus Ass. ex una parte agentes, et Fratres, capitulum et conventum loci S. Francisci de Assisio ex altera parte deffendentes, coram d. Nicolao episc. et principe Firmano, generali auditore et ad infrascripta commissario rev.mi d. Geraldi abbatis maioris monasterii Turon. vicarii infrascripti etc., nec non testimonia inducta pro parte dictorum Fratrum super infrascriptis articulis et eorum dicta et attestationes, scripta et publicata manu mei Anthonii not. infrascripti sub MCCCLXXIIII, ind. XII, sub diebus, locis et mensibus infrascriptis.*

2. *Geraldus, Dei gratia abbas maioris monasterii Turon., alme Urbis, patrimonii S. Petri in Tuscia, ducatus Spoletan., Campanie, Maritimeque provinciarum nec non Perusin. et nonnullarum civitatum et terrarum romane Ecclesie in Italia consistentium pro d. nostro Papa et eadem Ecclesia in temporalibus vicarius generalis, rev. in Christo patri et d. d. Nicolao episc. Firman. salutem in Domino.*

Dilectorum in Christo Fratrum, capituli et conventus loci b. Francisci de Assisio Ordinis Min. oblata nobis petitio continebat quod ipsi ex antiqua et absque interruptione servata consuetudine contra episcopum, ecclesiam catredalem, canonicos et capitulum et alias parochiales ecclesias civ. Assis. earumque rectores legitime prescribente legatorum et relictorum ecclesie, capitulo et conventui seu Fratribus dicti loci factorum a defunctis qui apud locum eumdem mandaverunt eorum corpora seppelliri et funeralium quorumcumque, preter medietatem cere que data fuit eis in funeribus predictorum, ipsis rectoribus et ecclesiis non solverunt canonicam portionem, non credentes dicte prescriptionis vigore ad exsolvendum eis aliquid nisi prout premictitur se teneri. Cum autem Fratres, conventus et capitulum supradicti, tam propter mortem antiquorum quorumdam vitam nunc in humanis agentium qui sunt de premissis plenarie informati, quam ipsorum absentiam, dubitent ne futuris temporibus eis subtrahatur facultas probandi consuetudinem memoratam, si quo tempore eam probandi onus eis incumberet, nobis humiliter suplicarunt ut, ne veritas negotii huiusmodi occultetur et probatio ex premissis et aliis fortuitis casibus non deficiat memo-

---

(¹) Ne geminorum documentorum eiusdem argumenti prius ineditum, alterum vero incompletum remaneat, neve facti notitia manca habeatur, huius causae de quarta portione funeralium inter Clerum Assis. et Fratres Minores sacri Conventus actae prius quoque Registrum, quod nullam Bullam continet, alteri praemitto; utriusque partes numero distinguens, quas inter, quae ad regestorum rationem contractae sunt, asterisco praenotantur. Verba a me addita inter uncos quadros inseruntur.

(²) Thomas Racani de Amelia, iam Min. prov. S. Francisci 1368-69; episc. Assis. 1369-† non ante 1375 (cf. infra nr. 569²): Bartolomasi, *Series*, 19; *Disamina*, 288s.; Eubel, *Hier.*, I, 114. De eo cf. etiam AFH X, 249-59.

rata, dictorum testium receptionem et examinationem ad perpetuam rei memoriam dingnaremur commictere alicui probato viro. Nos igitur petitioni eorum suplici annuentes, auctoritate qua fungimur paternitati vestre, de qua obtinemus in Domino fiduciam singularem, commictimus et mandamus quatenus, hiis quorum interest evocatis, testes per Fratres producendos eosdem ad iuramentum recipientes, ipsos super predictis examinare cum diligentia studeatis, ad publicationem ipsorum et alios actus legitimos, prout vobis suadebit iustitia, summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iuditii processuri; super quibus omnibus vobis concedimus plenam et liberam facultatem.

Datum Perusii die X octobris, pontif. d. Gregorii XI anno IV.

G. abbas Turonensis.

* *Die XVII octobris. Exhibita fuit littera commissionis, d. Nicolao episc. et principi Firmano per fr. Ludovicum de Assisio* (1) *fratrem dicti Ordinis, qui petiit super contentis in dicta littera procedi.*

3. * *Nicolaus episc. Firmanus, auditor generalis et ad infrascripta commissarius, rev. d. episcopo Assis., canonicis et capitulo aliisque eccl. parochialium rectoribus civ. Assis. et omnibus aliis quos infrascriptum tangit negotium salutem in Domino sempiternam.*

Noveritis nos litteras commissionis recepisse, vid.:

« *Geraldus* [*etc. ut supra n.* 2]... *G. abbas Turon.* ». *Nos igitur vos et vestrum quemlibet monemus, requirimus et citamus, quatenus die iovis XVIIII mensis predicti post Vesperas, in civ. Assis., in loco monasterii S. Petri comparere curetis ad videndum iurari testes, quos nobis percipere placuerit et ipsos testes deponere super interrogationibus per nos fiendis. Datum Perusii, die XVIII octobris MCCCLXXIV.*

Die XX oct. Dominicus Iohannis de Perusio nuntius retulit d. Auditori et michi not. infrascripto se litteras suprascripti tenoris presentasse.

4. * *Nicolaus episc. et princeps Firmamus comissarius* [*etc.*], *fr. Simoni Lelli* (1), *fr. Iacobo mag. Francissci* (2), *fr. Steffano domine Pacis* (3), *fr. Iacobo Iannis* (4), *fr. Petro Iannis* (5), *fr. Iohanni Ioli* (6), *fr. Thome de Bivilio* (7), *fr. Angelo Golati, fr. Angelo Accetello, fr. Vangnolo Lippi* (8), *fr. Nicolao Santutii* (9), *et fr. Angelo de Prato, fratribus loci b. Francissci de Assisio; rev. d.* [*Thome*] *episc. Assisinat., canonicis, capitulo et conventui ecclesie Assisinat, singulisque ecclesiarum parochialium civ. Assisii rectoribus, salutem et sinceram in Domino caritatem.*

---

(1) Ludovicus mag. Francisci, postea, ann. 1378 ex parte Clementis VII, episc. Assis.: Eubel, *Hier.*, I, 114; *Disamina*, 292; Wadd., *Annales*, an. 1376, n. 8: VIII, 332.

(2) AFH VII, 340; Alessandri L., *Inventario dell'antica biblioteca del Conv. di S. Francesco d'Assisi, compilato nel 1381*. Assisi 1906, p. 3, 139.

(3) Alessandri, *Inventario*, 3, 140; Wadd., *Annales*, an. 1376, n. 8: VIII, 333.

(4) AFH VII, 340. (5) AFH VII, 338. (6) AFH VII, 339.

(7) AFH VII, 338; *Inventario*, 3, 149. (8) *Inventario*, 3.

(9) AFH VII, 340. (10) *Inventario*, 3. Inter testes non amplius recensetur.

Tenore presentium vos Fratres citamus, quatenus die sabbatina proxime ventura IIII nov. coram nobis personaliter comparere curetis ad iurandum et testimonium veritati perhibendum; vosque episcopum, canonicos nec non rectores, quatenus in dicto termino coram nobis personaliter comparere curetis ad videndum iurari dictos testes. Datum Perusii in domo nostre solite residentie, die ultima octobris MCCCLXXIV.

Die prima nov. Dominicus nuntius predictus retulit se dictos testes et alios citasse et personaliter eisdem litteras suprascripti tenoris presentasse.

5. * *Die IV novembris. Comparuit Petrutius Bicci de Assisio, sindicus et procurator Fratrum, capituli et conventus loci b. Francisci de Assisio, coram d. Auditore et produxit petitiones et articulos super. quibus petiit iurari testes et examinari. Quorum tenor talis est:*

Coram vobis d. Nicolao episc. Firmano narrat et exponit Petrutius Bicci de Assisio contra d. Thomam episc. Assisii et contra canonicos [etc.], quod iam sunt L anni et ultra et ab ipso tempore citra multi et infiniti homines et parochiani dictarum ecclesiarum elegerunt sepulturam apud ecclesiam b. Francisci et in dicta ecclesia eiusque cimiterio fuerunt sepulti. Dicit etiam quod predicti parochiani in eorum testamentis multa legata reliquerunt dicte ecclesie, quandoque legando simpliciter et indistincte, quandoque ad certos usus et pro fabrica ecclesie prelibate vel pro Missis dicendis. Dicit tamen quod de omnibus obventionibus relictis tam de funeribus quam de quibuscumque et quomodocumque relictis, etsi canonica portio que de talibus per dictos Fratres dictis ecclesiis solvi debeat foret quarta portio de iure comuni taxata, tamen consuetudo antiqua legitime tunc viguit et viget in dicta civitate et districtu quod pro predicta canonica portione per dictos Fratres solvenda de omnibus obventionibus dictis ecclesiis et etiam episcopo et ecclesie catredali, solvatur ecclesie catredali et dictis ecclesiis medietas cere tantum que cum funere talium decedentium defertur tempore quo eorum corpora ad dictam ecclesiam defferuntur. Dicit etiam quod dicta consuetudo potest legitime probari per testes qui veritatem sciunt, et quod dicti Fratres timent de morte et absentia testium predictorum, presertim propter mortalitatem et pestem que viget et viguit in partibus predictis. Quare petit per vos infrascriptos testes recipi, et ad probationem ponit capitula infrascripta:

I. Et primo quod ecclesie S. Ruffini, eccl. S. Marie episcopatus, eccl. S. Petri de Assisio, eccl. S. Pauli de Assisio, eccl. S. Agate, eccl. S. Marie de Rosa, eccl. S. Laurentii, eccl. S. Savini, eccl. S. Anthonii, eccl. S. Andree, eccl. S. Margarite, eccl. S. Stefani, eccl. S. Nicolai, eccl. S. Gregorii, que sunt in civ. Assisii;

in comitatu: eccl. S. Ruffini, eccl. S. Petri de Lucignano, eccl. S. Angeli de Oliveto, de plebatu S. Rufini;

eccl. S. Tecle, eccl. S. Angeli de Rochiciola, eccl. S. Angeli de Roccha, eccl. S. Laurentii de Torrita, eccl. S. Petri de Petrignano, eccl. S. Gregorii de Podio, eccl. S. Angeli de Bivilio, eccl. S. Fortunati de Clesina, eccl. S. Blaxii de Clesina, de plebatu S. Tecle;

eccl. S. Marie de Costano, eccl. S. Bartholomei, eccl. S. Iohannis de Acera, de plebatu S. Gostantii;

eccl. S. Venantii, eccl. S. Marie de Lulglano, eccl. S. Iohannis de Pacassato, eccl. S. Marie de Capotrecassio, de plebatu S. Venantii;

eccl. S. ... Capudaque, eccl. S. Iohannis de Grallano, eccl. S. Angeli de Gabbiano, plebatus Capudaque; fuerunt et sunt parochiales per tempus L annorum et ultra, recte et gubernate per rectores.

II-VI. Item quod dicte ecclesie habuerunt curam parochianorum, qui divina audierunt officia in dictis ecclesiis et ecclesiastica receperunt sacramenta a rectoribus.

VII-X. Item quod per predicta tempora L annorum multi parochiani elegerunt sepulturam apud ecclesiam S. Francisci; (VIII) in dicta ecclesia et cimiterio fuerunt sepulti; (IX) multa legata fecerunt; (X) (que) obvenerunt dicte ecclesie.

XI-XII. Item quod per dictum tempus continue prefuerunt sacriste, Custodes, Guardiani et Vicarii ecclesie b. Francisci; (XII) ad (quorum) manus pervenerunt omnia legata relicta ecclesie, Fratribus et capitulo.

XIII-XV. Item quod Custodes, Vicarii vel sacriste dederunt rectoribus medietatem cere tantum que defferebatur, pro canonica portione; (XIV) (quam) rectores dictarum ecclesiarum receperunt et remanserunt contenti pro omni eorum canonica portione talium legatorum; (XV) et per ipsum tempus (hec) est consuetudo.

XVI-XVIII. Item quod Custodes [etc.] *dederunt prefate ecclesie catredali medietatem cere que defferebatur cum funere parochianorum, pro omni canonica portione, et de dicta medietate fuerunt contenti episcopi, canonici et capitulum, (XVII) et per ipsum tempus (hec) viguit consuetudo; (XVIII) et de predictis est publica vox et fama.*

Nomina testium: fr. Simon Lelli de Assisio, fr. Iacobus mag. Francissci de Bictonio, fr. Stefanus domine Pacis, fr. Iohannes Ioli, fr. Angelus de Prato, fr. Iacobus Iannis, fr. Petrus Iannis, fr. Angelus Accetellus, fr. Vagnolus Lippi, fr. Thomas de Bivilio, fr. Angelus Golati.

6. * *Die IV novembris. Constituti personaliter coram dicto d. Auditore suprascripti citati fratres Symon, Iacobus, Angelus, Petrus, Vagnolus, Thomas et Angelus Golati, iuraverunt ad sancta Dey evangelia dicere et testimonium veritati perhibere super dictis articulis, presenti dicto Petrutio, et absente parte tamen citata ut supra.*

Dicto die. Qui Petrutius sindicus, cum fr. Stephanus domine Pacis, fr. Iacobus Iannis et fr. Angelus Acetellus citati non sint habiles ad comparendum et sint infirmi, petiit per d. Auditorem commicti uni cui placet sibi examinationem ipsorum et iuramentum. (Que) d. Auditor commissit michi Anthonio not. infrascripto.

Dicto die. Ser Iacobus Ientilis de Perusio procurator d. episcopi Assis., canonicorum et totius cleri Assis., ut patet manu mey Anthonii not., comparuit coram d. Auditore contra Fratres et non affirmans aliquem procuratorem esse dictorum Fratrum et non consentiens in d. Auditorem si

procedit tamquam commissarius; si tamquam arbiter, consensit; et petiit copiam omnium predictorum.

7. * *Die VI novembris. Comparuerunt ser Iacobus Ientilis et d. Franciscus, non revocando dictum ser Iacobum procuratores suprascripti, coram d. Auditore et quasdam scripturas et exceptiones produxerunt. Quibus d. Auditor, visis ipsis non obstantibus, dixit se ad examinationem dictorum testium processurum. Qui procuratores sentientes se gravatos, viva voce appelarunt ad summum Pontificem, reservato eis beneflicio appelandi in scriptis, et petierunt, causa appellationis pendente, ad ulteriora non procedi.*

Quarum exceptionum tenor talis est:

Coram vobis d. Nicolao ep. Firmano excipit et proponit ser Iacobus Ientilis de Perusio substitutus a d. Francisco Putii et dictus d. Franciscus contra Fratres S. Francisci de Assis. et Petrutium Bicci de Assis., qui se dicit eorum sindicum, et contra petitionem productam per dictum Petrutium et contra articulos.

I. Et primo quia non constat dictum Petrutium esse legitimum sindicum predictorum nec habere legitimum mandatum; et si habet, petit in iudicio exhiberi.

II. Item quia vos, d. episcope Firmane, non estis iudex competens predictorum, quia predicta commissio fuit impetrata tacita veritate et expressa falsitate pro parte dictorum Fratrum.

III. Item quia, posito sed non concesso quod consuetudo de qua in dicta commissione fit mentio fuisset, tamen non esset rationabilis sed esset contraria iuri.

IV-V. Item quia prefati Fratres non possunt pro re aliqua temporali in iudicio comparere, (V) nec sunt capaces nec in speciali nec in comuni, secundum ipsorum regulam et declarationes Pontificum et Canonum, eorum que in dicta commissione continentur, immo eorum voto et professioni repugnat.

VI. Item quia d. episc. Assisien. et predecessores sui semper receperunt, quando eis placuit, de legatis factis dictis Fratribus quartam canonicam portionem, ipsis Fratribus scientibus et non reclamantibus.

VII. Item quia d. T h o m a s *episc. tempore impetrati dicti rescripti erat et adhuc est in posessione vel quasi percipiendi dictam can. portionem.*

VIII-X. Item quia dicta petitio est inepta, (IX) veritate caret (X) ac nullum competit ius predictis contra quos excepitur.

XI-XV. Item et alia ratione predicti testes non debent recipi: quia sunt Fratres professi loci et Ordinis supradicti, non debent se absentare, nec sunt valetudinarii nec senes, nec debet verisimiliter de eorum morte timeri, nec sunt ydonei testes cum sint testes in causa propria.

XVI. Item, posito quod vos, d. episcope Firmane, essetis iudex competens, tamen in dicta causa non potestis nec debetis procedere summarie, simpliciter [etc.] *nisi vobis esset a d. Papa specialiter concessum. Et ideo procedi debet via ordinaria.*

XVII-XVIII. Nomina testium quorum nomine (sic) *excipitur sunt hec: fr.* S y m o n *Lelli de Assisio, fr.* I a c o b u s] *mag. Francissci de Bic-*

tonio, fr. *Stefanus domine Pacis de Assisio, fr.* *Iohannes Ioli de Assisio, fr.* *Angelus de Prato de Assisio, fr.* *Iacobus Iannis de Assisio, fr.* *Petrus Iannis de Assisio, fr.* *Nicolaus Santutii de Assisio, fr.* *Angelus Accetellus de Assisio, fr.* *Vagnolus Lippi de Assisio, fr.* *Thomas de Bivilio de Assisio, fr.* *Angelus Golati de Assisio.*

8. * *Die VIII dicti mensis. Constituti coram d. Auditore ser Iacobus et d. Francisscus appelaverunt in scriptis ad d. Gregorium papam XI et d. Geraldum abbatem maiorem mon. Turon. vel alterum ipsorum.*

Cuius appellationis tenor talis est:

Existentes d. Franciscus Putii, plebanus eccl. S. Gostantii Assis. dioc., et ser Iacobus Ientilis de Perusio coram d. Nicolao episcopo Firmano in domo sue solite residentie, sita in civ. Perusii in porta s. Angeli et parochia S. Martini de Viridario, scientes se enormiter lesos et gravatos a quadam denegatione citationis fiende de infrascripto Petrutio, qui deberet comparere ad videndum productionem quarumdam exceptionum et a reiectione et non admissione infrascriptarum exceptionum et a declaratione et pronuntiaptione per d. episc. Firman. lata contra episc. et clerum antedictum, in qua procedere intendebat ad examinationem testium inductorum, ad d. Gregorium XI et ad d. Geraldum abb. maiorem mon. Turon. in his scriptis recurrunt, provocant et appelant, et apostolos (1) *petunt instantissime sibi dari, protestantes quod, hac appellatione pendente, nil debeat innovari, submtttentes se sub defensione summi Pontificis.*

In primis repetunt omnes exceptiones iam coram vobis propositas: quarum exceptionum tenor talis est.

I-XVIII [Repetuntur quae supra n. 7 habentur].

XIX-XX. Item quia vos, d. episcope Firmane, procesistis contra ius et perperam et inique et quolibet iuris ordine pretermisso, et ex arupto et non admissis, non examinatis et discussis dictis exceptionibus.

XXI. Item et ultimo proponunt et protestantur omnes alias causas gravaminum et nullitatum que ex vestro inordinato processu colligi possent.

Interposita fuit dicta appellatio, pp. d. Francissco Guidutii de Eugubio canonico Firmano et Petro Cichini de Tuderto tt.

Cui appellationi d. Auditor ob reverentiam Sedis apostolice et d. Abbatis detulit.

Dicto die et hora. Qui d. Auditor statuit et prefixit terminum dictis procuratoribus X dierum ad acipiendum apostolos predictos.

9. * *Die XI nov. Constituti personaliter coram me Anthonio not. fr.* *Stefanus domine Pacis, fr.* *Iacobus Iannis et fr.* *Angelus Acetellus Fratres Ord. Min. loci b. Francissci de Assisio, in camera Custodis dicti loci, iuraverunt ad sancta Dey evangelia dicere et veritati testimonium perhibere.*

10. * *Die XIIII novembris post vesperas. D. Auditor, visis dictis testibus et eorum attestationibus et toto processu, Christi nomine invocato, interloquendo pronumptiavit dictum processum dictosque testes et adtestationes*

---

(1) *Apostoli,* vox iuridica = dimissoriae litterae ad testandam appellationem concessae: Ducange, s. v.

fore aperta et publicata et pro apertis et publicatis haberi voluit, et mandavit michi notario ut de predictis iuste petentibus copiam tradam, dictisque testibus et eorum dictis et adtestationibus per universos et singulos ea inspecturos fidem perpetuam adhiberi omni modo, via et iure quibus melius de iure potuit et debuit.

11. * *Die XV dicti mensis. Constituti coram d. Auditore d. Franciscus et ser Iacobus procuratores prefati elegerunt et declaraverunt se velle dictam causam prosequi coram dicto d. Abbate vicario etc.*

Dicto die et hora. Dicti procuratores petierunt eis dari et adsignari appostolos predictos. Quibus procuratoribus d. Auditor dedit et asignavit pro appostolis et in appostolos acta superius in dicta causa actitata per dictas partes.

12. * *Tenor dictorum testium et eorum dictorum et adtestationum inferius denotatur, videlicet:*

Fr. Simon Lelli de Assisio Ord. S. Francisci, testis iuratus, dixit quia vidit [etc. *contenta in dictis articulis*] *per tempus L annorum.*

Fr. Thomas de Bivilio Ord. b. Francisci, testis iuratus, dixit quia vidit [etc.] *per tempus XL annorum.*

Fr. Vagnolus Lippi Ord. S. Francisci, testis iuratus, dixit quia vidit [etc.] *per tempus L annorum.*

Fr. Angelus Golati, testis iuratus, dixit quia vidit [etc.] *per tempus XLVI annorum.*

Fr. Petrus Iannis, testis iuratus, dixit quia vidit [etc.] *per tempus XL annorum.*

Fr. Angelus de Assisio, testis iuratus, dixit quia vidit [etc.] *per tempus L annorum.*

Fr. Iacobus mag. Francissci de Bictonio, testis iuratus, dixit quia vidit [etc.] *per tempus L annorum.*

Fr. Iohannes Ioli de Assisio, testis iuratus, dixit quia vidit [etc.] *per tempus L annorum.*

Fr. Stefanus domine Pacis, testis iuratus, dixit quia vidit [etc.] *per tempus XL annorum.*

Fr. Iacobus Iannis, testis iuratus, dixit quia vidit [etc.] *per tempus XLIIII annorum.*

Fr. Angelus Acetellus, testis iuratus, dixit quia vidit [etc.] *per tempus L annorum.*

[*Ad articulum XII omnes responderunt:*] *quod consuetudo fuit in dicta ecclesia b. Francissci, et nunc est, quod ad manus Sacriste dicte ecclesie perveniant omnia legata, omnes obventiones et etiam funeralia relicta dicte ecclesie, Fratribus et capitulo ipsius; exceptis denariis et pecunia numerata, qui et que pro tempore predicto pervenire consueverunt ad manus Guardianorum et Custodum altaris dicte ecclesie.*

Anthonius ser Cicchi Bonoli de Eugubio not. et scriba dicti d. Auditoris. (S. T.).

Instr. saec. XIII-XVI, 1374, 10 octobris. — *Originale. Fasc. chart. mm. 300×223, f. 52.*

569.[2] *1374, 12 decembris - 7 maii 1375.*

Copia registri in causa Assisii pro parte Minorum.

1. * *Anno a nat. D. MCCCLXXIV, ind. XII, die martis XII decembris, pontif. Gregorii XI anno IV.*

Rev.mus d. Petrus S. Eustachii dyac. cardinalis retulit michi Reginaldo Bonbeleti de S. Hilario, clerico Rimen. dioc., not. scribeque suo, quod hodie d. Papa causam appellationis, nullitatis et negotii contentam in cedula inferius inserta sibi vive vocis oraculo commisit audiendam et fine debito terminandam summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, mandans michi ut omnia et singula in actis meis scriberem.

Acta sunt hec Avinione in hospitio habitationis dicti d. Cardinalis, pp. dd. Petro de Chamberthaco dicti d. Card. camerario et Amadeo de Lacu licentiato in legibus et pluribus aliis tt.

Tenor cedule talis est:

2. *Beatissime pater. Cum devoti oratores vestri Fratres et conventus b. Francisci de Assisio Ord. Min., non obstante quod sint in plena concordia cum ecclesia maiori et omnibus parochialibus ecclesiis civ. et dioc. Assisii, satisfecerintque et satisfactionem integram de canonica portione rectoribus dictarum omnium parochialium ecclesiarum, prout actenus a LX^a^ annis citra et ultra fieri est consuetum et observatum inter eos pacifice et quiete ac alias concordatum cum penis et promissionibus etiam iuramento firmatum, et sic et taliter quod dicti rectores in nullo molestant dictos Fratres et conventum; tamen per rev. patrem d. Episcopum Assisinatem, ut dicitur, nomine suo dumtaxat molestantur noviter, qui pretendit sibi deberi, ultra antiquam prescriptam et approbatam consuetudinem et conventionem et etiam formam iuris, multa que ad eum minime spectare noscuntur, ymo quod plus pretendit sibi deberi quartam de relictis dicto conventui et per eos qui in dicto conventu minime sepulturam elegerunt; propter que, salvo semper iure nullitatis, fuit pro parte dictorum Fratrum et conventus a dicto d. Episcopo ad sanctam vestram Sedem apostolicam et vestram Sanctitatem legitime appellatum.*

Dignetur igitur eadem Sanctitas vestra causam et causas huiusmodi appellationum, nullitatis et totius negotii principalis coniunctim seu divisim commictere uni ex rev.mis patribus dd. S. R. E. Cardinalibus, summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, audiendi, cognoscendi et fine debito terminandi cum omnibus et singulis emergentibus, incidentibus, dependentibus et connexis et cum potestate citandi in Curia et extra Curiam et ad partes dictum d. Episcopum et generaliter alios qui sua putaverint interesse, et semel et pluries, quando et quotiens opus erit. Non obstante quod cause huiusmodi non sint ad romanam Curiam legitime devolute seu in ea de sui natura tractande, presertim quia dicti Fratres non sperant in partibus posse consequi iustitie complementum.

3. * *Die veneris XV dec. Prefatus d. Cardinalis retulit michi Reginaldo Bombeleti not. quod d. Papa hodie vive vocis oraculo sibi commisit cau-*

iam et causas in cedula, cuius tenor inferius est insertus, contentas et iuxta cedule tenorum terminandas. Acta [ut supra], pp. [ut supra]. Tenor cedule talis est [idem ut supra].

Anno MCCCLXXV, ind. XIII, die martis II ian. Ioffredus Petri porterius dicti d. Cardinalis retulit michi not. predicto se de d. Card. mandato et ad instantiam procuratoris Fratrum et conventus predictorum hodie peremptorie citasse fr. Bartholomeum Vannis de Assisio rectorem parochialis ecclesie S. Iohannis de Bivilio procuratorem dictorum episcopi et canonicorum maioris ecclesie Assisinat. et aliorum ad primam diem proxime futuram qua dictus d. Card. pro tribunali sedebit.

Die lune VIII ian., pontif. d. Gregorii XI anno quinto. Comparuit in iudicio coram dd. abbate Lesacen. et Egidio Bellemere, auditoribus generalibus dicti d. Card., hora vesperarum in loco solito pro tribunali sedentibus fr. Ludovicus mag. Francisci de Assisio Ordinis b. Francisci et Laurentius Petrucii de Assisio procuratores Ministri, Fratrum et conventus b. Francisci de Assisio et quoddam procurationis instrumentum, cuius tenor inferius est insertus, produxerunt et substituerunt magistros Manfredum de Feraria presentem, Bertoldum de Maclzerende, Ludovicum de Forlivio, Matheum Vanis de Fabriano et Anthonium de Parma in romana Curia procuratores, transferentes in eos totaliter vices suas, prout in substitutionis instrumento, cuius tenor inferius continetur, latius est descriptum.

Et ibidem comparuit ex adverso in iudicio fr. Bartholomeus Vannis procurator d. Episcopi Assisinat. et aliorum, et quoddam instrumentum procurationis, cuius tenor inferius est insertus, exhibuit, et nichilominus etiam contra supradictam commissionem obtentam pro parte dictorum Ministri, Fratrum et conventus quandam exceptionum cedulam, cuius tenor inferius est insertus, ibidem produxit.

Tenores vero dictorum instrumentorum tales sunt:

4. * *Anno D. MCCCLXXIV, ind. XII, die XIX octobris. Convocato capitulo fratrum Min. sacri loci b. Francisci de Assisio in capitulo solito ipsius loci de mandato fr. Petri de Sora* (1) *Ministri fratrum Min. prov. b. Francisci et fr. Iohannis de Casali Albo Custodis dicti loci; in quo capitulo interfuerunt predictus fr. Petrus Minister, fr. Iohannes Custos, fr. Symon Lelli, fr. Petrus Ceccarelli, fr. Iohannes Ceccaroni, fr. Thomas Victorini, fr. Petrus Iannis, fr. Stephanus dompne Pacis, fr. Benedictus Accursini* (2), *fr. Lucas Francisci* (3), *fr. Iohannes Ioli, fr. Petrus Anthonii* (4), *fr. Angelus Golati de Assisio, fr. Nicolaus Dominici, fr. Franciscus Petrucii, fr. Angelus Vencarelle, fr. Franciscus Massiarelli* (5), *fr. Mathiolus Nucii,*

(1) Min. prov. ann. 1370-76: Bartolomasi, *Series* cit., 19ss., Wadd., *Annales*, 1376, n. 17: vol. VIII, 336.

(2) *Inventario*, 3, 149; cf. Bullam sub nostri elenchi nr. 275.

(3) *Inventario*, 3; AFH VII, 338.

(4) *Inventario*, 3, 140, 149.

(5) AFH V, 690; cf. sub nostri elenchi nr. 275.

fr. Paulucius *Petrucii, fr.* Iohannes *Andree, fr.* Thadeus *Iacobi, fr.* Angelus *Lucii, fr.* Cecchus *Ciopti* (1), *fr.* Nicholaus *Santucii, fr.* Pace *Iacani de Assisio* (2), *fr.* Iacobellus *mag. Rugerii de Campobasso* (3), *fr.* Iacobus *mag. Francisci de Bittonio, fr.* Iohannes *Martini lector dicti conventus, fr.* Iacobus *Bitti de Saxoferrato baccalarius, fr.* Thomas *Ade de Anglia, fr.* Angelus *Angelonis de Monteleone* (4), *fr.* Farolfus *mag. Andree de Amelia, fr.* Bartholomeus *Mucii de Ancona, fr.* Iohannes *Armanni de Colonia, fr.* Nicolaus *Vicentii de Francia, fr.* Iohannes *Acturimbone de Fulgineo, fr.* Guilielmus *de S. Tiberio, fr.* Iohannes *Columbi de Francia* (5), *fr.* Lucas *Vannis de Saxoferrato, fr.* Benedictus *Diambonini de Grocta, fr.* Bartholellus *Vannis de Bitonio* (?), *fr.* Iohannes *de Rygo, qui sunt due partes et ultra Fratrum existentium et residentiam facientium in dicto loco, et faciunt et representant capitulum dicti loci.*

Qui Minister et Custos una cum dictis Fratribus auctoritate specialis previlegii apostolice Sedis dicto conventui concessi bulla plumbea bullati cum litteris sic dicentibus: NICOLAUS PAPA IIII (6), *fecerunt adque creaverunt eorum, dicti capituli et conventus sindicos, procuratores, actores, factores et nuntios speciales fr.* Ludovicum *mag. Francisci de Assisio Ordinis b. Francisci presentem et Laurentium Petrucii de Assisio absentem, nec non fr.* Benedictum *Accursini de Assisio presentem, in causa quam habent cum Episcopo Assisin. et cum qualibet alia persona. Ad agendum* [etc.], *unum et plures procuratores loco ipsorum sostituendum; dantes in predictis dictis eorum sindicis, in solidum liberum et generale mandatum, sub ypotheca et obligatione omnium bonorum dicti conventus.*

Acta sunt predicta in civ. Assisii in loco sacro Ordinis Min. b. Francisci, in capitulo dicti loci, pp. Victorino Massioli, Nicolucio Vannis, Alegreto et Benedicto Baroncini de Assisio tt.

Iohannes Pelloli de Assisio not.

5. * *Anno a nat. D. MCCCLXXV, ind. XIII, die VIII ian. Fr.* Ludovicus *mag. Francisci de Assisio, procurator Ministri, Fratrum et conventus b. Francisci de Assisio* [*et Laurentius Petrucii de Assisio*], *habentes in mandatis unum vel plures procuratores loco sui substituendi, substituerunt magg. Manfredum de Feraria presentem, Bertoldum de Maclzerende, Ludovicum de Forlivio, Matheum Vannis de Fabriano et Anthonium de Parma absentes, trasferentes in eos et eorum quemlibet totaliter vices suas ad omnia et singula que a dictis Ministro, Fratribus et conventu habuerunt in mandatis.*

---

(1) AFH VII, 336. (2) AFH VII, 339, ubi definitive legendum est *Iacani* pro *Iacomi;* cf. sub nostri elenchi nr. 275.

(3) *Inventario,* 8; cf. sub nostri elenchi nr. 275.

(4) *Inventario,* 3. Num sit idem ac fr. *Angelus de Monteleone* socius fr. *Paulucii de Trinciis,* nescio: cf. Wadd., *Annales,* an. 1368, n. 13: VIII, 210.

(5) Videsis Wadd., *Annales,* an. 1376, n. 14: VIII, 334.

(6) Est Bulla sub nr. 567 nostri elenchi recensita.

Acta sunt hec Avinione in hospitio habitationis dicti d. Cardinalis et coram dd. Abbate Lesacen. et Igidio Bellemere auditoribus, anno, die, mense quibus supra, pp. d. Iohanne Richer presbitero et Gerardo de Gutheren clerico Traiecten. dioc. tt.

Reginaldus Bombeleti de S. Hilario clericus Remen. dioc. not.

6. **Anno D. MCCCLXXIV, ind. XII, die III decembris. Acta sunt hec omnia infrascripta in civ. Assisii apud episcopatum in camera magna dicti episcopatus, cui undique sunt res dicti episcopatus, pp. fr. Ludovico Prudentii de Assisio, Sylvestro Andree de Cannario, Paulo de Adversa tt.*

Rev. d. fr. Thomas de Amelia s. Theologie magister, episcopus Assisin., nomine suo et sui episcopatus, et insuper d. Nicolaus d. Iohannis de Assisio, d. Lambertus Pucii de Assisio, d. Franciscus Nini de Assisio, d. Theobaldus Pucii de Assisio et d. Lucas Cole de Amelia, canonici maioris ecclesie S. Ruphyni de Assisio, ipsorum nomine et capituli ipsius ecclesie; dn. (1) *Vannis d. Pangnonis de Cingulo, dn. Franciscus Lelli de Assisio et d. Iohannes Angeli de Assisio, canonici ecclesie S. Marie maioris de Assisio, ipsorum nomine et capituli ipsius ecclesie; fr. Symon Bartoli prior ecclesie S. Pauli de Assisio, fr. Iohannes Pantis de Assisio plebanus plebis Capudaque, dn. Christofanus Mangiantis de Assisio rector ecclesie S. Anastasii de Valechio, dn. Ventura Cole de Assisio rector eccl. S. Marie Rosarum de Assisio, d. Lucas Loli de Assisio rector S. Silvestri de Petrongiano, dn. Christofanus Ciccoli de Assisio rector eccl. S. Laurentii de Assisio, d. Iohannes Ciccoli de Assisio rector eccl. S. Stephani de Assisio, fr. Franciscus Vannucii de Assisio rector eccl. S. Iohannis de Strata ecclesie, fr. Angelus Pauli de Assisio rector eccl. S. Iohannis de Grellano, d. Iohannes Massei de Assisio rector eccl. S. Savini de Costa, d. Angelus Cichi de Assisio rector eccl. S. Laurentii de Castronovo, d. Iohannes Petri de Assisio plebanus plebis S. Tecle, fr. Martinus Boccaccioli de Assisio rector eccl. S. Fortunati de Clasina, d. Iohannes Balducii de Assisio rector eccl. S. Petri de Lucilliano, dn. Franciscus Patringiani de Assisio rector eccl. S. Gregorii de Tunba, d. Petrus Mercati de Assisio rector eccl. S. Thome de Assisio, d. Iacobus Petrucii de Assisio rector eccl. S. Petri de Petringiano, dn. Francischinus Massioli de Assisio rector eccl. S. Angeli de Bivilio, dn. Franciscus Vannis Maruzopte rector eccl. S. Gregorii de Podio, dn. Bartholus Pucii de Assisio rector eccl. S. Laurentii de Torrita, fr. Michelinus Silveri de Assisio rector eccl. S. Andree de Assisio, dn. Iohannes Salis de Assisio rector eccl. S. Blaxii de Claxina, dn. Angelus Christiani de Assisio rector eccl. S. Petri de Costano, dn. Christofanus Pucii de Assisio rector eccl. S. Anzonini de Assisio, fr. Gregorius Boccaccioli de Assisio rector eccl. S. Antolini de Assisio, dn. Iohannes Martini de Assisio rector eccl. S. Nicolay de Podeplatee*

(1) d. = dominus; dn. = dompnus. Cum nomina tum personarum tum locorum ter, hic et sub nr. 10 et 17 ab extero notario sint transcripta, passim manifeste erronee, saepe eadem prorsus diverso modo; ego in hoc unico quem refero elencho, eam formam seligo quae vel bis saltem repetitur vel cum etiam nunc usitatis nominibus magis consentanea est.

de Assisio, dn. Fabianus Vannis de Bictonio rector eccl. S. Marie de Costano, dn. Angelus Lucii de Assisio rector eccl. S. Anthonii de Assisio, dn. Lucas Massioli de Assisio rector eccl. S. Benedicti de Satriano et dn. Franciscus Pucii de Assisio plebanus plebis S. Constantii, omnes ipsorum nomine et suarum omnium ecclesiarum fecerunt et creaverunt eorum sindicum, procuratorem ac ydoneum responsalem fr. Bartholutium Vannis de Assisio, rectorem eccl. S. Iohannis de Bivilio, presentem, in causa quam habent cum Fratribus, capitulo et conventu ecclesie S. Francisci de Assisio et aliorum locorum dicti Ordinis comunitatis Assisii et generaliter cum qualibet alia persona ecclesiastica et seculari in curia summi Pontificis, et generaliter in qualibet alia curia, ad agendum [etc.], *promittentes se ratum habere quidquid per dictum sindicum gestum fuerit, sub ypotheca et obligatione omnium singulorum suorum bonorum.*

Nicolaus q. Thome mag. Thome de Assisio not. et nunc notarius et officialis dicti d. Episcopi et sue curie.

Dictis anno, mense, die et loco, fr. Bartholucius sindicus et procurator predictus substituit loco sui Bartholomeum Franciscini mag. Angeli de Assisio absentem, ad omnia et singula que dictus fr. Bartholucius supra habet in mandatis.

Actum Assisii in supradicto loco, pp. Andrea Vangnoli de Assisio et Nofrio Bartholucii de dicto loco tt.

Nicolaus q. Thome mag. Thome de Assisio notarius predictus.

7. * *Fr. Bartholucius Vannis de Assisio rector et procurator* [*qui supra*] *contra commissionem vobis d. Petro S. Eustacii dyac. card. ad instantiam Fratrum S. Francisci de Assisio factam excipit; expressit enim falsum, dum dixit quod dicti Fratres erant in concordia cum dictis canonicis et rectoribus, et alias talis est quod nullo modo est admittenda.*

Die martis XVI ianuarii. Supradictus d. Cardinalis retulit michi Reginaldo Bombeleti not. quod heri supra d. Papa sibi commisit causam decidendam, prout in prima cedula superius inserta sibi commissum extiterat et prout etiam in cedula, cuius tenor inferius est insertus, petitum et supplicatum extitit.

Acta sunt hec Avenione in hospitio [*ut supra*], *pp. d. Iohanne de Bessaco canonico Agennen. et fr. Nicolao Tediosi et pluribus aliis tt.*

Tenor commissionis seu supplicationis cedule talis est.

8. * *Pater beatissime. In causa commissa d. Petro S. Eustacii dyac. card. ad instantiam Fratrum S. Francisci vestre civ. de Assisio Ord. Min. contra fr.* T h o m a m d e A m e l i a *episc. Assisin. productum est unum mandatum pro dicto Episcopo et canonicis eccl. cathedralis et eccl. S. Marie de episcopatu Assisin., etiam nomine cappellanorum earum ecclesiarum ac rectorum parochialium ecclesiarum, et aliis personis ecclesiasticis in ipso mandato nominatis. Verum cum ipsi omnes videantur velle facere partem cum dicto Episcopo, et in dicta commissione non sit aliquid commissum contra nominatos post episcopum predictum, cum ipsi Fratres crederent se esse in concordia cum ipsis, prout fuit usque nunc; ideo E. S. V. pro parte dictorum Fratrum supplicatur quatenus omnes causas que vertuntur*

inter dictos Fratres super quarta funeralium ex una et quoscumque nominatos in dicto mandato ex altera, committere dignemini dicto d. Cardinali audiendas et terminandas simpliciter [*etc.*], *quibuscumque iuribus vel constitutionibus in contrarium facientibus nequaquam obstantibus.*

9. * *Die iovis XVIII ian. Ioffridus retulit citasse fr. Bartholucium Vannis procuratorem ad primam diem curialem proxime futuram.*

Die veneris XIX ian. Comparuit in iudicio coram d. Egidio Bellemere auditore generali, Avenione in hospitio [*etc.*] *hora vesperarum, mag. Manfredus de Costabilis de Ferraria procurator supradictus, satisfaciendo termino hodierno pro parte sua, partis sibi adverse citate non comparentis nec contra dictam commissionem ultimam quidquam dicere aut dare curantis contumaciam accusavit ipsamque petiit contumacem reputari; et pro parte sua quosdam positiones et articulos concludentes loco libelli et quoddam privilegium apost., unum instrumentum confirmationis, unam appellationem in forma publica instrumenti, quorum tenores inferius sunt inserti, et unam litteram dationis apostolorum clausam et sigillo d. episcopi Assisin. sigillatam in huiusmodi causa exibuit et produxit.*

Deinde comparuit fr. Bartholucius et contra commissionem generaliter verbo excepit, contra quas exceptiones mag. Manfredus generaliter replicavit, et sic recesserunt.

Tenores vero articulorum ac privilegii, instrumenti confirmationis ac instrumenti appellationis sequuntur et sunt tales.

10. * *Coram vobis d. Petro S. Eustacii dyac. card. commissario* [*etc.*], *proponit Manfredus de Costabilis de Ferraria in romana Curia procurator* [*etc.*] *contra fr. Thomam de Amelia episc. Assisin. et suum episcopatum et suam mensam episcopalem Assisin., Nicolaum d. Iohannis de Assisio, Lambertum* [*sequuntur nomina canonicorum et priorum ut in n. 6*] *et dicit ac etiam ponit et probare intendit ea que inferius continentur.*

I. In primis quod in ducatu Spoletan. ad romanam Ecclesiam nullo medio pertinente fuit et est civitas vocata Assisium, habens certam et limitatam dyocesim, in ipsaque civ. fuerunt et sunt eccl. cathedralis et alie omnes ecclesie habentes episcopum, canonicos, cappellanos, rectores et plebanos.

II. Item quod a LXXX annis et citra et ultra in dicta civ. Assisii fuit et est quedam solempnis ecclesia Ord. fratrum Min. sub vocabulo S. Francisci dicti Ordinis fundatoris et patroni, habens continue multos Fratres et valde honorabilem conventum, in ipsaque ecclesia fuit et est sepultum corpus dicti b. Francisci.

III. Item quod a dictis temporibus Fratres et conventus dicte eccl. et ipsa ecclesia fuerunt et sunt sub romano Pontifice et non alteri subiecti, et exempti ab omni iurisdictione et potestate dicti episcopi et etiam a quacumque lege dyocesana.

IV. Item quod a dictis temporibus Fratres dicte ecclesie habent liberam sepulturam, ita quod in ecclesia ipsa seu eius cymiterio volentes possunt libere sepeliri.

V. Item quod a prefatis temporibus multi et in numero maximo homines civ., dioc. et comitatus predictorum et presertim parochiani ecclesiarum predictarum eligerunt et cotidie eligunt sepeliri in dicta ecclesia et eius cymiterio ac sepulti fuerunt et cotidie sepeliuntur.

VI-VIII. [*Ecclesia Cathedralis et alie ecclesie parochianos habent, quibus rectores ministrant ecclesiastica sacramenta, eorumque multi elegerunt sepeliri in ecclesia etc. b. Francisci*].

IX. Item quod ab ipsis temporibus per huiusmodi eligentes et sepultos fuerunt legata relicta, data et donata varia et diversa facta et ad diversos usus applicata et interdum non applicata.

X-XIII. Item quod a dictis temporibus cum corporibus talium eligentium et sepultorum tempore sepulture portata fuerunt et portantur ad ipsam ecclesiam b. Francisci diversa funeralia, vid. panes, vinum, carnes, cerei, panni, equi, armature et alia secundum diversitatem et qualitatem status illorum, ipsaque funeralia sic portata et legata dictis Fratribus vel ecclesie fuerunt data et consueverunt dari et dantur, et debuerunt et debent etiam de consuetudine dari legitime prescripta et dictis temporibus inconcusse observata sine contradictione episcopi, canonicorum, cappellanorum, rectorum et plebanorum ecclesiarum superius nominatarum, et potuerunt et debuerunt dari, salva controversia presenti, per illos ad quos spectavit et spectat dictis Fratribus et ecclesie, excepta medietate cere que portatur cum dictis corporibus, que rectoribus ecclesiarum, quorum sepulti parochiam existunt, reddi consuevit et debet dumtaxat pro omni canonica portione sive canonica episcopali sive quarta, que ipsis rectoribus possit competere ratione quarte dictorum funeralium, legatorum et donatorum quorumcumque.

XIV. Que consuetudo fuit inconcusse sine interruptione et contradictione observata a LX annis et ultra, etiam post Decretalem « Dudum » alias « Super cathedram » de sepulturis in Clementinis.

XV-XVI. Item quod dicti Fratres nullam quartam debuerunt vel debent episcopo Assisin., sed solum canonicis, cappellanis, rectoribus et plebanis medietatem dicte cere tantum.

XVII-XIX. Item quod de anno MCCCXLIX, die XXVII iulii d. fr. Bertrandus tunc episc. Assisin. per se et suos successores dictas consuetudines confirmavit et alia fecit, prout in instrumento publico exinde confecto, ad quod et contenta in eo se refert.

XX. Item quod fr. Thomas de Amelia episc. Assisin. supradictus a pauco tempore citra, contra omnem formam iuris, nonnulla mandata fecit quod heredes et executores decedentium et eligentium sepulturam apud eosdem Fratres, vel etiam si ibidem non eligerint sed ipsis Fratribus fecerint legata quecumque vel quomodocumque, de quarta funeralium et legatorum deberent respondere predicto fr. Thome episc. Assisin.; propter quod dicti heredes seu executores recusant solvere Fratribus libere et quiete legata et alia eis obvenire debentia, in magnum dampnum Fratrum predictorum, propter que pro parte dictorum Fratrum fuit ad Sedem apost. appellatum.

XXI-XXVI. [*Formulae iuridicae consuetae*].

Petit igitur dictus procurator per vos d. Cardinalem et vestram diffinitivam sententiam declarari monitiones et mandata predicta fuisse et esse temeraria, illicita, iniusta et presumpta, dictosque Fratres liberos et immunes a dicto fr. T h o m a *[etc.].*

11. Gregorius episc.... Is qui Ecclesiam... anno quarto (1).

12. *In nomine Domini, amen. Anno D. MCCCIL, ind. II, tempore d. Clementis pape VI, die XXVII m. iulii.*

Noverint universi presens instrumentum publicum inspecturi, quod rev. in Christo pater et d. d. fr. B e r t r a n d u s *Dei et apost. Sedis gratia episc. Assisin.* (2) *per se et suos successores omnia et singula pacta et conventiones dudum habita et inita et omnes et quascumque consuetudines hactenus habitas et servatas inter episcopum, capitulum maioris ecclesie et alium clerum civitatis predicte ex parte una, et Fratres et conventum sacri loci b. Francisci de Assisio ex altera parte, super quibuscumque factis et negotiis mortuorum et maxime de funeralibus et mortuariis, auctoritate ordinaria qua in hac parte fungitur et omni modo, iure, via et forma quibus melius potuit, ratificavit, approbavit et confirmavit, presente, petente et humiliter acceptante Geronimo Garenghi de Assisio sindico et procuratore Fratrum, loci et conventus predictorum, sindacario et procuratorio nomine ipsorum et pro eis, rogantes me Angelum not. infrascriptum ut de predictis publicum facerem instrumentum.*

Actum Assisii apud episcopatum in loya dicti episcopatus, pp. sapienti viro d. Iacobo Vannis de Assisio vicario, ser Anthonio Alencii de Eugubio not. et Iacobo Elemosine de Assisio clerico et familiari dicti d. Episcopi, tt. ad predicta vocatis, habitis et rogatis.

Ego Angelus q. d. Mucii de Assisio imper. auct. not. et nunc notarius et officialis dicti d. episcopi, predictis omnibus et singulis una cum dictis testibus presens interfui et ea rogatus de mandato dicti d. episc. et a dicto sindico subscripsi et publicavi.

13. * *Existens Petrus Buchi de Assisio custos altaris et ecclesie b. Francisci de Assisio et sindicus et procurator Fratrum, capituli et conventus S. Francisci de Assisio, dioc. Assisin., custodiatus nomine et dicti altaris et ecclesie, nec non sindacario et procuratorio nomine dictorum Fratrum et ut homo de populo dicte civ. Assisii, coram rev. d. fr.* T h o m a *episc. Assisin. dixit et proposuit quod prefatus d. episcopus mandavit heredibus, successoribus et fideicommissariis parochianorum ecclesiarum dicte civitatis et eius districtus, ut solvere deberent prefato d. episcopo quartam seu canonicam episcopalem de omnibus que dictis Fratribus et ecclesie obveniunt ex ultima voluntate parochianorum dictarum ecclesiarum. Et insuper dictus episcopus gravavit dictos heredes et fideicommissarios ad solvendum dictam quartam eidem episcopo. Dicit etiam dictus Petrus quod consuetudo legitima et prescripta viget in dicta civitate, quod pro canonica*

(1) Bulla sub nr. 11 nostri elenchi et Appendicis.
(2) Escarpiti, O. M., 1348-†1357: Eubel, *Hier.*, I, 114.

portione solvatur medietas cere tantum que cum funere ad ecclesiam b. Francisci defertur; de relictis factis a non sepultis apud ecclesiam ipsam nichil unquam fuit solutum. Dicit quod conventus et ecclesia b. Francisci ex predictis enormiter gravatur et leditur, quia non solvuntur dicta legata, prout solvi debent, propter dicta mandata. Dicit quod ecclesia b. Francisci est immediate Sedi apostolice subiecta, et quod dicta mandata sunt nulla et iniusta. Quare dictus Petrus, non recedendo a beneficio nullitatis, provocat et appellat a prefato d. episcopo et a predictis gravaminibus ad d. Gregorium papam XI. Et petiit per prefatum d. episcopum eidem Petro dari apostolos, protestans nil debere innovari per dictum d. episcopum, hac appellatione pendente, contra dictos Fratres vigore dictorum mandatorum.

Interposita fuit dicta appellatio coram supradicto d. episcopo existente in domo sue solite habitationis posita in civ. Perusii in porta Solis et parochia S. Lucie, ac etiam similis copia dicte appellationis eidem d. episcopo tradita fuit per me Petrum not. infrascriptum. Qui d. episcopus supradicto Petro dixit quod, cum ipse ignoret quid in dicta appellatione contineatur, idem Petrus debeat venire coram eo pro responsione habenda in die iuris. Et illico dictus Petrus recessit. Et hoc pp. d. Herico Celii de Monteleone ducatus Spoleti habitatore Perusii in porta Solis et parochia S. Andree, ser Stephano Iacopucii de Perusio porte s. Subsanne et par. S. Marie de Francolinis, fr. I a c o b o *mag. Francisci de Bictonio et fr.* I o h a n n e *Ioli de Assisio tt., sub anno D. MCCCLXXIV, ind. XII, die V novembris.*

Petrus q. Tadducii de Perusio porte S. Petri et par. S. Silvestri not.

14. * *Die lune XXII ianuarii. Prefatus d. Cardinalis pro tribunali non sedebat nec tenebatur audientia causarum apostolica[rum] propter festum b. Vincentii, quod illa die celebrabatur.*

Dicta die lune XXII ian. Ioffridus porterius dicti d. Cardinalis retulit michi Reginaldo de Bombeleti not. se de mandato d. Card. et ad instantiam mag. Manfredi de Ferraria citasse fr. Bartholucium Vannis ad dicendum et opponendum et ad videndum apperiri quamdam litteram clausam et recognoscendum sigillum eiusdem littere.

Die mercurii XXIIII ian. Comparentibus in iudicio coram prefato d. Cardinali mag. Manfredo de Ferraria et fr. Bartholucio Vannis, dictus fr. Bartholucius recognovit sigillum impressum dicte littere clause dationis apostolorum d. episcopi Assissii. Deinde mag. Manfredus petiit dictam litteram aperiri, et tunc d. Cardinalis dictam litteram clausam aperuit, quam mandavit in huiusmodi cause registro inseri. Subsequenter fr. Bertholucius quedam duo papiri folia exceptiones contra producta et positiones et articulos partis sibi adverse et responsiones ad eosdem articulos continentia [produxit]. Mag. Manfredus exhibuit quamdam cedulam nomina quorumdam testium affuturorum continentem, quos citari petiit ad perhibendum testimonium veritati.

Tenores littere dationis apostolorum pro parte fratrum Min. et exceptionum et responsionum foliorum pro parte episcopi et cleri productorum secuntur et sunt tales.

15. *Sanctissimo ac clementissimo patri et d. nostro d. Gregorio divina prov. sacrosancte romane ac universalis Ecclesie summo Pontifici.*

Sanctissimo ac beatissimo in Christo patri ac d. n. d. Gregorio div. prov. sacrosancte rom. et univ. Ecclesie summo Pontifici minimus V. S. servulus T h o m a s *ep. Assisin. Dei et ap. Sedis gratia immeritus et indignus, pedum oscula beatorum.*

Cum ex antiqua consuetudine, cuius contrarii memoria non existit, episcopis Assisiatibus, qui fuerunt pro tempore, quarta relictorum factorum ad pias causas per eos qui apud ecclesiam seu cimiterium S. Francisci de Assisio seu alibi sepulti fuerunt, per heredes vel fideicommissarios eorumdem fuerit persoluta, et quod sic fieri debeat ex constitutione synodali, que viguit et viget in ecclesia Assisinat. a XXX annis et ultra et citra et per ipsum tempus, caveatur expresse quod dicta quarta Fratribus dicti conventus minime persolvatur; cum ipsi, eam si quando eis solvitur, ipsam contra iura interdum retineant et non solvant, nec possit de eis per ipsorum prelatos iustitia inveniri, in animarum suarum periculum et dampnum non modicum illorum quibus predicta quarta debetur de consuetudine vel de iure, et prefati episcopi fuerint et sint in pacifica possessione huiusmodi iure percipiendi quartam omnium relictorum ad pias causas pro sua canonica portione, et sic fuerit observatum spatio L[a] *annorum et ultra et per ipsum tempus, scientibus et non reclamantibus dictis Fratribus, canonicis et capitulo maioris ecclesie Assis. et aliis abbatibus, prioribus, archipresbiteris et plebanis et aliis rectoribus et curatis civ. et dioc. Assisinat., sicut apparet per publica instrumenta de quitanciis factis per prefatos episcopos de prestita canonica portione et etiam per compositionem factam per dictos Fratres cum d.* B e r t r a n d o *bone memorie tunc episcopo Assisinat. MCCCIL pro tempore preterito de quartis huiusmodi non solutis. Et si quando per me et alios episcopos predecessores meos huiusmodi quarta non fuit recepta, amore Dei et pietatis intuitu fuit dimissa et tamquam elemosina Fratribus predictis concessa; qui tamquam ingrati de beneficiis receptis, que liberaliter et pietatis intuitu sunt eis concessa, moliuntur contra benefactores suos quasi pro iure eis debito allegare. Quorum occasione assumpta Petrucius Bichi de Assissio, asserens se custodem altaris et ecclesie b. Francisci de Assisio et syndicum et procuratorem Fratrum, capituli et conventus b. Francisci de Assisio, custodiatus nomine, dictorum Fratrum, capituli et conventus et ut homo de populo dicte civ. Assisii, fingens quedam mandata per me de novo facta, ad Sanctitatem vestram, cupiens iustitiam fugere, licet frivole, appellavit quinta die mensis novembris, asserens se gravatum, in forma que sequitur de verbo ad verbum et petiit apostolos sibi dari.*

« *Existens Petrucius Bichi* [*etc. ut supra n. 13*].

Ego autem illico dicto Petrucio respondi quod super dicta appellatione et contentis in ea volebam deliberare, et quod pro responsione appellationis et pro receptione apostolorum compareret coram me in termino iuris. Considerans autem et attendens quod dictus Petrucius de suo mandato fidem non fecit, et si fecisset non posset neminem dictorum Fratrum in iudicio experire pro re aliqua temporali, et etiam quia per me nulla talia

mandata que fingit fuerunt facta; attendens etiam quod predecessores mei fuerunt in pacifica possessione huiusmodi iurium et etiam ego iuravi in manibus vestre Sanctitatis, dum eratis in minoribus constitutus, defendere et manutenere iura ecclesie michi commisse; et quia curati et rectores ecclesiarum consentiunt quod episcopus percipiat de legatis quartam relictorum pro sua canonica portione; et quia Ministro provincie S. Francisci et Fratribus obtuli velle stare super hiis consilio sapientum, nec voluerunt acceptare; attendens insuper quod appellationibus frivolis et animo iustitiam fugiendi interpositis non est deferendum de iure; idcirco, vestre Sanctitatis reverentia semper salva, dicte appellationi tamquam frivole et frustatorie et ex causis frivolis et frustatoriis et nullis et iniustis et non veris sed falsis et animo iustitiam fugiendi per dictum Petrucium ad Sanctitatem vestram interposite non detuli nec defero, vestre Sanctitatis reverentia semper salva. Et hanc responsionem seu repulsionem dicto Petrucio, dicenti se procuratorem ut supra, pro appostolis refutatoriis do et assigno, statuens ei terminum decem dierum proxime venturorum ad arripiendum iter pro prosecutione dicte appellationis frivole, iniuste et nulle et animo fugiendi iustitiam ad S. V. interposite. Insuper, ut post iter arreptum infra spatium XXX dierum coram S. V. vel vestra Curia appellationem predictam debeat legitime presentare, et infra alios XXX dies continue secuturos michi fidem facere de presentatione predicta.

* *Dati, traditi et exhibiti fuerunt predicti appostoli refutatorii dicto Petrucio, sindico et procuratori se dicenti dictorum Fratrum, per dictum d. episcopum sedentem pro tribunali ad suum solitum bancum iuris positum in dicto episcopatu, in audientia dicti episcopatus, cui undique sunt res dicti episcopatus, sub anno MCCCLXXIV, ind. XII, die IV dec., pp. dn. Christofano Pucii, dn. Iohanne Angeli, ser Iohanne Bartoli et Symone Siccarelli d. Vangnacii de Assisio tt.*

Nicolaus q. ser Thome mag. Thome de Assisio not. nec non not. et officialis dicti d. episcopi.

16. * *Circa producta per partem fratrum Ord. Min. de Assisio coram vobis d. Cardinali fr. Bartholucius Vannis protestatur* [etc.] *et ad positiones dicte partis respondet ut sequitur:*

Ad I-IX credit.

Ad X credit: dicit tamen quod domini sui, quorum procurator existit, possint, si velint, ex privilegio Clementine « Super cathedram » pro tempore futuro petere integram quartam, consuetudine et aliis conceptis in dicta positione nequaquam obstantibus.

Ad XI-XV credit.

Ad XVI credit de confessatis, de negatis negat.

Ad XVII-XVIII credit.

Ad XIX ut supra ad XVI.

Ad XX credit quod dictus fr. Thomas episc. fecit monitiones et mandata ad finem ut de cetero quarta ex integro solvatur, et credit quod hoc legitime facere possit privilegio dicte Clementine « Super cattedram ».

Ad XXI credit. Ad sequentes: nimis generales sunt.

17. * *Die iovis XXV ian. Ioffridus retulit michi Reginaldo not. se heri citasse Scolarum Gioli Soldani, Golardonum d. Nicolai, Ludovicum Francisci, Laurentium Petrucii, Avinione personaliter repertos, ad perhibendum testimonium veritati tamquam testes affuturi ad primam diem curialem.*

Die veneris XXVI ian. Comparuit in iudicio coram d. Egidio Bellemere auditore mag. Manfredus de Ferraria, partis sibi adverse non comparentis contumaciam accusavit, Scolarium Gioli et Laurentium Petrucii in testes affuturos produxit, et aliorum testium non comparentium contumaciam accusavit.

Die sabbati XXVII ian. Ioffridus retulit se hodie citasse fr. Bartholucium Vannis ad horam vesperarum huius diei et Golardonum d. Nicolai et Ludovicum Francisci testes ad diem lune proxime futuram.

Die sabbati XXVII ian. Comparuit in iudicio coram Egidio Bellemere auditore mag. Manfredus de Ferraria, partis sibi adverse non comparentis contumaciam accusavit et ven. patrem d. Iohannem abbatem monasterii S. Benedicti de Gualdo, Nucerin. dioc., pro interprete produxit, petens ipsum ad interpretandum dictos testes admitti.

Die lune XXIX ian. Comparuit in iudicio coram d. Cardinali mag. Manfredus de Ferraria et fr. Bartholucii procuratoris ex adverso non comparentis contumaciam accusavit et Guidonem d. Nicolay et Ludovicum Francisci testes affuturos produxit. Quorum quidem testium et aliorum in huiusmodi causa producendorum examinationem idem d. Cardinalis michi Reginaldo not. commisit super articulis dictorum fratrum Minorum fideliter faciendam.

Die veneriis II februarii non fuit audientia causarum apostolicarum, propter festum Purificationis b. Marie Virginis, quod ipsa die celebrabatur.

Die lune VII febr. Comparuit in iudicio coram d. Cardinali mag. Manfredus de Ferraria et partis sibi adverse contumaciam accusavit. Ioffridus porterius retulit michi Reginaldo not. se de mandato d. Cardinalis citasse fr. Bartholucium quemadmodum habuerat in mandatis.

Die lune XXVI februarii. Comparentibus in iudicio coram d. Egidio Bellemere auditore fr. Bartholucio Vannis et mag. Manfredo de Ferraria, idem fr. Bartholucius quamdam petitionis cedulam exhibuit; prefatus vero mag. Manfredus contra dictam cedulam generaliter verbo excepit. Deinde prefati procuratores hinc inde dixerunt se non velle plus dare de iure suo, sed petierunt concorditer in huiusmodi causa concludi, et quantum in ipsis erat concluserunt nichilominus in eadem.

Tenor petitionis cedule talis est:

18. * *Coram vobis d. Petro S. Eustacii dyac. card. fr. Bartholucius Vannis de Assisio suo et procuratoriis nominibus d. fr. Thome de Amelia episc. Assisin. et dd. Nicolai d. Iohannis de Assisio, d. Lamberti Pucii* [*etc. ut supra n. 6*], *et d. Francisci Pucii de Assisio plebani plebis S. Constancii, contra Fratres Ord. Min. de civ. Assisii dicit quod, licet quarta pars funeralium et relictorum et aliarum quarumcumque obventionum defuncto-*

rum parochianorum dictarum ecclesiarum sepultorum apud ecclesiam seu cymiterium dictorum Fratrum ac provenientium ipsis Fratribus pertinere debeat ad dictos canonicos, capellanos, plebanos et rectores, tamen prefati Fratres quartam de obventionibus [*etc.*] *dictis canonicis* [*etc.*] *dare et solvere recusarunt pro tempore presenti indebite et iniuste, licet sepius cum instantia debita requisiti. Quare petit per vos d. Cardinalem et vestram diffinitivam sententiam pronunciari et declarari dictos Fratres condempnandos fore et compellendos iuris remediis oportunis ad dandum pro tempore presenti et de cetero prefatis, canonicis* [*etc.*] *dictam quartam.*

19. * *Die veneris XXIII martii. Comparuit in iudicio coram d. Cardinali mag. Bertoldus de Matheurode procurator Fratrum Min. predictus et pro informatione pleniori dicti d. Cardinalis quamdam Bullam apost. seu statutum exhibuit, petens eam in cause registro inseri.*

Tenor dicte littere apost. talis est:

Benedictus episc.... Inter cunctas... anno primo (1).

Die mercurii XXVIII martii. Comparuit in iudicio coram d. Egidio Bellemere auditore fr. L u d o v i c u s *procurator fratrum Min. predictus et petiit citari mandari partem sibi adversam ad audiendum per d. Cardinalem ferri et promulgari sententiam.*

Die lune IV aprilis. Ioffridus retulit se hodie citasse fr. Bartholucium Vannis ad audiendum diffinitivam ferri et promulgari sententiam, ad primam diem curialem proxime futuram.

Die veneris VI aprilis. Comparuerunt in iudicio coram d. Cardinali mag. Bertholdus de Macbemode substitutus et fr. L u d o v i c u s *procurator dictorum Min. de Assisio et partis sibi adverse non comparentis contumaciam accusavit. Et d. Cardinalis dictam partem non comparentem reputavit contumacem et in eius contumaciam, visis primitus per ipsum d. Cardinalem omnibus et singulis actibus, actitatis, iuribus, litteris, instrumentis, testium depositionibus ac inter se matura deliberatione prehabita, de iurisperitorum consilio et assensu ad suam diffinitivam sententiam in huiusmodi causa ferendam duxit procedendum, et eam pro parte dictorum Fratrum Min. de Assisio et contra prefatos dd. episcopum et clerum de Assisio in scriptis tulit, pp. d. Nicolao Corrosii et Antonio Macellarii in romana Curia procuratoribus et aliis tt.*

Tenor pronunciationis cedule talis est:

20. * *Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes et habentes pre oculis solum Deum, de consilio peritorum, per hanc nostram diffinitivam sententiam quam ferimus in hiis scriptis pronunciamus, decernimus et declaramus predictos Fratres et conventum ecclesie sive domus S. Francisci Ordinis fratrum Minorum civ. Assisii in personam Manfredi Costabilis de Ferraria ipsorum procuratoris et eumdem procuratorem nomine procuratorio predictorum ab impeticione episcopi et canonicorum cathedralis et rectorum parochialium ecclesiarum civ. et dioc. Assisine predictorum de et super dicta quarta, salvo iure predictorum percipiendi, prout ad*

(1) Idest nostri elenchi nr. 569.

unumquemque eorum pertinet, dictam medietatem cere omnium funeralium integram prout hactenus percipere consueverant, absolvendos fore et absolvimus; episcopum, canonicos et rectores predictos in personam fr. Bartholucii Vannis de Assisio rectoris eccl. S. Iohannis de Buvilglio et prefatum fr. Bartholucium procuratorem in personis episcopi, canonicorum et rectorum predictorum dictis Fratribus et conventui condempnamus in expensis factis in causa huiusmodi legitime coram nobis, quarum taxationem nobis imposterum reservamus.

21. * *Die sabbati XIV maii. Ioffridus porterius et nuntius retulit se hodie citasse fr. Bartholucium Vannis ad videndum taxari expensas in causa huiusmodi.*

Die lune ultima aprilis. Comparuit in iudicio coram d. Cardinali fr. Ludovicus procurator fratrum Min. et petiit expensas in huiusmodi causa taxari, contumaciam partis sibi adverse accusando.

Die sabbati V aprilis. Ioffridus porterius supradictus retulit se hodie citasse fr. Bartholucium Vannis ad videndum taxari expensas.

22. * *Die lune VII maii. Comparuit in iudicio coram d. Cardinali fr. Ludovicus et partis sibi adverse non comparentis contumaciam accusavit. Et tunc prefatus d. Cardinalis dictam partem non comparentem reputans contumacem, in ipsius contumaciam, recepto a dicto fr. Ludovico corporali iuramento se tantum et amplius expendisse vel necessario expendere habere in et pro causa huiusmodi, dictas expensas coram se in huiusmodi causa factas ad XXXIX florenos auri de Florentia boni auri et legitimi ponderis provida moderatione taxavit. De qua quidem taxatione fr. Luduvicus petiit fieri publicum instrumentum, pp. d. Egidio Bellemere utriusque iuris doctore, sacri palatii camerario et dicti d. Cardinalis commissarii auditore, et Iohanne de Bossaco cubiculario dicti d. Cardinalis, tt.*

(S.T.) *Ego Reginaldus Bombeleti a S. Ylario, clericus Remensis dioc., not. et d. Cardinalis S. Eustacii et cause huismodi coram eo scriba, quia michi notario constat quod presens copia extracta fuerit de originali processu et quia concordantem cum eo inveni, ideo me hic subscripsi manu propria et signo meo in presenti subscriptione intercluso signavi. Qui quidem processus originalis penes me notarium remanet. In presenti vero copia sunt quinquaginta duo folia* [*etc.*].

Instr. XIII-XVI, 12 dic. 1874. — *Exemplum authenticum eiusdem temporis. In verso ultimi folii ad calcem diversa manu sed coaeva est scriptum:* Dompna Catarina de Padua die [= *dedit*] unum florenum et una tobalia.

570. *1319.*

Universis et singulis presentes licteras inspecturis fr. Theobaldus Dei gratia episc. Asisinas (1) *salutem in Domino.*

Noveritis nos vidisse et habuisse quasdam licteras papales bulla plumbea ad filum serici rubei et zalli coloris pendentis bullatas non can-

(1) Annis 1296-†1329: Eub., *Hier.*, I[1], 114.

cellatas neque in aliqua sui parte suspectas; in qua quidem ex una parte sculpta erant duo capita cum cruce in medio, super que capita hee lictere legebantur; S. Pa. S. Pe.; *ex alia vero parte ipsius bulle legebantur lictere* Iohannes pp. XXII. *Quarum licterarum tenor talis esse dignoscitur:*

Iohannes *etc.* Sancta romana atque universalis Ecclesia *etc.* anno secundo.

Has autem licteras ad certitudinem pleniorem nostri fecimus sigilli appensione muniri.

*Datum Asisii sub anno Domini millesimo tercentesimo decimo nono, tempore ipsius d. Iohannis divina providentia pape XXII, indictione II, die * * mensis * *.*

Instr. III, 32. — *Originale. In dorso: « Privilegium contra* [...] *sive Fraticellos ».*

571. *1349, 30 novembris et 1350, 28 martii.*

Anibaldus miseratione divina episcopus Tusculanus, sancte romane Ecclesie cardinalis, apostolice Sedis legatus, dilecto in Christo filio fr. Iohanni Iacobi de Spello Ordinis fratrum Minorum Inquisitori heretice pravitatis, provincie S. Francisci, salutem in Domino.

Inter solicitudines varias quibus ex officio iniuncto nobis legationis astringimur, solicite cogitare nos convenit ut officium heretice pravitatis exerceatur solicite et personis talibus committatur, quod, eorum sacro mi-[ni]sterio, errantes ad lumen redeant veritatis.

Nuper siquidem sanctissimus pater et dominus noster d. Clemens divina providentia papa VI nos ad regnum Sicilie et totam terram ipsius regni citra Farum et Tuscie ac nonnullas alias partes et provincias, in litteris ipsius d. Pape nobis super nostra legatione concessis spetialiter nominatas, commisso nobis plene legationis officio in eisdem pro urgentibus et arduis Ecclesie romane negotiis destinans, ac volens ut commissum nobis legationis officium eo efficacius exequi valeremus quo maiori essemus auctoritate muniti, nobis concessit suas apostolicas litteras in hec verba:

Clemens episc. *etc.* ven. fratri Anibaldo episcopo Tusculano, apostolice Sedis legato, salutem *etc.*

Cum te ad regnum Sicilie et totam terram ipsius regni citra Farum et Tuscie ac nonnullas alias partes et provincias in litteris nostris tibi super legatione concessis specialiter nominatas cum plene legationis offitio destinemus, ut commissum tibi legationis officium eo efficacius exequi valeas, quo maiori fueris auctoritate munitus, inquirendi et procedendi contra Inquisitores heretice pravitatis, et eos quos in huiusmodi inquisitionis officio excessisse repereris ab eodem officio amovendi et alium vel alios loco ipsius vel ipsorum qui amotus seu amoti fuerint auctoritate apostolica surrogandi, contradictores quoque per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, non obstantibus quibuscunque privilegiis ac indulgentiis eis per dictam Sedem sub quacumque forma verborum concessis et litteris apostolicis generalibus vel spetia-

libus quibuscunque, sub quavis verborum forma concessis, per que presentium effectus impediri posset quomodolibet, vel differ[r]i, et de quibus quorumque totis tenoribus habenda esset in presentibus mentio specialis; seu si eisdem Inquisitoribus vel quibusvis aliis communiter vel divisim a prefata sit Sede indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, plenam et liberam tibi concedimus auctoritate apostolica facultatem.

Datum Avinione II kal. decembris, pontif. nostri anno septimo.

Quarum litterarum apostolicarum auctoritate, te, quem Largitor gratiarum omnium litterarum scientia et aliis multis virtutibus, sicut fide dignorum testimonio accepimus, laudabiliter insignivit et in cuius affectu, sicut firmiter credimus, spetialiter geritur quod fides catholica, extirpatis erroribus, suscipiat incrementum, Inquisitorem heretice pravitatis provincie S. Francisci Vallis Spoleti, usque ad apostolice Sedis beneplacitum atque nostrum, constituimus tenore presentium ac etiam ordinamus, cum omnibus iuribus, honoribus et privilegiis a iure vel a Sede apostolica seu quibuscunque aliis concessis Inquisitoribus illarum partium heretice pravitatis, recepto prius a te corporaliter iuramento quod offitium ipsum ad honorem Dei sancteque romane Ecclesie et exaltationem catholice fidei diligenter et fideliter exercebis.

Dantes tibi eadem auctoritate, tenore presentium, plenariam potestatem infra dictam provinciam inquirendi contra quoscumque hereticos vel de heresi quomodolibet suspectos, fautores, receptatores et defensores eorum, ipsosque capiendi et detinendi, condempnandi, absolvendi, liberandi ac omnia alia et singula faciendi que ad huiusmodi inquisitionis officium de iure pertinere noscuntur.

Mandantes eadem auctoritate, presentium tenore, universis et singulis eiusdem provincie archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, militibus, capitaneis, generalibus et officialibus universis et eorum vicariis ceterisque ecclesiasticis seu secularibus personis sub excommunicationis, suspensionis et interdicti penis, ut tibi in hiis que ad huiusmodi inquisitionis officium pertinere noscuntur, benigne pareant et intendant, ac cum per te requisiti extiterint dent per se et alios, prout oportunum fuerit, consilium, auxilium et favorem.

Nos autem sententias sive penas, quas rite tuleris, ratas et gratas habebimus, ipsasque faciemus, auctore Domino, inviolabiliter observari.

Datum Fulginei, V kalendas aprilis, pontificatus dicti d. Clementis pape VI anno septimo.

Instr. III, 82. — *Originale. In dorso:* Litterae Anibaldi cardinalis per quas mag. Ioanni Iacobi de Hispello officium iniungit extirpandi hereticos.

573. *1399, 18 aprilis.*

** Michael Petri de Pisis Ordinis Camalduleu., Camere apostolice in civitatibus et dioc. Perusin., Assisin., Nucerin., Eugubin., Civitatis Castelli, Corton. et Clusin. collector apostolicus generalis, ven. viro domno Mar-*

tino priori ecclesie S. Generis de Perusio de Monte, porte Solis, nostro et Camere apostolice in civitate et diocesi Perusin. subcollectori.

Noveritis nos bullas Bonifatii noni recepisse, quarum tenor talis est, videlicet:

Bonifatius episc. *etc.* dilecto filio Michaeli Petri de Pisis Ordinis Camaldulen. professori, in Perusin., Assisinat., Nucerin., Eugubin., Civit. Castelli, Clusin., nostris, necnon Corton. civit. et dioces. ipsarumque comitatibus et districtibus fructuum et proventuum Camere apostolice debitorum collectori salutem *etc.*

Ex fideli et sollicita ac diligenti prudentia, providentia quoque et probitate circhumspecta aliisque virtutibus quibus fulgere dignosceris, presumimus evidenter quod ea que commiserimus, solerti et diligenti studio fideliter exequaris.

Hinc est quod Nos te, de cuius circumspectione plurimum confidimus, in Perusin., Assisien., Eugubin., Nucerin., Civitatis Castelli, Clusin., nostris, nec non Corton. civitat. et dioces., ipsarumque comitatibus et distriptibus generalem collectorem et receptorem fructuum et proventuum, censuum et decimarum et aliorum reddituum Camere apostolice in predictis civitatibus et diocesibus debitorum usque ad nostrum beneplacitum auctoritate apostolica tenore presentium facimus et constituimus et etiam deputamus, omnes alios et singulos huiusmodi fructuum, proventuum, censuum et decimarum et aliorum reddituum collectores et subcollectores in prefatis civitatibus et diocesibus per Nos aut Sedem apostolicam hactenus deputatos penitus revocantes, tibi etc.

Nos igitur te Martinum Ghuidutii priorem predictum in dictá civitate et diocesi Perusin. subcollectorem facimus.

In quorum testimonium presentes sigilli nostri officii appensione muniri iuximus.

Dat. Perusii in nostra solita audientia sita in palatio episcopali Perusii nostre habitationis, sub anno MCCCLXXXXVIIII, ind. VII, tempore Bonifatii pape IX, die XVIII aprilis.

Guasspar Donati ser Iachobi de Perusio porte S. Angeli not.

Instr. IV, 76. — *Exemplum auth. et Originale.*

574. *1407, 30 aprilis.*

Gregorius episc. *etc.* ven. fratri episcopo Esin. et dilectis filiis Lodovico clerico Interamnen. ac abbati monasterii S. Antimi Valistarsie Clusin. dioc. salutem *etc.*

Litterarum scientia, vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud Nos dilectus filius Angelus Victorini de Assisio canonicus ecclesie b. Marie maioris Assisinat. fide digno commendatur testimonio, Nos inducunt ut sibi reddamur ad gratiam liberales.

Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte ipsius Angeli peticio continebat quod olim prioratum maioris ecclesie Assisin., quem q. Franci-

scus Putii de Assisio ipsius ecclesie maioris prior dum viveret obtinebat, per eiusdem Francisci obitum, qui extra romanam Curiam diem clausit extremum, vacantem, dilectus filius noster Landulphus S. Nycolai in Carcere Tuliano dyaconus cardinalis, fungens tunc in partibus illis auctoritate apostolica legationis officio, dictum prioratum sic vacantem prefato Angelo auctoritate legationis huiusmodi contulit et de illo eciam providit, idemque Angelus offerens se tunc canonicatum et prebendam dicte maioris ecclesie nec non plebem S. Constancii Assisinat. dioc., quos tunc obtinebat, per assecucionem dicti prioratus dimissurum, prioratum ipsum vigore collationis et provisionis predictarum extitit assecutus, illum ex tunc tenuit et possedit.

Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, idem Angelus dubitet collacionem et provisionem predictas ex certis causis viribus non subsistere et, sicut accepimus, prioratus ipse adhuc, ut prefertur, vacare noscitur; Nos volentes prefato Angelo, qui presbiter et, ut asserit, in iure canonico peritus existit, promissorum meritorum suorum intuitu graciam facere specialem, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios prioratum predictum, qui curatus et dignitas maior post pontificalem in dicta maiori ecclesia existit et ad quem consuevit quis per eleccionem assumi, cuius fructus, redditus et proventus quadraginta florenorum auri, secundum communem extimacionem, valorem annuum, ut ipse Angelus asserit, non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collacio iuxta Lateranen. statuta Concilii ad Sedem apostolicam legitime devoluta, vel prioratus disposicioni apostolice specialiter reservatus existat, et super eo inter aliquos lis, cuius statum haberi volumus pro expresso, in dicta curia vel extra eam pendeat indecisa, prefatusque Franciscus dicte Sedis cappellanus vel familiaris fuerit, dummodo tempore dati presentium nòn sit in eodem prioratu alicui specialiter ius quesitum, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis prefato Angelo auctoritate nostra conferre et assignari curetis, inducentes eum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem prioratus iuriumque et pertinentiarum predictorum eadem auctoritate, et defendentes inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac facientes ipsum Angelum vel dictum procuratorem pro eo ad eundem prioratum, ut est moris, admicti sibique de ipsius prioratus fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi. Contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo.

Non obstantibus tam fel. rec. Bonifacii pape VIII predecessoris nostri quam aliis quibuscumque constitutionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie maioris contrariis, iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui super pensionibus sibi faciendis de prioritatibus, dignitatibus, personatibus vel officiis ipsius ecclesie maioris speciales aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte Sedis vel legatorum eius

litteras impetraverint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus prefatum Angelum in assecutione dicti prioratus volumus anteferri, sed nullum per hoc eius quoad executionem prioratuum, dignitatum, personatuum vel officiorum aut beneficiorum aliorum praeiudicium generari; seu si ven. fratri nostro episcopo et dilectis filiis capitulo Assisinat. vel quibuscumque aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de prioratibus, dignitatibus, personatibus vel officiis ipsius maioris ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collacionem, provisionem, presentacionem vel eleccionem seu quamvis aliam disposicionem, coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeant provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem; et qualibet alia dicte Sedis indulgencia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gracie impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mencio specialis; aut si dictus Angelus presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie maioris ratione dicti prioratus solitum iuramentum, dummodo in absencia sua per procuratorem ydoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesserit corporaliter illud prestet, seu quod idem Angelus, ut asserit, canonicatum et prebendam in S. Marie maioris nec non cappellam sine cura S. Antonii sitam maiori ecclesiis predictis, quorum omnium fructus, redditus et proventus decem florenorum auri, secundum extimationem predictam, [valorem] annuum non excedunt, noscitur obtinere.

Volumus autem quod idem Angelus, quam primum vigore presentium dictum prioratum fuerit pacifice assecutus, canonicatum et prebendam maioris ecclesie nec non plebem predictos, si eos antea non dimiserit, quos ex tunc vacare decernimus ac omne ius, si quod sibi in eis vel ad eos quomodolibet competit omnino, prout ad id se sponte obtulit, dimictere teneatur; et insuper ex nunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Datum Rome apud S. Petrum, XI kal. maii, pontif. nostri anno primo.

Instr. IX, 8. — *Exemplum authenticum.*

576-577. *1493, 18 martii.*

** Anno D. 1493, XI ind., die XVIII martii. Cum Sixtus IV proviserit d. Leoni episc. Sitien. de abbatia vulgariter nuncupat. S. Nicolaus de Campolongo dioc. Assisinat., et postmodum per d. Iohannem episc. Fasien. procuratorem suum d. Leo ep. predictus in manibus predicti Sixti IV dictam abbatiam sponte renumptiaverit et prefatus papa Sixtus illius*

abbatie edifitia nec non bona omnia sacristie conventus S. Francisci de Assisio applicaverit, reservata certa annua pensione solvenda per dictam sacristiam d. Fabiano de Montepolitiano clerico Camere ap., prout patet in Bulla cuius tenor talis est:

Sixtus *etc.* Venerabilem *etc.* anno sexto.

Et postmodum prefatus Sixtus IV reservavit omnes redditus dicte abbatie dicto d. L e o n i *episc. Sithien. cum onere solvendi XVIII ducat. auri d. Fabiano de Montepolitiano, prout patet in Bulla cuius tenor talis est:*

Sixtus *etc.* Personam *etc.* anno sexto.

Idcirco d. Iohannes Baptista de Talgliapreta clericus Brixien. dioc. procurator d. L e o n i s *episc. Sithien., de quo mandato procure patent duo instrumenta, quorum tenor talis est:*

« *Anno 1492, ind. X, die dominico 14 octobris. D.* L e o *ep. Sithien. et pensionarius ecclesie q. abbatie S. Nicolai de Campolongo Assis. dioc. constituit d. presbiterum Iohannem de Vacariis fictabilem et beneftialem ecclesie S. Bartholomei de Bornado Brixien. dioc. et Iohannem Baptistam Taiapret. clericum Brixien., utrumque eorum in solidum, suos veros procuratores ad omnes causas tam in civ. Assisii quam alibi et tam cum Fratribus conventus S. Francisci civ. Assisii de ratione pensionis sue dicte ecclesie S. Nicolai de Campolongo quam alia quacumque de causa; promictens se ratum et gratum habiturum quicquid per dictos eius procuratores in premissis factum fuerit. Actum Brixie in domibus ecclesie S. Georgii, pp. d. presbitero Andrea de Ballatoribus de Claris et d. presb. Bartholomeo de Maximis, ambobus beneficialibus in dicta eccl. S. Georgii tt. — Andreas q. d. Bartholomei de Solatiis civis et habitator Brixie not. — Andreas Barbadicus pro ill.mo duce v. l. Brixie et districtus capitaneus fidem facimus suprascriptum Andream esse autenticum notarium etc. Brixie die XIII nov. 1492. Mattheus de Papia q. etc.* ».

« *Anno 1492, die dominico XIIII octobris. D.* L e o *episc. Sithien. constituit d. presb. Ioannem de Vaccthariis et Iohannem Baptistam Taiapreta* [*qui supra*] *suos vero procuratores ad componendum, concordandum, paciscendum et transigendum cum Fratribus conventus S. Francisci civ. Assisii causa pensionis ecclesie q. abbatie S. Nicolai de Campolongo, dictumque benefitium renumptiandum, promittens* etc. *Actum* [*ut supra*] *Andreas Barbidicus fidem facimus* [*ut supra*] ».

Et dictus Iohannes Baptista procurator fuit confessus dictis nominibus fuisse integraliter satisfactum a dictis sacristia, Fratribus et conventu S. Francisci de Assisio de omnibus pecuniis in quibus tenerentur usque ad presentem diem dicto d. L e o n i *episc. Sithien. occasione predicte pensionis, et de quibus dictus procurator fecit generalem quietationem rev. patri s. Theologie professori mag.* E g i d i o d e A m e r i a [1] *custodi s. conventus S. Francisci de Asisio, pro eo quia sibi solvit in contanti et in pecunia numerata pro ultima et finali solutione dicte pensionis ducatus auri largos centum quinquaginta septem. Et insuper promisit*

---

(1) Delphini, postea Vicarius gen., 1499-1500, et Min. gen., 1500-1506.

dictus d. Ioannes Baptista in futurum aliquid non petere quoquomodo a dictis sacristia [*etc.*] *occasione dicte pensionis, pro eo quia dictus d. Leo obtinuit per Sedem apostolicam de tot et tantis beneficiis ecclesiasticis, quorum fructus ascendunt ad quantitatem supradicte pensionis. Cui pensioni dictus procurator expresse renuntiavit, nec non licentiam et potestatem dedit dicto Custodi retinendi et in usum dicte sacristie convertendi dictos fructus secundum tenorem dicte Bulle supra registrate.*

Acta fuerunt hec Rome in regione pontis S. Angeli in domo habitationis d. Dominici de Spinollis de Tharano, iuxta bona Iohannis Petri de ecclesia de Mediolano habitatoris Urbis, bona ecclesie S. Salvatoris de Urbe, pp. dicto d. Dominico, d. Antonio Frapicciolo de Ameria et d. Claudio de Michalia dioc. Visontin. tt.

Franciscus Bos de Asisio not.

Instr. X, 46 — *Originale.*

579. *1482, 30 ianuarii.*

Dilecto filio Custodi conventus S. Francisci de Assisio

SIXTUS PAPA IIII.

Dilecte fili, salutem *etc.*

Licet nuper dilecto filio Hieronymo Tyberii de Montepolitiano concesserimus in subsidium eius studii omnes et singulos fructus ac pensiones quorumcumque beneficiorum que quondam Fabianus, etiam de Montepolitiano Camere apostolice clericus, tempore obitus sui obtinebat; tamen, cupientes opus fabrice et reparationis ecclesie conventus istius ad laudem Dei et devotionem populorum commodius perfici, tenore presentium decernimus quod Fratres dicti conventus non teneantur prefato Hieronymo aut altero pro eo solvere pecunias eidem q. Fabiano ratione pensionis certe abbatie dicto conventui unite debitas, neque censeantur ob non solutionem censuram vel penam aliquam incurrere, neve etiam ad id a quoquam cogi possint; non obstantibus premissis ceterisque contrariis quibuscumque.

Mandantes nihilominus, ut pecunie ipse in dictam fabricam et reparationem, iuxta ordinationem iam factam, integre cum effectu convertantur.

Datum Rome, apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die XXX ianuarii MCCCCLXXXII, pontif. nostri anno undecimo.

Instr. XII, 26. — *Originale.* = Nr. 452: XIV, 16. — *Exemplum.*

580. *1493, 2 martii.*

Dilecto filio *Christophoro de Assisio* Ordinis Minorum et sacre Theologie professori

ALEXANDER PAPA VI.

Dilecte fili, salutem *etc.*

Exponi nobis fecisti quod tu ex nonnullis pecuniis pia Christi fidelium largitione ac alias licite per te acquisitis emisti nomine tuo proprio tres domunculas in civitate nostra Assisii easque aliqualiter in-

staurasti, ita ut iam ad valorem septuaginta florenorum auri de Camera vel circa ascendant. Verum quia, sicut eadem expositio subiungebat, dicte domuncule propter dissensiones eiusdem civitatis parum utilitatis afferunt, cuperes illas plus offerentibus vendere et pretium in aliqua bona utiliora ac in subventionem tuam tempore necessitatis et infirmitatis convertere; quare pro parte tua fuit Nobis humiliter supplicatum ut tibi in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur:

Nos, tuis in hac parte humilibus supplicationibus inclinati, tibi ut de licentia tui Superioris dictas domunculas quibusvis personis, cum quibus conditionem tuam efficere poteris meliorem, vendere et pretium inde proveniens, dum et quando tibi placebit, ut prefertur, convertere libere et licite possis et valeas, apostolica auctoritate tenore presentium concedimus et indulgemus; volentes ut dictarum domuncularum emptores per quemvis, etiam quavis auctoritate, nullo modo valeant molestari.

Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac dicti Ordinis, iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, privilegiis et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Rome apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die II martii MCCCCLXXXXIII, pontif. nostri anno primo.

Instr. XII, 36. — *Originale.*

581. *1552, 23 augusti.*

Iulius episc. *etc.* dilecto filio Petro Gentili de Honofriis, rectori ecclesie S. Blasii de la Bastia Assisinaten. diocesis, salutem *etc.*

Vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales.

Dudum siquidem omnia beneficia ecclesiastica apud Sedem apostolicam tunc vacantia et in antea vacatura collationi et dispositioni nostre reservavimus, decernentes ex tunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret attemptari.

Cum itaque postmodum ruralis et sine cura ecclesia S. Blasii de la Bastia, Assisinaten. diocesis, per liberam resignationem dilecti filii Ioannis Maro, nuper ipsius ecclesie rectoris, de illa quam tunc obtinebat per dilectum filium Ioannem Baptistam Sellanova clericum Mediolanen. procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum in manibus nostris sponte factam et per Nos admissam, apud Sedem predictam vacaverit et vacet ad presens nullusque de illa preter Nos hac vice disponere potuerit sive possit, reservatione illius et decreto obsistentibus supradictis; Nos tibi presbitero premissorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes teque a quibusvis excommunicationis *etc.* absolutum fore censentes, nec non omnia et singula beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura que etiam ex quibusvis

dispensationibus apostolicis obtines et expectas ac in quibus et ad que ius tibi quomodolibet competit, quecumque, quotcumque et qualiacumque sint, eorum fructuum, reddituum et proventuum veros annos valores ac huiusmodi dispensationum tenores presentibus pro expressis habentes, ecclesiam predictam, cuius fructus, redditus et proventus XXIV ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum, ut asseris, non excedunt, sive premisso sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per similem resignationem dicti vel cuiusvis alterius de illa in romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta Concilii ad Sedem eandem legitime devoluta, ipsaque ecclesia dispositioni apostolice specialiter vel alias generalitar reservata existat, et super ea inter aliquos lis, cuius statum presentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo eius dispositio ad Nos hac vice pertineat, omnibus iuribus et pertinentjis suis, apostolica tibi auctoritate conferimus et de illa etiam providemus; decernentes, prout est, irritum et inane si secus super hiis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attemptatum forsan est, etiam hactenus vel imposterum contigerit attemptari.

Non obstantibus fel. rec. Bonifatii papae VIII predecessoris nostri et aliis apostolicis constitutionibus contrariis quibuscunque, aut si aliqui super provisionibus tibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte Sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum; quibus omnibus te in assecutione dicte ecclesie volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum praeiudicium generari; aut si ven. fratri nostro episcopo Assisinaten. vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint, quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis, collationis, provisionis, decreti et voluntatis infringere *etc.* Si quis autem *etc.*

Datum Rome apud S. Marcum, anno incarnationis Dominice millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, decimo kalendas septembris, pontif. nostri anno tertio.

Instr. XIII, 7. — *Originale.*

583. *1552, 2 decembris.*

Iulius episc. *etc.* dilecto filio vicario venerabilis fratris episcopi Assisinaten. in spiritualibus generalis salutem *etc.*

Significarunt nobis dilecti filii Guardianus et Fratres domus S. Francisci Assisinaten. Ordinis Fratrum Minorum Conventualium nuncupatorum, quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorsus ignorant, census, fructus, redditus, proventus, terras, domos, possessiones, vineas, ortos, campos, prata, pascua, nemora, silvas, arbores, arborum fructus, vini, bladi, frumenti, ordei, lini, lane, olei, cere, auri, argenti monetati et non monetati quantitates, vasa argentea, enea, stannea, cuprea, ferrea, pannos lineos, laneos, sericeos, vestes, iocalia, calices, patenas, cruces, turribula, reliquiaria, casulas, albas, amictus, tunicas, stolas et alia ornamenta et paramenta ecclesiastica, lectos, lintheamina et alia domus utensilia, equos et alia animalia, libros, instrumenta, contractus, obligationes, cedulas, quietantias, litteras, scripturas publicas et privatas, testamenta, codicillos et alia documenta, debita, credita, legata, mutua, deposita, iura, iurisdictiones, pecuniarum summas et nonnulla alia res et bona in publicatione presentium etiam latius, si dictis significantibus videbitur, specificanda, ad dictam domum, cui, sicut dicti significantes asserunt, bona etiam immobilia ex indulto apostolico eis seu dicti Ordini concesso habere licet, tam ratione fundationis et donationis eiusdem domus nec non legatorum et relictorum ei seu dictis significantibus pro tempore factorum ac spoliorum Fratrum eiusdem domus etiam pro tempore defunctorum, quam alias legitime spectantia temere et malitiose occultare ac occulte et indebite detinere presumunt eorumque occultatores et detentores eisdem significantibus revelare non curant, in animarum suarum periculum et domus ac significantium predictorum non modicum detrimentum; super quo iidem significantes apostolice Sedis remedium implorarunt.

Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus omnes huiusmodi censuum, fructuum, auri, argenti quantitatum, iocalium, ornamentorum, utensilium, litterarum, scripturarum, pecuniarum summarum ac aliorum bonorum et rerum etiam, ut prefertur, specificandorum predictorum detentores et ea revelare non curantes occultos ex parte vestra publice in ecclesiis coram populo per te vel alium seu alios moneas ut infra competentem terminum, quem eis prefixeris, ea dictis significantibus vel eorum legitimo procuratoris a se debita [... revelent...]. Et si id non adimpleverint, infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc duxeris peremptorie prefigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiam proferas et eam facias ubi et quando expedire videris usque ad satisfactionem et revelationem condignam solemniter publicari.

Datum Rome apud S. Petrum, anno incarnationis Dominice millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, quarto nonas decembris, pontif. nostri anno tertio.

Instr. XIII, 8. — *Originale.*

584. *1546, 23 iunii; 1548, 1 martii; 1558, 9 ianuarii.*

Galeatius Philipputius de Assisio U. I. D., comes et S. Georgii eques de numero participantium, universis et singulis praesentes nostras litteras inspecturis, lecturis, visuris et audituris salutem in Domino et praesentibus fidem adhibere.

Noveritis coram nobis praesentasse magnificum d. Iosephum Lodovicum de Assisio, qui dudum in universitate studii generalis Perusini per septem fere annos in iure canonico et civili studuerit et, gratia Altissimi sibi suffragante, in eisdem adeo profecerit ut doctoratus gradus consequi mereretur, cuperetque suorum laborum fructus consequi et ad doctoratus gradus promoveri.

Nos igitur Galeacius antedictus aucthoritate nobis a sanctissimo domino nostro in hac parte concessa, cuius tenor talis est:

Paulus episc. *etc.*, ad perpetuam rei memoriam.

Celestis Patrisfamilias, qui cunctos equa dilectione prosequitur, vices licet immeriti gerentes in terris, ad ea, ut debemus, libenter intendimus per que dilecti filii subditi nostri, invidie occasione sublata, bonorum ac privilegiorum partecipatione letantur et nihil quoad eorum pacem et orthodoxe fidei et status S. R. E. conservatione[m] attinet non commictatur, prout rerum ac temporum qualitate pensata conspicimus in Domino salubriter expedire, ac inter multiplices curas, quibus assidue premimur, illa libenter amplectimur per que gloriosis Dei sanctis ac apostolice Sedi et in personarum electione et sufficientia laus crescat, utque Christi fideles cum Sede predicta contrahentes perpetua securitate congaudeant ac rebus eis concessis omni sublato impedimento fruantur, totis viribus procuravimus et ob id opem et operam impendimus efficaces.

Dudum siquidem, cum Nos imminentibus necessitatibus ducti pro statu dicte romane Ecclesie ac eiusdem orthodoxe fidei et libertatis Ecclesie tutela diversarum personarum onera sustinere non possemus, diversa collegia militum participantium in provinciis nostris in dicte romane Ecclesie instar officiorum romane Curie perpetuo erigere deliberavimus, putantes hoc modo necessitatibus ipsis parva Camere apostolice iactura occursum iri. Et cum in provincia nostra Marchie unum collegium centum et (1) unius primo et deinde quinquaginta virorum militum lauretanorum nuncupatorum iam ereximus et perfecerimus, cogitavimus in provincia nostra Romandiole aliud collegium centum et quinquaginta virorum militum S. Georgii participantium nuncupandorum (2) qui lictorum eiusdem provincie custodiam habeant, instituere ac illis pro honesta eorum substentatione congrua emolumenta assignare. Et cum dilecti filii inferius nominati ex fide et devotionis sinceritate, qua Nos et dictam romanam reverentur Ecclesiam, pro ne-

(1) Exemplum add. *a*.
(2) Exemplum add. *iam ereximus*.

cessitatibus predictis de summa septuaginta quinque milium scutorum auri in auro propriis animis subvenire optaverint, ex eis collegium predictum erigere ac illis custodiam lictorum predictorum demandare deliberavimus, sperantes quod ipsi eorumque in officio militum huiusmodi successores de his quoad custodiam predictam ac fidem et devotionem huiusmodi servandam pertinebunt nihil omitterent.

Habita igitur super his cum ven. fratribus nostris eiusdem S. R. E. cardinalibus matura deliberatione ac de eorum unanimi consilio et assensu, motu proprio, ex certa scientia ac de apostolice potestatis plenitudine, tenore presentium unum collegium centum et quinquaginta virorum militum S. Georgii participantium, ut prefertur, noncupandorum, quorum nomina et cognomina inferius describentur, perpetuo erigimus et instituimus, volentes ut ipsum collegium unam stantiam convenientem habeat in palatio civitatis Cesenaten. seu alio loco ubi pro divisione emolumentorum et congregationibus ac aliis negotiis collegii inter eos pertractandis conveniri possint, illamque per Legatum predictum seu rectorem dicte provincie pro tempore existentem eis infra mensem a die requisitionis sibi facte in loco convenienti liberam et expeditam assignari et perpetuo manuteneri debere, ac decernentes milites ipsos S. Georgii presentes et pro tempore existentes veros et indubitatos familiares, continuos commensales nostros et romani Pontificis pro tempore existentis existere ac a quibuscumque apostolicis et aliis litteris, scripturis et actibus publicis et privatis se tales scribere et nominare et ab aliis nominari posse et debere, ac eo ipso quoad officium militie huiusmodi admissi fuerint et cuiuslibet eorum filium primogenitum vel nasciturum nobiles de maiore nobilium genere ac aule Lateranensi comites cum potestate per se vel alium seu alios in genere et specie, quotiens cuilibet eorum placuerit, seu delegandos ac deputandos ab eis quoscumque, qui iure canonico et civili seu altero eorum per diligentem examinationem scientie et moribus idonei et sufficientes inventi fuerint in utroque vel altero iurium huiusmodi; quos vero in Theologia etiam cuiuscumque Ordinis etiam Mendicantium professores existentes, etiam si alias Superioris consensus requireretur, habitus vel requisitus non fuerit, seu artibus vel medicine aut alia licita facultate studuisset similiter per diligentem examinationem duorum aut trium per eos eligendorum doctorum seu magistrorum facultatis in qua studuerit coram eis vel aliquo eorum habitum ad fidelem magistrorum seu doctorum eorumdem attentionem cisfacundam peritos ac scientie et moribus ad hoc idoneos et sufficientes esse reperierint, de eorumdem doctorum seu magistrorum quo ad premissa quia consilio et assensu in Theologia seu in artibus vel medicina aut alia licita facultate huiusmodi ad baccalaureatus, licentiatus, doctoratus et magisterii gradus promovendi et illis in eis legendi, interpretandi, disputandi et alios actus ad personas in huiusmodi gradu constitutas quomodolibet pertinentes faciendi, auctoritatem concedendi et ipsorum gradum solita insignia eis conferendi; nec non iudices ordinarios et tabelliones publicos creandi et

creatos de iudicatus et tabellionatus et notariatus officiis huiusmodi per pennam et calamare, ut moris est, recepto prius ab eis solito iuramento, investiendi; cum spuriis et bastardis, manseribus, incestuosis et aliis ex quovis illicito et damnato coitu procreatis, ut in parentum et aliorum bonis tam ex testamento quam ab intestato sine preiudicio venientium ab intestato succedere et quoscumque actus legitimos exercere et ad quosvis honores, dignitates et officia publica vel privata assumi illaque gerere et exercere in omnibus et per omnia ac si de legitimo essent matrimonio procreati, libere et licite valeant disponere et quibusvis constitutionibus et ordinationibus apostolicis legibusque imperialibus etiam ex illis que in usibus feudorum et autenticorum habentur, etiam si de illis mentio specialis habenda foret, que haberi posset ad libitum voluntatis, statutis quoque et aliis ordinationibus in contrarium pro tempore editis etiam iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate aliqua roboratis, quotiens ei placuerit in quavis mundi parte derogandi *et reliqua quae in Breve et Bulla sequuntur, ad quam relatio habeatur.*

Datum Rome apud S. Petrum, anno incarnationis Domininice millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, septimo kal. iulii, pontif. nostri anno duodecimo.

Ego Paulus Catholice Ecclesie episcopus.

Deinde sequitur:

« *Hieronymus S. Georgii ad Velum aureum S. R. E. diaconus cardinalis, provinciae Romandiolae et exarchatus Ravennae de latere legatus.*

« *Cum d. Galeatius Philipputius Assisien. summam quingentorum scutorum auri in auro in manibus magnifici d. Benvenuti de Oliveriis provinciae praedictae thesaurarii pro sanctissimo d. nostro Paulo papa III et Camera apostolica receptoris realiter et cum effectu solverit, pro pretio et nomine pretii unius officii militum S. Georgii de numero participantium nuncupatorum nuper prelibati ss. domini nostri in dicta provincia erectorum, quod ut per litteras sub plumbo expeditas sub dato VII kal. iulii MDXLVI latissime constat; idcirco universis et singulis praesentes nostras litteras inspecturis, lecturis pariter et audituris notum facimus et testamur dictum d. Galeatium fuisse et esse in Bulla erectionis huiusmodi descriptum in numero ac consortio aliorum militum S. Georgii aggregatorum, et propterea auctoritate nostra qua in hac parte fungimur per praefatum d. Galeatium omnibus et singulis gratiis, privilegiis, indultis, honoribus, oneribus, exentionibus, praerogativis et immunitatibus in dictis litteris apostolicis concessis in omnibus et super omnia uti, frui, potiri et gaudere, eidemque de fructibus et proventibus, iuribus et obventionibus ac emolumentis universis dictorum militum et super extractione septuaginta stadiorum frumenti ad mensuram Cesen. gratis tam per mare quam per terram anno quolibet instar aliorum militum S. Georgii huiusmodi integre responderi, satisfieri et concedi debere ab omnibus ad quos spectat, tenore praesentium decernimus, concedimus et mandamus; contrariis non obstantibus quibuscumque.*

« In quorum fidem has praesentes manu nostra subscriptas fieri et per infrascriptum Camerae apostolicae notarium subscribi sigillique nostri, quo in talibus utimur, fecimus appensione communiri.

« Datum Romae in aedibus solitae nostrae residentiae, die prima mensis martii MDXLVIII, pontif. sanctissimi in Christo patris d. n. d. Pauli divina providentia papae III anno XIV.

« Hieronymus card. legatus.

« Benvenutus Oliverius thesaurarius, Alexander Maximus secretarius. L. ✠ S. ».

Eximiis et excellentissimis viris doctoribus iuris utriusque, magnifico d. Aurelio Leoncitto de Spoleto ad praesens civ. Assisii gubernatore [...] (1) *ac d.* [...]*are Nuto a dicta civ. Assisii rigoroso examine* [...] *per* [...] *deputatis ac nominatis puncta pro dicto examine subeundo, prout in aperitione librorum casu evenerunt in iure canonico c.* Quamvis, *extra, de Officio et potestate iudic. delegat. et in iure civili f.* Stipula [...] *modo concepta §§ de verborum obligationibus, data ei licentia dicendi primo orationem c*[...]*ntem pro exordio recitavit et puncta egregie, rite et subtiliter declaravit et exposuit et postea super illis per supradictos eximios et excellentissimos doctores subtilissimis argumentis et quaestionibus subtiliter et diligenter examinatus, tentatus et aprobatus fuit; qua facta disputatione et approbatione, dicti dd. doctores dixerunt dictum d. Iosephum ad gradum doctoratus in iure canonico et civili assumendum et ad illum promovendum et consequendum* [es]*se habilem et idoneum.*

Idcirco nos Galeatius praefatus ad ipsius d. Iosephi ulteriorem instantiam, auctoritate qua fungimur apostolica, [ipsum] *d. Iosephum ad gradum doctoratus in iure canonico et civili promovendum et insignia doctoralia assumenda sufficientem et idoneum dignum esse et benemeritum pronunciamus, decernimus, declaramus ipsumque doctorem iuris canonici et civilis solemniter fecimus, curavimus, ordinavimus, pronunciavimus, decernimus et declaravimus per praesentes, adhibitis solemnitatibus requisitis, tribuendo sibi tamquam sufficienti et idoneo plenam auctoritatem et facultatem cathedram doctoralem ascendendi in quibuscumque locis et scholis legendi, disputandi, interpretandi, glossandi, docendi et terminandi et alia et aliis quibuscumque universitatibus, locis et scholis possit facere et valeat. Et nihilominus ipsum d. Iosephum praesentem et acceptantem consuetis ornamentis doctoratus insignivimus, tribuendo eidem librum apertum et deinde clausum, biretum capiti suo imponendo, anulo aureo subarrando et pacis osculum dando, iuramentum fidelitatis in forma ab eo accipiendo. Sic itaque dicto magnifico d. Iosepho ad apicem doctoratus assumpto, rursus decrevimus, ordinavimus prout decernimus et declaramus, ipsum magnificum d. Iosephum omnibus et singulis privilegiis, exemptionibus, praerogativis, libertatibus, honoribus, oneribus, concessionibus, gratiis, favoribus et indultis, quibus similes doctores potiuntur, utuntur et gaudent, uti, potiri et gaudere debere.*

---

(1) Membrana passim lacera et perforata.

In quorum fidem has praesentes nostras litteras exinde fieri per notarium infrascriptum de [...] subscribi, sigillique nostri iussimus et fecimus appensione communiri.

Datum Assisii in palatio aput et iuxta plateam magnam et alia latera, sub anno Domini MDLVIII, ind. I, tempore pontif. ss. in Christo patris et d. n. d. Pauli divina providentia papae IV, die vero IX ianuarii, pp. ibidem discretis viris ser Diophebo Bontadoso de Montefalcone et Berardino Cicchi Chatarini de Assisio tt. habitis [...] et rogatis.

Petrus Benignus de Assisio not.

Instr. XIII, 14. — *Originale.*

585. *1559, 26 februarii.*

Paulus papa IIII, universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis salutem *etc.*

A superno Patre familias, meritis licet imparibus, in domo Domini dispensatores constituti, thesaurum dominicum Nobis divinitus creditum sic dispensare satagimus, ut illius erogatione Christi fideles Domino acceptabiles et bonorum operum sectatores reddere valeamus.

Cum itaque, sicut accepimus, professores Ordinis fratrum Minorum Conventualium nuncupatorum pro electione novi Ministri generalis eiusdem Ordinis et conservatione religiosae vitae iuxta Regulam et Constitutiones dicti Ordinis Capitulum generale in domo S. Francisci Assisinaten. eiusdem Ordinis in festo Pentecostes proxime futuro more solito sint celebraturi et ad celebrationem Capituli huiusmodi multi ipsius Ordinis professores, zelo religionis pleni ac scientia morumque probitate praediti ex omnibus mundi partibus, Altissimo favente, accessuri sint, et ad eorum sustentationem copiosa Christi fidelium suffragia admodum necessaria esse dignoscantur; Nos, ut Christi fideles praedicti ad haec promptiores reddantur, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere poenitentibus et confessis, qui praedictam S. Francisci dicto die Pentecostes, qui vero Ianuen. seu Mediolan. aut Placentin. vel Cremonen. seu Parmen. aut Bononien. vel Ferrarien. seu Neapolitan. aut Panormitan. vel Messanen. domorum Ordinis fratrum Minorum Conventualium huiusmodi ecclesias in festivitate Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi a primis vesperis usque ad occasum solis diei et festivitatis huiusmodi inclusive devote visitaverint et pias inibi ad Deum preces pro exaltatione fidei catholicae effuderint et ad praemissa aliquam elemosinam de bonis suis eorum arbitrio erogaverint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus et elargimur.

Et ut ipsi Christi fideles indulgentiae et remissionis huiusmodi capaciores reddantur, dilectis filiis Guardianis singularum domorum praedictarum nonnullos eiusdem Ordinis professores, qui eorumdem Christi fidelium confessiones audire et eis diligenter auditis ipsos Christi fideles ab omnibus et singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus et

delictis quantuncunque gravibus et enormibus, etiam in casibus Sedi apostolicae reservatis, exceptis contentis in litteris in die Coenae Domini legi consuetis, absolvere eisque poenitentiam salutarem iniungere, nec non vota quaecunque per eos emissa (ultramarino, visitationis liminum apostolorum Petri et Pauli de Urbe ac S. Iacobi in Compostella nec non castitatis et religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare possint, eligendi, deputandi, plenam et liberam apostolica auctoritate tenore praesentium tribuimus facultatem et potestatem.

Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac cancellariae apostolicae regulis, nec non similium indulgentiarum etiam pro Cruciata sancta aut fabrica Basilicae Principis apostolorum de Urbe suspensionibus, limitationibus et revocationibus per Nos et dictam Sedem pro tempore factis; sub quibus praesentes litteras minime comprehendi, sed ab illis exceptas esse; ac post festivitatem praedictam minime valere decernimus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem quod earumdem praesentium transumptis, manu notarii publici subscriptis et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, ea fides adhibeatur, quae ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die XXVI februarii MDLVIIII, pontif. nostri anno quarto.

Instr. XIII, 15. — *Originale.*

587. *1574, 25 iunii.*

Dilecto filio *Iulio Columberto de Assisio,* Ordinis fratrum Minorum Conventualium professori et sacre Theologie magistro,

GREGORIUS PAPA XIII.

Dilecte fili, salutem *etc.*

Cum, sicut accepimus, alias a Generali Ordinis Minorum Conventualium heretice pravitatis Inquisitor in oppido Utinensi et toto patriarchatu Aquilegiensi cum facultatibus tunc expressis deputatus fueris, prout in patentibus litteris desuper confectis plenius dicitur contineri; Nos pro nostro pastorali offitio ad extirpandas, quantum cum Deo possumus, hereses magnopere intenti, sperantes te pro tua doctrina, prudentia et catholice religionis zelo offitio huiusmodi tibi demandato diligenter invigilaturum, et ut illud etiam efficacius exequi valeas, quo nostra quoque fueris auctoritate suffultus, providere volentes; te in eodem oppido Utinensi ac toto patriarchatu Aquilegiensi, necnon in civitate et diocesi Concordie heretice pravitatis Inquisitorem cum auctoritate et facultatibus aliis Inquisitoribus huiusmodi tam de iure quam ex approbata consuetudine seu privilegiorum vigore competentibus et dari solitis auctoritate apostolica tenore presentium facimus et deputamus.

Dantes tibi insuper facultatem vicarios tuos super premissis seu commissarios in dictis locis, prout opportunum iudicaveris, istituendi

et illos, toties quoties tibi videbitur, destituendi et alios eorum loco surrogandi, necnon unum vel plures Fratres tui Ordinis ad describendum acta et processus sancti inquisitionis officii, prout opus fuerit, in notarios deputandi ceteraque in premissis necessaria seu quomodolibet opportuna mandandi, gerendi et exequendi. Precipientes tibi in virtute sancte obedientie, ut omnem curam, operam et diligentiam adhibeas ad recuperandum omnes et singulos processus et acta quomodolibet spectantes seu spectantia ad dictum sanctum inquisitionis officium, a quibuscunque personis cuiusvis dignitatis tam ecclesiastice quam mundane existentibus in predictis locis degentibus, ad effectum illas et illa penes te seu tuos in dicto offitio successores tute et fideliter conservandi; contradictores quoslibet et rebelles processusque et acta predicta tibi tradere recusantes seu differentes per censuras et penas ecclesiasticas aliaque opportuna remedia, auctoritate nostra, compescendo et ad id compellendo.

Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Rome apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die XXV iunii MDLXXIIII, pontif. nostri anno tertio.

Instr. XIII, 24. — *Originale.*

ADDITIONES[1]

589. *1414, 23 aug.* — Fr. Pascutius Davini O. F. M. fit Guardianus Montis Sion.

In Christo sibi karissimo fr. **Pascutio Davini** *de Asisio fr.* **Antonius de Pereto** (2), *Ordinis Minorum generalis Minister et servus, salutem et pacem in Domino sempiternam.*

Cum per renuntiationem laudabilis vite fr. **Nicolay de Corintho** (3) *hactenus guardiani sacri Montis Syon in Yherusalem, conventus*

(1) Iam elenchus noster Bullarum typis prodierat, cum nova membranacea documenta, inter alterius generis chartas confusa, ad manus pervenerunt, quae in nuper collectum volumin instrumentorum Archivi sacri Conventus inserui. Haec inter, duo sunt quae papales litteras praebent, aliaque quatuor cum priore, quod de fr. *Pascutio Davini,* O. F. M. agit, immediate connexa: quae omnia hic addere peropportunum censui. In elencho documentorum chronologice disposito, quem infra inveniet, agnoscet lector quam belle cum aliis superius editis haec nova monumenta coalescant.

(2) Min. gen. ann. 1405-1420: AFH III, 705ss.

(3) Apud P. Gir. Golubovich, O. F. M., *Serie cronologica dei... Superiori di Terra Santa,* Gerusalemme 1898, p. 20, sub nomine recensetur « Nicolò di

prefati sacri Montis ad presens careat Guardiano, volens eidem conventui de ydoneo providere Guardiano; hinc est quod te, de cuius honesta vita, fidei çelo, morum claritate ac sollertia multa ad regendum fide dignis testimoniis pleniter informatus, de quamplurium Ministrorum, magistrorum et aliorum proborum Fratrum consilio et assensu, Guardianum prelibati conventus sacri Montis Syon institui et institutum denuntio per presentes, cum omni auctoritate et gratiis alias Guardianis antefati conventus solito concessis; mandans tibi ad meritum obedientie salutaris, quatenus predictum Guardianie officium sine contradictione suscipias susceptumque cum omni fidelitate et diligentia exequaris secundum gratiam a Domino tibi datam; exortans te in Domino nostro Yhesu Christo ut taliter in cunctis te geras, ut merito lucerna lucens super candelabro posita nuncuperis, in augumentum gratie divinitus tibi concesse. Fratres vero omnes in iurisditione memorate Guardianie existentes, presentes pariter et futuri, iussioni tue per eamdem obedientiam teneantur firmiter obbedire. Quos tibi teque ipsis carius in Domino recommendo.

Vale in Christo Yhesu et ora pro me.

Datum Tervigii, die XXIII mensis augusti MCCCCXIIII.

(A) Placet. *Registrata. Visa.*

Instr. saec. XIII-XVI, 23 aug. 1414. — *Orig. perg. mm. 175×195. In dorso vestigium sigilli ovalis Ordinis et nota coaeva:* Littera Guardianie Yherusalem (1); *et altera posterior:* Constitutio Guardiani facta per Generalem Ordinis in loco Montis Sion in Ierusalem, 1414.

590. *1417, 6 ian.* — Epistola generalis Ministri, qua fr. Pascutius Davini de iusto et bono regimine Terrae Sanctae commendatur, insimulque Inquisitor haereticae pravitatis instituitur.

Universis successoribus meis generalibus Ministris, Ministro provincie sancti Francisci ceterisque Fratribus Ordinis fratrum Minorum fr. A n t o n i u s d e P e r e t o, *Ordinis Minorum generalis Minister et servus, eternam in Christo salutem.*

Quoniam nostri Salvatori (2) *et sanctorum patrum decretis adtente monemur ut virtutum et meritorum luminosa lucerna cuiusquam non sub modio silentii set potius super candelabrum laudabilis preconii poni et efferri debeat, quatenus in domo sancte conversationis existentibus exemplariter reluceat, sicque tamen posite talis adhibeatur cauta custodia quod turbo maligne ac perverse detractionis nullatenus extinguere valeat et obfuscare; ea propter volens monitis inherere salutaribus, ut teneor, pre-*

Pietro », inter annos 1405-1410. Fr. Pascutius Davini ibi in Serie deest. Circa quem, quae de eius guardianatu Venetiarum, ex Bartolomasi *Serie*, 26, adnotantur in AFH VII, 339, hoc novo documento erronea penitus comprobantur.

(1) Haec nota dorsualis et prior vel unica quae in singulis nnr. 590-593 recensentur, unica coaeva manu sunt scriptae, iisque formulis et tacito Fratris nomine, ut probabilius coniici possit ab ipso fr. Pascutio eas exaratas esse.

(2) Perg. *suoperiorum.*

dilectum michi in Christo filium fr. P a s c u t i u m D a v i n i *de Asisio provincie sancti Francisci, nuperime Guardianum sacri Montis Syon in Yherusalem, virum utique virtuosum et religiosum, scientia et moribus decoratum, honestatis et fidelitatis prepollentem, vobis omnibus merito iustitie et equitatis duxi per presentes reserandum et iure suarum virtutum scripturis authenticis commendandum. Nam acceptis fide dignis testimoniis ex diversis relatibus, nec non super hoc graviter et mature foro iudiciali sollempniter celebrato, ipse fr.* P a s c u t i u s *repertus est suum prefate Guardianie officium cum mangnis laudibus peregisse. Ut enim in predicto iudicio clare probatum est, sancte conversationis et honestatis intus et extra exemplar extitit, vivido spiritu ac intrepido animo tam Fratres quam loca sibi commissa a solitis Sarracenorum vexationibus divino munere defensavit, plurima ibi de novo construxit, in multis loca Terre Sancte obligavit, quinymmo apud procuratorem copiosam elymosinam reliquid, omnium bonorum temporalium administrator et conservator fidelissimus est penitus inventus. Insuper per speciales licteras ab omnibus Fratribus qui secum conversati sunt et ipsius regimen sunt experti ab omni obiectione et criminis impositione mundus et immunis redditus est.*

Quapropter de multorum sacre Theologie magistrorum et aliorum proborum Fratrum, presertim ipsorum qui huiusmodi cause auditores et examinatores fuerunt, pariformi consilio et assensu, antedictum fr. P a s c u t i u m *de omni administratione quieto et ab omni vexatione futura preservo; omnibus deinceps detractoribus, accusatoribus, criminatoribus de tempore prefate Guardianie malignandi viam precludo, eisque per presentes perpetuum silentium impono, eundemque fr.* P a s c u t i u m *a sua Guardiania sua spontanea ac libera voluntate relaxatum vera laude et commendatione ac honorabili promotione omnino dingnum fore arbitror. Propter quod pro nunc ipsum Fratrem memoratum Inquisitorem heretice pravitatis in provincia sancti Francisci institui, insuper et Lectorem sacri Conventus Asisii subordinavi in premium suorum multiplicium meritorum, quatenus ex premio virtutum inardescat quilibet sacros colere mores, Ordinem honorare ac de virtute ad virtutem volatu celerimo pertransire.*

Has denique licteras in superiorum (²) *omnium verum testimonium fieri feci et sigilli mei generalatus offitii appositione roborari.*

Datum Venetiis MCCCCXVII, die VI mensis ianuarii.

(A) Placet. *Registrata. Visa.*

Instr. saec. XIII-XVI, 6 ian. 1417. — ***Originale perg.*** *mm.* *220×305.* ***Deest sigillum. In dorso nota coaeva:*** [Littera testim]onialis generalis Ministri [pro iu]sto et bono regimine Terre Sancte.

591. *1418, 13 iulii.* — Fr. Pascutius Davini fit capellanus et familiaris d. Guidantonii comitis Urbini.

Guidantonius comes Montisferetri, Urbini etc.

Exigentibus apud nos benemeritis fide atque cura solerti, quam ad nos curamque nostre anime gessit et gerit vir religiosus atque honestus fr. P a s c u t i u s D a v i n i *de Assisio Ordinis Minorum, merito inducimur*

ut eum ad honores et comoda provocemus. Itaque ipsum in nostrum capellanum et domesticum tenore presentium elligimus atque deputamus, ut illis honoribus et privillegiis gaudeat et fruatur, quibus alii nostri capellani et domestici gaudere et frui noscuntur. Dominos igitur patres, fratres et amicos nostros, quorum interrerit, attente rogamus, nostris vero officialibus et subditis iniungendo, quatenus eundem capellanum nostrum libere et expedite transire, stare atque recedere permittant semel et pluries per quecunque eorum et nostra territoria, civitates, terras et castra, villas atque loca, tam de die quam de nocte, et tam per terram quam per aquam, cum omnibus suis socio, bonis, arnensibus, pannis, libris et rebus quibuscunque, absque solutione aliqua et ullo sine impedimento, suscipiantque nostri intuitu et amore propitie recomissum, atque faciant eidem, si opus fuerit et ipse requixiverit, de guidis et salvis conductibus provideri. Pro quo ipsis remanebimus obligati, et nostrorum officialium et subditorum promptitudinem ad mandata merito cognoscemus.

In quorum fidem presentes fieri fecimus et registrari nostrique sigilli soliti iussimus impressione muniri.

Datum Urbini, die XIII mensis iulii MCCCCXVIII.

Antonius subscripsit.

Instr. saec. XIII-XVI, 13 iulii 1418. — *Orig. pergamen. mm.* 220×255, *cum cereo sigillo. In dorso manu coaeva:* Lictera capellanie et familiaritatis domini Comitis Urbini.

592. *1425, 7 et 10 febr.* — Breve Martini papae V super reformatione provinciae S. Francisci; et epistola Ministri gen., qua fr. Pascutius Davini in eadem Provincia Vicarius, Commissarius et Visitator instituitur.

In Christo sibi karissimo Pascutio Davini de Assisio fr. Antonius de Massa (1) *sacre Theologie magister, Ordinis Minorum generalis Minister et servus, salutem et pacem in Domino sempiternam.*

Cum die IX februarii Breve quoddam a sanctissimo domino nostro papa Martino V receperim, cuius tenor talis est:

Dilecte fili, salutem *etc.*

Intelleximus nuper quod in provintia sancti Francisci Ordinis eiusdem Sancti non recte vivitur iuxta eiusdem Ordinis regularia instituta, et multa propterea scandala sunt suborta. Et quia nostra interest super talibus adhibere remedium salutare, cui totius Ordinis regimen est commissum, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus per te vel alium Fratrem tui Ordinis professorem, laudabilis vite et fame, conventus et Fratres dicte Provintie visites, corrigenda corrigas et reformanda reformes, sicut prudentie tue pro ipsorum fratrum et tui Ordinis professorum animarum salute secundum Deum cognoveris expedire.

Datum Rome apud sanctos Apostolos sub annulo Piscatoris, die VII februarii, pontificatus nostri anno VIII.

(1) Minister gen. ann. 1424-1430: AFH III, 709ss.

Superscriptio: Martinus papa v dilecto filio *Antonio de Massa*, Ordinis fratrum Minorum et sacre Pagine professori ac eiusdem Ordinis generali Ministro.

B. de Montepolitiano.

Et cum ad presens aliis prepeditus negotiis Ordinis, ad predictam provintiam sancti Francisci non valeam me transferre, volens domini nostri adimplere mandatum atque de remedio salubri providere; hinc est quod te, de cuius zelo, vita laudabili, prudentia circumspecta, discretione precipua, sufficientia multa ac virtutum probitate, multiplici experientia sum plenissime informatus, de multorum magistrorum ac aliorum proborum Fratrum conscilio et assensu, in iam dicta provintia sancti Francisci meum Vicarium, Commissarium ac Visitatorem institui quoad Fratres et Sorores Ordinis sancte Clare et institutum denuntio per presentes, visitandi publice et private, inquirendi, puniendi, corrigendi, reformandi, ordinandi, destituendi prelatos quoslibet et loco eorum alios instituendi, gratias et licentias per me Fratribus concessas in iam dicta Provintia limitandi et suspendendi, contradictores per censuram ecclesiasticam et alias penas in nostro Ordine consuetas infligi compescendi, de offitialibus quibuslibet providendi ac cetera alia fatiendi circa Fratres tam prelatos quam subditos et Sorores Ordinis sancte Clare, que ego ex offitio michi iniuncto, si personaliter adessem, valerem exercere, plenam auctoritatem tibi presentibus concedo.

Quapropter dilectioni tue tenore presentium ad meritum obedientie salutaris iniungo, quatenus, assumptis tecum uno vel pluribus sotiis de quavis Ordinis parte, ad dictam Provintiam indilate te transferras, executurus sollicite et fideliter per me tibi iniuncta secundum gratiam a Domino tibi datam. Fratres vero omnes, tam prelati quam subditi, et Sorores Ordinis sancte Clare iam dicte Provintie tibi tanquam vero meo Vicario, Commissario ac Visitatori a latere in omnibus, que ad prefata tibi imposita per me pertinere noscuntur, teneantur per sanctam obedientiam firmiter obedire, omni appellatione posposita.

Vale in Christo Yhesu et ora pro me.

Datum Rome, die X mensis februarii, anno Domini MCCCCXXV.

(A) Sigilletur et registretur. *Registrata. Visa.*

Instr. saec. XIII-XVI, 10 febr. 1425. — ***Exemplum quoad Breve, originale perg. quoad epistolam gen. Min., mm. 175×340. In dorso vestigium sigilli ovalis Ordinis et nota coaeva:*** Lictera Vicariatus, Visitationis et Commissariatus generalis Ministri in provincia S. Francisci; ***et altera posterior:*** Pro reformatione in provincia S. Francisci; Al Provinciale Pasquzio.

593. *1426, 23 martii.* — Confirmatio fr. Pascutii Davini in Ministrum provinciae S. Francisci.

In Christo sibi karissimo fr. Pascutio de Assisio, fr. Antonius de Massa, Ordinis fratrum Minorum generalis Minister et servus atque sacre Theologie magister, salutem et pacem in Domino sempiternam.

Cum per liberam et spontaneam renuntiationem officii ministeriatus dilecti in Christo fr. Pauli de Gualdo (1) *sacre Theologie magistri, condam Ministri fratrum Minorum provintie sancti Francisci, et acceptatam per rev. patrem fr. Nicolaum del Nievo* (2) *de Vincentia provintie sancti Antonii, Vicarium et Comissarium meum in supradicta Provintia cum plenaria potestate, et in eadem iam dicta Provintia Ministeriatus vacaret offitium, Custodes et Fratres alii Provintie sepedicte, ad quos electio successoris Ministri pertinebat, anno Domini MCCCCXXVI die XV februarii in conventu Eugubii, ad Congregationem habentem vim Capituli provintialis per ipsum Vicarium meum congregati et vocati, secundum nostri Ordinis instituta, sicut patet per decretum electionis michi personaliter presentatum per dilectos in Christo fratres Andream de Assisio* (3) *sacre Theologie magistrum et Ugolinum de Assisio* (4) *lectorem Sancte Marie de Angelis, de gremio sepedicte Congregationis, et invocata Spiritus [sancti] gratia ad electionis scruptinium procedentes, te in suum et memorate Provintie Ministrum elegerint, in te pro maiori parte vel concorditer duxerint* (5) *vota sua, humiliterque petiverint et magna instantia postularint ut electionem prefatam deberem canonice confirmare; ego vero, ad quem ex debito Generalatus offitii spectat confirmatio supradicta, congregato plurium magistrorum ac aliorum proborum Fratrum conscilio, electionis formam et reliqua que in premissis necessaria iudicavi, diligenter inquirens et examinans canonice universa, electionem predictam, repperi eam canonice et rite factam. Quapropter, considerata sinceritate vite tue, sufficientia scripturarum, zelo iustitie et tua multiplici probitate, quibus divina benignitas te insignivit, decoravit, et quod in te plurimum Fratres vel concorditer direxerint vota sua, de predictorum Fratrum conscilio et assensu, electionem predictam de te factam tamquam rite et canonice celebratam confirmando, te Ministrum provintie sancti Francisci institui et institutum denuntio per presentes; mandans tibi ad meritum obedientie salutaris ut predictum Ministeriatus offitium reverenter suscipias, susceptumque prudenter et solicite exequaris secundum gratiam a Domino tibi datam, addens et obsecrans per aspersionem sanguinis Yhesu Christi ut in prefati cura regiminis ad bonum pacis, mentis et cordis et observantiam regularem in tibi subiectis solerter vigiles, virtutes foveas, extirpes vitia, et Fratres tibi commissos in omni sanctitate conserves. Ipsi vero omnes et singuli sepedicte Provintie Fratres, presentes pariter et futuri, tibi tanquam ipsorum vero Ministro in omnibus que ad*

---

(1) Min. prov. ann. 1422-†1426: Bartolomasi, *Series* cit., 25s.

(2) De Omidia. Ann. 1435 electus episcopus Tripolitanus: Wadd., *Annales*, ann. 1435, n. 16; X, 238; Eub. *Hier.*, II¹, 281.

(3) Andreas Egidii de Ass. Inquisitor an. 1435; Custos S. Conventus ann. 1439; Min. prov. 1459-62; episcopus Assis. 1473-75: Bartolomasi, *Series*, 27; *Disamina*, 322s.; AFH VII, 336.

(4) « Ugolinus Cola de Ass. », postea, anno 1445, Minister prov. S. Francisci: Bartolomasi, *Series*, 26.

(5) Sic, pro *direxerint;* cf. nonam lineam sequentem.

tuum spectant offitium toto Ministeriatus tui tempore teneantur firmiter obedire.

Vale in Christo Yhesu et ora pro me.

Datum Tridenti, die XXIII martii, anno Domini MCCCCXXVI.

(A) Sigilletur et registretur. *Registrata. Visa.*

Instr. saec. XIII-XVI, 23 martii 1426. — *Originale perg. mm. 175×365. In dorso vestigium sigilli et nota coaeva:* Lictera confirmationis offitii Ministeriatus; *sequentem vero P. Nic. Papini addidit:* Pascuccio Davini di Assisi, eletto Provinciale dell' Umbria nel Capitolo di Gubbio, riceve dal Generale la patente. È notabile che in detto Capitolo o Congregatione fu vocale fr. Ugolino di Assisi, Lettore Sanctae Mariae de Angelis, che poi fu Provinciale e Maestro. Dunque è falso l'asserto del Vadingo, che la Porziuncola fu data ai Riformati 1416 (*sic*). Ma nel capitolo ancora del 1427 s' incontra Vocale il Lettore degli Angeli con il Discreto del Convento (1).

594. *1521, 2 februarii.* — De controversia inter Fratres Conventuales S. Francisci Assisii et de Observantia S. Mariae Angelorum.

Tiberius Manilius i. u. d. Lateranensis ecclesie canonicus, per dd. Bernardinum episc. Sabinensem presbyt. cardinalem S. Crucis ac Franciscum tit. S. Georgii ad Velum aureum diac. cardinalem de Ursinis, iudex ad merita cause huiusmodi eis referendum deputatus, universis dd. Abbatibus, etc., et tabellionibus publicis per civ. et dioc. Assisinaten. salutem in Domino et nostris firmiter obedire mandatis.

Noveritis quod nuper sanctissimus d. Leo papa X quandam commissionis sive supplicationis papiri cedulam eisdem dd. Cardinalibus presentari fecit sub hac forma:

Ne causa quam dilecto filio Francisco S. Georgii diac. cardinali de Ursinis inter dilectos filios Vicarium et Guardianum conventus *S. Marie de Angelis* Assisinaten. Ord. Min. S. Francisci de Observantia *Felicemque* de Assisio, *Bernardinum* de Mevania eiusdem Ord. professos ex una et Magistrum provincialem et Custodem provincie S. Francisci Ord. Min. Conventualium et quendam Cornelium de ser Diamento laicum sive clericum Assisinaten. de et super diversis excessibus, invasionibus aliisque reatibus nuper in et extra conventum S. Francisci Assisinaten. Conventualiumque predictorum commissis et perpetratis vive vocis oraculo commisimus, de iurisdictione ipsius F(rancisci) cardinalis hesitari contingat, nec causa ipsa cum inter ipsos Religiosos agatur preter solitum absque ven. fratris nostri d. episcopi Portuen. eiusdem Ord. generalis Protectoris vel sui Viceprotectoris interventu discuciatur motu proprio etc. eidem F(rancisco) cardinali et ven. fratri nostro B(ernardino) episcopo Sabinensi cardinali S. Crucis nuncupato in locum eiusdem Dominici cardinalis viceprotectori[s], ut in causa et causis huiusmodi coniunctim etiam summarie simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii

(1) Cf. tamen AFH XIII, 294s.

sola facti veritate inspecta, pro habenda meritorum cause huiusmodi plenissime informatione ut de illius meritis Nobis referant committimus et mandamus cum potestate in Curia et extra etiam omnes et singulos tam in decreto quam in executione citationis presentium vigore decernimus nominandi, citandi et inhibendi ac quoscunque et ad quencumque numerum tam Regulares quam seculares clericos etiam in sacerdotio et quacumque dignitate ecclesiastica constitutos et laycos infra terminum per ipsum prefigendum sub censuris ecclesiasticis penisque pecuniariis ac privatione officiorum tam secularium quam temporalium et beneficiorum ecclesiasticorum et quaruncumque dignitatum ac inhabilitatis ad alia obtinenda et etiam interdicti quorumcunque etiam legitimorum ad comparendum personaliter et non per procuratorem vel excusatorem coram ipsis si ipsis de excessibus, criminibus et delictis quantum sibi sufficere videbitur, etiam extraiudicialiter prout moris monendi et in eventum non paritionis censuras et penas huiusmodi incidisse et incurrisse declarandi, aggravandi, reaggravandi interdictum et auxilium brachii secularis invocandi, aliisque facultatibus necessariis et opportunis, constitutionibus et ordinationibus apostolicis, feriis generalibus etiam septenbris vigentibus statutisque et ordinationibus, privilegiis et indultiis quibuscunque ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque statum omnium et singulorum premissorum aliorumque hic generaliter vel specialiter exprimendorum, tenores et conpendia pro sufficienter expressis habentes.

Que quidem commissio in eius fine due erant apposite signature: quarum prima talis erat:

De mandato d. nostri Pape. Audia[n]t prefati reverendissimi domini Viceprotector et S. Georgii ad premissa et personaliter conparendos, moneant etiam, inhibeant etiam sub censuris et aliis premissis penis, terminum prefigant, procedant summarie etc., et referant ut petitur et in eventum predictum declarent, aggravent etc. etiam sine invocatione etiam cum invocatione si et prout de iure, feriis et aliis premissis non obstantibus.

Secunda vero talis erat:

Placet I(ohanni).

Cuius quidem commissionis sive supplicationis pretextu citatione legitima unacum inhibitione inserta extra romanam Curiam et ad partes, ad patrum Vicarii et Guardiani conventus S. Marie de Angelis Assisinaten. Ordinis memorati S. Francisci de Observantia F e l i c i s de Assisio et B e r n a r d i n i de Mevania eiusdem Ordinis professorum principalium instantiam contra patres Magistrum provincialem et Custodem provincie S. Francisci Ordinis Minorum Conventualium ac Cornelium de ser Diamente laycum sive clericum Assisinaten. ex adverso principales, in forma solita et consueta, decreta atque concessa, mandatis [...], hinc inde coram nobis productis et ad nonnullos certos alios inter partes citra tamen cause conclusionem processo; tandem pro parte prefatorum Magistri provincialis ac Custodis S. Francisci conventus Asissii ac Cornelii de ser Diamenti layci Assisinat. asserentium sibi in dicta causa opus fore testimonio dd. Si-

8. « Firenze, 16 maggio 1711... Domenica mattina il Ser.mo Principe Giovanni Gastone si trasferì di buonissima ora con poco seguito della sua corte a Castelfiorentino ad assistervi alla solennizazione della festa di S.ª Verdiana che correva in quel giorno: come pure a vedere la processione che, al solito d'ogni 5 anni, vi venne fatta il giorno seguente col glorioso corpo di essa Santa, che ivi si conserva e tutto con ogni maggiore pompa, essendovi stato numeroso concorso di popolo de' luoghi circonvicini, siccome di qua vi andò molta nobiltà di dame e cavalieri etc. ». = De B. Verdiana III Ord. S. Franc. cf. cod. **2367**: AFH VIII, 253.

9. « Firenze, 19 maggio 1711... Domenica mattina... Altra conclusione fu sostenuta ieri il giorno nella chiesa de' PP. d'Ognissanti da uno di que' padri studenti di Filosofia, dedicata al signor Co. Zefferini, che v'intervenne con altra nobiltà ».

10. « Firenze, 17 febbraio 1710. La mattina di martedì scorso nella chiesa de' PP. d'Ognissanti vi fu fatto bel funerale con

Messa cantata di requie per il defunto serenissimo principe Francesco; e ciò a spese del padre *Girolamo* di esso convento stato confessore dell' A. S. ».

11. « Firenze, 12 ottobre 1700... Giovedì mattina con tutta carità la serenissima gran Principessa si portò nel convento delle monache di S. Giorgio su la Costa, e quivi con tutta carità visitò una sua donna di camera che sta a purgarsi ».

12. « Firenze, 19 ottobre 1700. Fu da questo Reverendissimo padre Inquisitore mandato a chiamare martedì a 19 ore il signore canonico Vandi di S. Lorenzo, persona di grande stima e di venerazione, quale si portò subito avanti a lui che per anco non gl' hanno dato la libertà con essere stato fattovi prigione ».

13. « Firenze, 26 ottobre 1700... Domenica... Detta sera entrò in convento nelle monache di Monticelli da S. Giuseppe la figlia del signor marchese Ximenes accompagnata da corteggio numeroso di carrozze con la primaria nobiltà di dame, statovi sinfonie e lautissimi rinfreschi per tutti e la seguente mattina si vestì dell' abito monastico con tutto il concorso di nobiltà, statovi superba musica e generosissimi rinfreschi d' ogni sorte etc. ».

14. Sub eodem die mentio fit de presbytero Salvori confessario monialium S. Matthaei « in Arcetri ».

15. « Firenze, 2 novembre 1700... Doveva vestirsi monaca giovedì mattina nel convento delle monache dell' arcangelo Raffaello da S. Frediano la figlia del signore Marco Bartoli e già eran preparati i rinfreschi e tutto il bisognevole per tal funzione; et andata la sera avanti per entrare in convento accompagnata con buon corteggio, e per non essere stati pagati 100 scudi per il restante di sua dote e non trovando mallevadore, quelle monache non la volsero ricevere e la madre della sposa che si lamentava stante le provvisioni che andavano male, disse che sariano ritornate la mattina seguente; le quali risposero che per non sentir bussare haveriano chiuse l' orecchie o pure andate in fondo dell' orto, e senza più parole gli serrorno la porta in faccia lasciando fuori quella signora sposa tutta sconsolata che per non poter far altro se ne ritornò a casa con suo doppio rossore ».

16. « Firenze, 6 novembre 1700... Stravagante assai e troppo rigida parve la dimostrazione usata alle scorse sere dalle monache dell' arcangelo Raffaello ove stava già approntato nobilissimo apparato con quant' altro occorreva per il vestimento che doveva effettuarsi la mattina seguente d' una figlia del signor Marco Bartoli, la quale comparsavi la sera avanti con nobile accompagnamento per fare secondo il consueto il suo solenne ingresso in convento chiuse anticipatamente le porte, ricevendola solo alle grate, non vollero ammetterla, non ostante ogni offizio per essa passato da quelle dame che l' accompagnavano e tutto fatto, a solo motivo (per quello fu detto) per non havere detto suo genitore supplito avanti alla di lei venuta ad un residuo che vi era di scudi 100 del suo deposito dotale, convenutole perciò ritornare indietro con essere restato con tutto in asso ».

17. « Firenze, 9 ottobre 1710... In brevi giorni di malattia causatali da idropisia di petto rese ier mattina l'anima al Creatore il signor senatore Lorenzo Salviati, et il suo cadavere è stato tenuto esposto in questa mattina con gran pompa funebre nella chiesa de' PP. di Santa Croce ».

18. « Firenze, 7 marzo 1717... Essendosi dato principio mercoledì alla quadragesima, vengano frequentate presentemente le sacre predicazioni de' molti buoni oratori che riempiono questi pulpiti... il padre Medici, Cappuccino, de' marchesi di Marignano in

san Pier Maggiore; il padre Lenbun(?) in Santa Croce de' Minori Conventuali... ».

19. « Firenze, 17 marzo 1717... Domenica 2 di quadragesima li PP. Minori Conventuali di santa Croce fecero nella loro chiesa l'esposizione d'una delle spine della corona del Salvatore... ».

20. « Firenze, 11 aprile 1718...: Il nostro real Sovrano lunedì mattina si portò col ser.mo gran Prencipe per la prima volta ad udire la predica a san Pier Maggiore... quel padre Cappuccino di casa Medici de' marchesi di Marignano di Napoli ».

21. « Firenze, 25 aprile 1718... Lunedì mattina da un chierico Ormanni di questa chiesa metropolitana fu cantata la sua prima Messa novella nella chiesa delle RR. monache di Fuligno, essendovi stata squisitissima musica e numeroso concorso ».

22. « Firenze, 23 maggio 1718... Nobilissimo vestimento monastico seguì la suddetta mattina [lunedì] nella chiesa delle RR. monache di santa Maria di Monticelli d'una figlia del signor Ipolito Canigiani, ove v' intervenne gran nobiltà alla quale furono dispensati generosi rinfreschi ».

23. « Firenze, 6 giugno 1718... Due solenni conclusioni di teologia furono sostenute ne' giorni di mercoledì e giovedì nella chiesa de' PP. Zoccolanti d'Ogni Santi da due di quei Padri studenti: la prima fu dedicata a S. A. Reale, per il quale vi assistè il Sig. Cavaliere Francesco Maria Bardelmanti, e l'altra dedicata alla Serenissima Eletrice, che vi mandò ad assistere il Sig. cav. Vincenzo Maria Bardi suo gentiluomo ».

24. « Firenze, 20 giugno 1718... Correndo lunedì la festa di sant' Antonio celebrata tanto da' PP. Minori Conventuali di santa Croce quanto da'PP. Zoccolanti d'Ogni Santi; fecero poi il giorno sì gli uni che gli altri bellissime processioni e specialmente a quella d'Ogni Santi vi furono 90 fanciulle, che parte avevano ottenute le doti e parte di esse la veste e vi fu numeroso concorso di popolo ed ad ambedue le dette chiese v' intervenne alla visita la real corte ».

25. « Anco il signor Antonio Maria Morelli avendo conforme al consueto solennizata tal festa alla cappella titolare di sant'Antonio nella propria sua villa presso all'Antella, vi fece l'invito di 30 tra dame e cavalieri... vi concorsero altre persone di qualche distinzione. Il banchetto fu poi imbandito e servito in essa mattina con somma magnificenza ».

26. « Firenze, 5 settembre 1718... Gli PP. Zoccolanti d'Ogni Santi solennizarono domenica, secondo il solito la loro solennissima festa del nome di Gesù colla maggior pompa che si possa descrivere tanto per il ricco apparato che per la squisita musica e per la bellissima processione fatta in detto giorno con infinito concorso e vi si vidde altresì bellissima luminaria ».

27. « Cento, 22 aprile 1705... Il signor principe Eugenio è già arrivato in Italia con quantità di gente e monizioni, e prima di ogni operazione si è portato al glorioso Santo di Padova per adempire ad una sua devozione ».

28. « Firenze, 7 Febbraio 1717... Essendo passato all'altra vita il reverendo prete Santini cappellano di san Giovanni, e già celebre Virtuoso di musica ed avendo disposto d'essere sepolto nella compagnia del buon servo de Dio Ipolito Galantini, alla quale pure ha lasciato parte delle sue facoltà, vi fu tenuto esposto giovedì mattina con solenne funerale e con Messa cantata con squisita musica, mentre vi concorse tutta questa [Accademia] de' musici ».

29. « Firenze, 21 febbraio 1717... Mercoledì sera secondo il solito d'ogni anno fu fatta nella Congregazione del servo d'Iddio Ipolito Galantini la consueta cena ai poveri confrati detti

de' Bacchettoni della medesima, che furono trattati con tutta lautezza mediante le carità de commestibili d'ogni sorte stativi mandati da questa nobiltà, con esservi anco intervenuti a servirli a tavola Mons. Arcivescovo e Mons. Vescovo di Fiesole e molti cavalieri et altre persone di distinzione, che vi lasciarono copiose elemosine anco di denaro ».

30. « Firenze, 11 aprile 1718... Il nostro real sovrano lunedì mattina si portò col se.mo gran prencipe per la prima volta ad udire la predica a san Pier Maggiore... per onorare quel padre Cappuccino di casa Medici de' marchesi di Marignano di Napoli ».

31. « Firenze, 9 maggio 1718... Passò poi da questa all'altra vita il detto giorno in età di sopra 76 anni il signor senatore cavaliere Pier Francesco Borghesini e giovedì mattina fu tenuto esposto con ricco funerale nella chiesa de' PP. d'Ogni Santi, avendovi assistito tutti gli signori cavalieri della religione di san Stefano ».

32. « Firenze, 16 maggio 1718... Passò poi da questa all'altra vita... il medico e dottore Nati, il di cui cadavere venerdì mattina fu tenuto esposto positivamente nella chiesa de RR. PP. Zoccolanti in Ogni Santi ».

33. « Firenze, 4 maggio 1724... Solenni essequie furono celebrate domenica nella venerabile Congregazione del servo d'Iddio Ipolito Galantini per il defunto Ser.mo gran Duca Cosimo 3, con bellissimo apparato lugubre; e la sera vi venne recitata erudita orazione dal padre Pensi Gesuita maestro delle scuole dell'umanità di questo collegio di san Giovannino ».

Cod. n. 3014 (3444) chart. mm. 220×150, ff. non num., saec. XVIII. Dimidia pelle contectus; inscriptio dorsualis: *Lettere | di diversi al | Fagiuoli.* Pro re franciscali faciunt

1. Litterae, quibus Ioannes Philippus Lancellotti, O. Cap., petit a Ioanne Baptista Fagiuoli quasdam eius comoedias. — Orig. ital. Dat. e conventu Montis Ughiorum prope Florentiam, 14 aug. 1728. = De I. Ph. Lancellotti cf. Sisto da Pisa, O. Cap., *Storia dei Cappuccini Toscani,* Firenze 1909, vol. II, 381, 396, 418, 421, 426.

2. Ignatius M. a Roma, O. Cap., gratulatur Io. Baptistae Fagiuoli de convalescentia. Hac de re ad eum mittit epigramma italicum. — Orig. ital. Dat. Romae, 4 aug. 1726.

3. Epigramma italicum praedictis litteris inclusum. *Tit.* « Per la ricuperata salute dell'Ill.mo Sig. Dott. Gio: Battista Fagiuoli. Sonetto ». *Inc.* « Placide aurette, che la notte e 'l giorno ». *Des.* « Che al suo languire lacrimò cotanto ». — Orig.

4. Litterae eiusdem, quibus laudantur opera scripta a I. Baptista Fagiuoli et quibus includitur epigramma italicum hac de re. — Orig. ital. Dat. Romae, 19 maii 1726.

5. Epigramma italicum quod includitur praecedentibus litteris n. 4. *Tit.* « All' Ill.mo Sig. Dott. Gioambatista Fagiuoli. Sonetto ». *Inc.* « Lessi, appresi, godei; forte ammirai ». *Des.* « Fiorenza, Italia, l'intelletto umano ». — Orig.

6. Fortunatus a Florentia, O. Cap., gratias agit I. B. Fagiuoli pro duobus magnis frustis chocolati, italice. — Orig. Dat. ex conv. Montis Ughiorum, 24 oct. 1700.

7. Antonius Franciscus Senensis, O. Cap., dicit I. B. Fagiuoli se curaturum fore negotium ab eodem demandatum, italice. — Orig. Dat. Liburni, 7 iunii 1726.

8. Litterae italicae Mariae Magdalenae Carloni, in quibus inter alia fit sermo de opera data a I. B. Fagiuoli venditioni sacelli in eccl. Omnium Sanctorum Florentiae exstantis et ad familiam Carloni pertinentis et de mora illata a Fratribus. — Orig. Dat. « Marradi », 8 martii 1733.

9. Eadem inter alia dicit I. B. Fagiuoli se intelligere difficultates contra venditionem praedicti sacelli. — Orig. Dat. « Marradi », 2 ap. 1734. = De hoc sacello sub titulo M. V. Annuntiatae erecto a familia Carloni de « Marradi » a. 1570 et ab a. 1663 S. Francisco dicato, cf. R. Razzòli, O. M., *La chiesa d' Ognissanti in Firenze. Studi storico-critici,* Firenze 1898, pp. 54-56, 67s.

Cod. n. 3015 (3445) chart. mm. 220×120, ff. non num., saec. XVIII conscriptus. Dimidia pelle ligatus; cum inscriptione in dorso: *Lettere | di diversi al | Fagiuoli.* Rem franciscalem spectant

1. Litterae typis editae, quibus secretarius academiae Braydae (Bra) notum facit socio I. Baptistae Fagiuoli, cum conventus in honorem S. Bonaventurae accademiae patroni mense iulio non habitus fuisset, ipsum actum iri esse die 15 oct. Inseruntur programma eiusdem conventus et elenchus novorum sociorum; inter quos notandus: « P. Carlo Maria di Cesena, Cappuccino, institutore dell' accademia de' Riformati di Cesena, il *Docile* ». Dat. Braydae, 10 sept. 1719.

2. Idem litteris italicis typis editis inter alia adnuntiat I. B. Fagiuoli die 14 iulii celebratum iri conventum in honorem S. Bonaventurae, cuius programma exhibetur. Dat. 10 maii 1719.

3. Idem I. B. Fagiuoli certiorem facit de conventu in honorem S. Bonaventurae die 16 oct. 1719 habito et exequiis effectis pro sociis academiae, inter quos « all' erudito P. Maestro Giovambatista Giardini di Chieri, Diffinitore perpetuo e Guardiano in quella città de' PP. Minori Conventuali di S. Francesco, detto l' Esposto, passato a' 10 di detto mese a ricevere l' eterna mercede delle virtuosissime sue fatiche e de' religiosissimi suoi costumi... »; et perhibet programma coetus in honorem S. Bonaventurae die 14 iulii celebrandi. — Litterae ital. typis editae. Dat. Braydae, 22 martii 1720.

4. Idem I. B. Fagiuoli nuntiat inter plura obitum quorumdam sociorum academiae, ex quibus notamus « il Lettore Predicatore generale Norberto Carino, Min. Osserv., nostro Vicario nello stato di Milano; il quale dopo una penosissima malattia contratta nel suo appostolicó ministero, sofferta per lo spazio di un anno circa con indicibile pazienza e rassegnazione rendeo in Lodi l'anima sua al Signore, colmo di meriti ma non già d' anni ». — Litterae ital. typis editae. Dat. Braydae, 15 dec. 1717. = Haec academia erecta est a. 1702 sub patrocinio S. Bonaventurae et protectione Mariae Ioannae Baptistae ducissae Sabaudiae, cum titulo *Accademia degli Innominati;* exstitit usque ad subversionem gallicam a. 1789. Cf. Vallauri T., *Delle società letterarie del Piemonte libri due,* Torino 1844, pp. 128-43; Mathis A., *Storia dei monumenti sacri e delle famiglie di Bra,* Alba 1888, p. 16.

Cod. n. 3016 (3446) chart. mm. 220×160, saecc. XVII et XVIII. ff. non numerantur. Dimidia pelle coopertus cum inscriptione dorsi: *Lettere | di diversi al | Fagiuoli.* Inter plura quae exhibet pro re nostra habentur

1. Litterae italicae Pauli Dolci, quibus I. B. Fagiuoli ad conventum sodalitii S. Bernardini Senensis apud S. Crucem exstantis invitatur. — Orig. Dat. Florentiae, 19 feb. 1732.

2. Leonardus Donnini, O. M. Conv., a I. B. Fagiuoli sententiam petit de versu cuiusdam sui epigrammatis italici. — Orig. ital. Dat. Prati, 11 oct. 1704.

3. Idem gratias agit I. B. Fagiuoli pro animadversionibus factis de versu in praecedentibus litteris memorato. — Orig. ital. Dat. Prati, 19 oct. 1704.

Cod. n. 3017 (3447) chart. mm. 220×160, saecc. XVII et XVIII exaratus, sine numeratione. Dimidia pelle contectus; inscriptio dorsi: *Lettere | del Magliabechi | e di altri al Fagliuoli.* Pro re nostra adsunt tantum

Litterae quibus P. Mazza a Riccardina, O. M. Conv., exemplum visitationis pastoralis in conventu S. Francisci de «Borghetto» peractae a I. B. Fagiuoli postulat. — Orig. ital. Dat. Florentiae ex conv. S. Crucis, 16 oct. 1731.

Cod. n. 3025 (3455) chart. mm. 205×175, ff. non num., saec. XVIII. Dimidia pelle ligatus; cum inscriptione: *Lettere | di diversi al | Fagiuoli.* Notandae pro re franciscali adsunt tantum

Litterae italicae, quibus Iosephus M. Tornabuoni, Guardianus S. Francisci de «Borghetto», O. M. Conv., I. B. Fagiuoli sodalitia in eccl. eiusdem S. Francisci existentia et solutionem tributorum ex parte eorumdem nota facit. — Orig. Dat. e conv. «Borghetto», 9 oct. 1724.

Cod. n. 3101 (3085) chart. mm. 212×145 ff. 103 saec. XVII. In f. 1r legitur: *Rime varie di Alessandro Marchetti nobil Pistolese Accademico della Crusca.* Dimidia pelle ligatus; atque in dorso inscriptus: *Marchet. | Alessan. | Rime.* Pro re nostra facit tantum

f. 55r. [Paraphrasis responsorii S. Antonii Pat. epigrammate italico confecta ab A. Marchetti].

Tit. «Parafrasi del Responsorio di Sant'Antonio da Padova. Sonetto». *Inc.* «Se cerchi alti prodigi, Antonio è quello». *Des.* «Fuggon nell'ombre dell'eterno pianto». = Cf. A. Marchetti, *Saggio delle rime eroiche, morali e sacre,* Firenze 1704, Sonetto 49.

Cod. n. 3116 (3012) chart. mm. 300×210 ff. 69, ex diversis fasciculis et foliis conflatus saec. XVII exaratis. Ligatura chartacea cum inscriptione dorsi: *Prophetiae;* in parte anteriori: *Acquisto 1888 novembre.* Ad rem franciscalem pertinent

1. f. 9r–19v. [Tres prophetiae a **Bartholomaeo de Saluthio** (?), O. F. M., versibus italicis conscriptae].

1. (f. 9r–15r). *Inc.* «A dì 6 giugno 1605. Col sotil manto dell'ostia santa | S'è ricoperto per manto il mio Giesù | Per mio amore. | O quanto fu l'amore...». *Des.* «Da levante e ponente | Ohimè che siamo

tanti | Il nome di Giesù ciascuno canti. Finis ». — 2. (f. 15r-16v). *Inc.* « A dì 17 giugno 1605. La volontà di Dio. Sia fatta di Giesù la volontade | Che m'insegna a cantare... ». *Des.* « Al fine tutti ci conviene andare | Per haver sempre bene o patir male. Finis ». 3. (f. 17r-19v). *Tit.* « Vaticinio 3° ». *Inc.* « Scelerato e profano | Giù per le strade a fil di spade... ». *Des.* « O popol mio benedetto sia | Da Giesù, da la croce e da Maria. Amen. Finis ». = Continentur in opusculo mm. 275×105, ff. 12, quorum ultimum vacuum, tum simplici tum binis columnis conscripto et quasdam lituras exhibente. Pars primi vaticinii concordat quoad sensum cum compositione poëtica quae edita invenitur apud *Opere spirituali del R. P. F. Bartolomeo da Saluthio, Min. Osser. Riformato,* Venezia 1639, parte I, p. 901 s. De alia prophetia eiusdem cf. cod. n. **2948**: AFH IX, 426.

2. f. 27r–28v. [Prophetia de Ludovico XIII rege Franciae tum italice tum latine exarata, auctore **Pacifico de Papia,** O. Cap.].

Tit. « Profetia sopra il Re christianissimo Ludovico XIII ». *Inc.* « Prima perchè la santità doppo che Iddio benedetto mandò dal Cielo l'ampolla dell'oglio santo per consecrare Ludovico Re Christianissimo della Francia... ». *Des.* « qui postquam regnum suum feliciter gubernaverit, ad ultimum Ierosolimam veniet et in montem Oliveti sceptrum et coronam deponet. Questo è quello che ha lasciato scritto quel padre Pacifico da Pavia predicatore Cappuccino, che hora si trova in Turchia mandato là dalli nostri Padri Cappuccini superiori a predicare l'Evangelo ». = Aliud exemplum eiusdem prophetiae inseritur f. 33r-34r.

3. f. 29r–30v. [Prophetia S. Malachiae de Romanis Pontificibus ab Alfonso Giacone O. Praed. explanata].

Tit. italice « Profetia di S. Malachia arcivescovo dei papi con l'interpretatione di F. Alfonso Giacone Domenicano ». Ex qua pro re nostra notamus: f. 29v « Picus inter escas = *Nicolaus 4*[s] = Picenus, patria Esculanus »; « Flagellum solis = *Alexander 5*[s] = Graecus, archiepiscopus Mediolanensis, cuius insignia sol »; « Piscator Minorita = *Sixtus 4*[s] = Piscatoris filius, Franciscanus »: f. 30r « Axis in medietatem signi = *Sixtus 5*[s] = Qui axem in medio leonis in armis gestabat ».

4. f. 31r–32r. [Litterae italicae **Celsi Cacciavillani,** O. F. M., quibus inseritur prophetia a. 1592 inventa in sepulcro Uverdini, abbatis Hydruntini († a. 778)].

Inc. « Ill.mo e R.mo Signor mio signore e Padron Col.mo. Eccole la profezia, che le promisi mandare l'ordinario passato, la quale fu trovata l'anno 1592 nella diocesi di Cosenza nella sepoltura d'un abbate... Cum sancta civitas fulgebit splendore stellae... ». *Des.* « Maximus sanguis effundetur ob duas pugnas Gallorum et Batavorum. Utinam avertat Deus iram suam. Queste sono le parole precise che penso daran molto gusto alla curiosità di V. S. Ill.ma. E se lei non havesse viste quelle del P. *Solutiero* [Bartholomaeus de Saluthio, O. F. M., de quo supra n. 1], et havesse gusto di vederle, gle le mandarei, certo sono terribilissime contro Roma. Di nuovo. Iersera a 23 ore incirca giunse qui l'E.mo S.r Cardinale D. Antonio con 100 cavalli e 300 fanti, comandati dal S.r D. Fabio

della Corgna. Dicesi sia per lassar qua a svernare 250 cavalli e col resto egli se ne venga verso Bologna; ma del seguito ne darò parte a V. S. Ill.ma con le seguenti. Il nostro E.mo Baldeschi se ne sta con la sua solita frenesia e, quel che è peggio, sproposita del discorrere e dice che sta benissimo e non vuol medicarsi in modo alcuno; anzi chi gle ne parla le diventa nemico. Che è quanto abbiamo di novo. Del resto le vivo sempre al solito, et umilissimamente le bacio le sacre vesti. Di Perugia, 22 novembre 1642. D. V. S. Ill.ma Umiliss. et obligat.mo Servitore vero fra Celso Cacciavillani Minore Osservante ». = Orig. Deest directio. Prophetia respicit Romanum pontificem, regnum Franciae et vastationes quarumdam civitatum Italiae ex parte Turcarum.

5. f. 45r–69v. Opusculum (mm. 210×140, ff. 25) imaginibus atramento nigro delineatis adornatum; exhibens oracula B. Andreae Senensis et abbatis Ioachim de Romanis pontificibus et quandam prophetiam italicam **Iacobo Tudertino,** O. F. M., tributam.

Ex quo notari merentur: 1. (f. 46v) oraculum B. Andreae Senensis de Sixto V; (f. 55v) oraculum abbatis Ioachim de eodem pontifice; et (f. 63r) idem oraculum B. Andreae, paucis exceptis, de Sixto V. — 2. (f. 67v-69v) *Tit.* « Segue la profetia di Frate Iaccoponi ». Mutila in principio et in fine. *Inc.* « Bologna che si vede a sue campagne | Dar scacco matto | E poi venir di fatto | Chi le guida... ». *Des.* « Già non rego che in te non sia ridotta | O gran semonia | Piena di sodomia | E grandi strupi ». = Ex 32 constat tetrastichis. Cf. cod. **1251:** AFH III, 748.

(Continuabitur). P. SALVATOR TOSTI, O. F. M.

BIBLIOGRAPHIA

Kleinschmidt, Beda, O. F. M. — *Die Basilika San Francesco in Assisi. Erster Band: Einleitung, Geschichte der Kirche, Architektur und Skulptur, Kunstgewerbe.* — Berlin, Verlag für Kunstwissenschaft, 1915. In-fol. parvo (40×30 ctm.), pp. XXVIII, 304. — *(375 Textbilder, 14 Lichtdrucktafeln und 14 Farbendrucke).*

Cum auctor splendidae huius monographiae, quam dicunt, apud AFH I, 217-30, de Basilica Assisiensi agens, id maxime in votis haberet, ut quidam e minoritica familia monumentum illud splendidissimum perite, digneque illustraret, ad animum ipsius minime accidit, se ipsum hoc opus, hunc laborem egregie praestiturum esse (p. x). « Post laborem durum, diuturnumque, post plurimas superatas difficultates » (l. c.) favente praesertim Ministro Provinciae nativae, scil. Saxoniae O. F. M., aliis larga manu subvenientibus, aliisque alias concurrentibus (p. x-xii), ineunte anno 1915 primum operis revera magnifici volumen in publicum A. edidit, sperans fore ut, anno revoluto, alterum quoque prodiret. Uti nil est mirum, quod rerum eventus improvisi spem eiusmodi hucusque fefellerunt, ita ipsam frustratum non iri firme confidimus. — R. P. Beda Kl. in artium historia versatissimus (cf. AFH IV, 384 ss., V, 360 ss.), hoc in opere vasto, vario, tot impedimentis obsito, tot quaestionibus scalebrosis redundante, hoc sibi impiger proposuerat, ut s. Francisci Basilicam celebratissimam omnibus in suis partibus apte, immo magnifice illustraret. Hoc autem effici potuit solummodo subsidio documentorum atque adeo minutarum notitiarum in cuiusvis generis libris atque codicibus praeprimis archivi Sacri Conventus contentis, ipsis etiam parietibus, fenestris pictis, sacroque suppellectile denuo sedule inspectis, mensuratis, examinatis, opeque artis photographicae ad vivum exemplatis. Atqui revera non solum in hoc labore parando artes technicae (quas aiunt) modernae scitissime adhibitae fuerunt, sed etiam in libro munificentissime perornando ac illustrando, quippe qui Basilicae illius splendidam colorum varietatem (licet hac atque illac vetustate obesam) lectoris mirantis, stupentisque offerat conspectui.

Haec sollicitudo auctoris editorisque, qui machinis typographicis perfectissimis utitur, causa exstitit pro opere tam egregio formam grandiorem (in-fol. parv., sive grand. in-4°; 30×40 ctm.) eligendi, ne paginarum angustiae effigierum, quae res ad vivum exprimerent, limites coarctarent. Aperienti tibi volumen statim qua exemplum fidelissimae huiusmodi reproductionis (ut moderne loquamur) occurrit celeberrima illa *imago s. Francisci* in pariete ecclesiae inferioris a Simone Martini depicta. Haec omnimoda veracitas eo modo effecta est, quod Fr. (laicus) Damascenus Hahnel, O. F. M., pictor insignis, exempla photographica

coloribus, uti modo supersunt, accuratissime ornaverit, quod praesertim etiam pro fenestris versicoloribus praestitit; cf. tabulas XI-XXIII [1]. Tabulae tales polychromicae (photomechanice, uti aiunt, reproductae) numero XIV volumen mire ubertimque exornant, itemque tabulae XII heliotypicae integras, imo binas paginas interdum explentes, quibus 375 imagines zincographicae, etc., modo maximae, modo mediocres (parvae etenim desunt) accedunt, aliae partes architectonicas etc., aliae particulas singulas etc., collustrantes. Animadvertat oportet lector, picturas, quae parietes exornant, quaeque hucusque in libris paene innumeris de Basilica Assisiensi quasi solae tractabantur, in *altero volumine* discussum atque descriptum iri. Hoc alterum volumen item documenta inedita, sive eorum regesta, quae in hoc priore libro plurima passim allegantur, continebit.

Praemisso MSS. et documentorum a se adhibitorum elencho (p. XIX), e quo lector huius rei ignarus dolens discit seriem librorum eamque, eheu, non integram introitus et exitus Sacri Conventus, inde ab anno 1352 exordiri, adnectitur Catalogus auctorum saepius in decursu operis allegandorum (XX-XXIV), e quorum numero praecipui in *Introductione* (p. 1-6) discutiuntur. — Exinde P. B. KL. historiam, praesertim architectonicam insignis illius Basilicae texit (7-69), in quatuor periodos eam dividens, scil. I: saeculi XIII (7-25), II: ab an. 1300-1494, ut videlicet hic operam quoque a Ministro gli. Francisco Samsone et Sixto IV Basilicae impensam complectatur (26-52); III: ab an. 1494-1822, nempe ad usque corpus S. Patriarchae in crypta effossum (53-62); demum IV: saeculum XIX (62-9). Quibus expositis ad architecturae (71-144) sculpturaeque (144-66) opera speciatim describenda se accingit auctor maxime sedulus atque circumspectus. — Ut ecclesiae structuram externam et internam exacte proponeret, P. B. KL. singulas partes, parietes, columnas, tabulaturas etc. denuo dimetitus est, ope Fr. (laici, item suae provinciae) Iohannis Schoppen. Unde effectum est, ut veras mensuras harum rerum, veramque ichnographiam ecclesiae tam inferioris quam superioris laicus iste frater primus delinearet, quas habes p. 72 et 73. Quibusnam temporibus (113-20), a quibus etiam architectis binae ecclesiae constructae sint (94-108), quaenam earum formae primigenae fuerint (108-13), quibus actoribus seu benefactoribus moventibus, tot adiunctis capellis lateralibus, ecclesia inferior saec. XIV dilatata fuerit (120-31), etc., tunc inquirit, disputatque auctor.

En modo summa harum disquisitionum, plures controversias easque acres implicantium atque, saltem in pluribus, rem diiudicatam statuentium. — *Iacopus (Lapo)* ille *Theutonicus*, a Vasario anno 1565 excogitatus sive fictus, ex architectorum numero plane expungendus est (94, 102). Hac in re Vasarius vagae cuidam traditioni in Sacro Conventu vigenti confidebat. — Ecclesiae superioris architectus neque

(1) Longe iis praecellunt quae P. Aegidius Giusto, O. F. M., in libro suo *Le Vetrate* etc. lectori curioso praestare poterat; cf. AFH V, 766-9. Qui P. Aegidius plura documenta a se collecta P. Bedae fraterne cessit (p. XII).

Fr. *Philippus a Campello,* O. F. M., (94-8), qui tantummodo « operae praepositus ». i. e. administrator exstitit, neque, eo minus, Fr. *Iohannes de Penna,* O. F. M., i. e. ille extaticus († 1271) fuit [hoc contra Venturi; cf. AFH II, 351 ss.] (98-100). Alter autem Fr. *Iohannes de Penna,* O. F. M., qui an. 1238 apud Saxumvivum aquaeductum consummabat, quid postea Assisii, sub Fr. Elia, vero Basilicae auctore egerit, minime apparet (100). Ipsa tamen architectura gothica Basilicae superioris *architectum anonymum quemdam probabiliter Fratrem Minorem,* fuisse demonstrat Italum quidem genere, sed qui stylum gothicum Galliae meridionalis atque occidentalis illis in locis cognoverat (100-6). Nam Basilica nostra minime primum styli gothici exemplum in Italia fuit (l. c.). Haec ecclesia superior iam an. 1239 una cum turri campanaria quoad structuras absoluta fuerat, statimque benedicta (115-17), ac postmodum paulatim exornata fuit. Demum an. 1253, 25 maii, ab Innocentio IV, ecclesia duplex, quoniam sedi apostolicae immediate subiecta erat, consecrata est. (117-20).

Ecclesia autem inferior iam 25 maii 1230, cum in eam corpus s. Francisci transferretur, opere fabrili consummata erat, ab architecto quodam item anonymo umbro [O. F. M.?], stylo adhuc romanico, quem dicunt (106-10; 113-5). Ecclesiae duplicis « auctor realis et intellectualis » Fr. Elias, de Cortona agnominatus, proclamandus est (107 s., 113 ss.), sin minus ex parte Ordinis utrobique laudandus (l. c.). Tam Fr. Elias quam, eo impellente, Gregorius IX, ab initio consilium ceperant duplicem ecclesiam construendi in s. Francisci memoriam gloriosam ac memoriale magnificum (108-10). Ecclesia inferior primitus e tribus tantum concamerationibus constabat (111), quibus architectus ecclesiae superioris quartam praefixit, sed stylo gothico, circa templi aditum, totius aedificii harmonia atque mole hoc exigentibus (112). Tunc idem simul portam huius ecclesiae ex adverso altaris maioris in latus versus Sacrum Conventum transtulit (112 s.).

Saeculo XIV plura additamenta templo inferiori, potius ad modum cryptae constructo, accesserunt. Primum navis transversa ad chorum sita ex utroque latere producta est, mox post an. 1300, adstructis sacellis duobus a Cardinalibus Iohanne et Napoleone de Ursinis (120). Hos aemulati sunt Gentilis de Monteflorum, O. F. M., († 1312), et Theobaldus Pontanus, O. F. M., ep. Assisiensis († 1329). Ille sacella duo, scil. s. Ludovici episcopi et s. Martini addi fecit (seu addenda curavit, cum s. Ludovicus nonnisi an. 1317 albo sanctorum accensitus sit), hic capellam s. Mariae Magdalenae. Alii alias capellas exstrui iusserunt eodem saeculo XIV (28, 120 ss.). Accessit quoque eodem fere tempore camera illa arcuata (sive iugum), in qua porta ecclesiae nunc patet. Post an. 1360 e regione portae constructa fuit concameratio more romanico (scil. rotundo) contecta, quae statim dilatata fuit in partem frontis ecclesiae sacello s. Antonii abbatis, cuius expensas Vagnutius Francisci, civis Assisinas, solvit, itemque ex adverso portae capella s. Catharinae, auctore Card. Aegidio Albornoz, an. 1367 (28, 124 ss.). Quibus adiunctis, configuratio generalis ecclesiae immutata remansit,

licet plura adhuc accenserint structurae (125 ss.). Tot labores exsequendi scholae umbrae lapides ac statuas effingendi ansam dederunt (126 ss.). — Quae ante annum 1822 de triplici basilica circumferebantur, merae fabulae habendae sunt (131 ss.); sed constat duplicem illam basilicam varium in alias ecclesias exseruisse influxum, v. gr. in duplicem ecclesiam O. F. M. Imolae (139; AFH V, 564), in templum s. Clarae Assisii etc. (170 ss.).

Postea auctor opera plastica Basilicae describit, altaria, sacrum suggestum, etc. (144-51), monumenta sepulchralia, caeterum neque multa, neque arte magna excellentia (151-166). Haec inter « sepulchrum Reginae Cypri » quod audit, corpus Mariae, ab Antiochia nuncupatae, filiae Boemundi IV, Antiocheni principis, quae paulo post an. 1300 in Italia supremam diem obiit, recondere A. opinatur, quin tamen dubia omnia hic occurrentia removeat (153 ss.).

Alteram huius prioris voluminis partem (167-304) A. « de artibus industrialibus » *(Kunstgewerbe)* inscribit, ibique inprimis et fusius de vitris pictis agit, singula elucidans, pluraque mira arte typographica, colorum varietate expresse servata, lectori offert (167-245). Tunc ex ordine celeberrima illa chori utriusque « stalla », i. e. sella sacristiarumque armaria contemplatur (246-61), demum thesauri Basilicae historiam digerit, quem praesertim Gallorum Italiam ineunte saeculo XIX invadentium exercitus misere depeculati sunt. Res artificiosas inibi adhuc superstites illustrat (267-304), calices et ostensoria (267-72), cruces (272-5), reliquiaria (275-86), statuas etc., vasa, aliaque ex ebore confecta, etc. (216-95), denique texturas (296-304), quas inter peripetasmata (sive pallia sic dicta) Sixti IV excellunt.

De pulcherrimis fenestris vitri diversis laborati coloribus, quae omnibus consideratis, inter huiusmodi artificia in Italia primum locum obtinent (167, 190 s.), pauca specialiter delibemus oportet. Auctorem secuti, easdem ex thematibus ipsarum praecipuis, brevitatis ergo denominabimus. — Basilica inferior 16 magnis vitris versicoloribus collustratur; superior nonnisi 13. R. P. Aeg. Giusto: AFH V, 766 ss. atque G. Cristofani (AFH VI, 405) haec artificia vitrea praesertim iconographice illustrarunt, dum P. B. Kl. potius eorumdem stylum denuo examinans, ex ipso auctores inquirere studet. Haec autem investigandi ratio difficilima ex eo est, quod similes et coaevae fenestrae, quae cum Assisiensibus conferantur, in Italia desunt. Item documenta archivi s. Conventus de auctoribus plane silent. Unde etiam Auctor noster perspicax eo devenit, ut vitra illa cum picturis parietum — de quibus in volumine II ex professo aget — accuratius compararet. Hic ergo auctorum nomina insinuans, P. B. Kl. decidere minime intendit (191), utrum « auctor » sola delineamenta tanquam exemplaria subministraverit, an in ipsa vitra depingenda opem impenderit. Omnibus ergo ponderatis, vitra ecclesiae superioris non saeculo XIV, sed adhuc saeculo XIII exeunti attribuenda censet (uti etiam P. Giusto, *Vetrate,* 171, 190, etc.), quo tempore munificentia Nicolai IV, ex ordine F. Min., etiam parietes picturis exornabantur (171-92). Huius insuper rei, quam Auctor non omnino decisam aestimat, confirmationem aliquam « monu-

mentalem » primus in inscriptione sinistrae fenestrae apsidis detexit. Epigraphen enim istam, litteris uncis quadratis clausis, sic Auctor, sin minus persuasibiliter, at ingeniose tamen restituit: N[i]CO[laus] PUL[cr]O M[od]O ME FECIT PIC[t]U[rari]. G. M. Hoc admisso, duae ultimae litterae aenigmaticae valde sunt, nisi initiales nominis pictoris plane ignoti denotent (192). Nam vix easdem interpretari licet: G[eneralis] M[inister], cum Nicolaus IV antea Hieronymus dictus fuerit.

Styli ergo comparatione fretus, P. B. vitra depicta apsidis, scil. Christi vitam publicam et passionem figurantes, Cimabono (Cimabue) attribuere mavult, vel ignoto cuidam ipsius discipulo (179-93). — « Apparitiones Christi » atque « Virgines sanctas » anonymo cuidam ex « schola romana » accenseret, itemque (?) « Genesim » et « Christi infantiam » (171 ss., 193-5); necnon et « vitas Apostolorum », adeo varie ibi delineatas (195-202). — « Vitas *s. Francisci et s. Antonii* » certo tribuere auctori non audet (202-8), sed primus statuit (ex revelationibus B. Angelae Fulg.) has fenestras anno 1294 antiquiores esse (211). — « Angelos » in latere meridionali navis ecclesiae a Fr. *Iacobo Torriti,* O. F. M., auctore repetit (208-11).

Praeallegatae ergo fenestrae in ecclesia superiore conspiciuntur, e qua nunc cum Auctore in inferiorem descendimus. « Simon Apostolus » in sacello s. Petri de Alc., illuc ex ecclesia sup. translatus est (212-3), e serie iam memorata Apostolorum. E contra figurae orbiculares (« médaillons ») ad eius latus solae reliquiae sunt ex primigenis vitris depictis ecclesiae inf., socioque Cimaboni adscribendae videntur (213 s.) — Vitra « historiata » sacelli s. Iohannis, insignia Cardinalium duorum ex Ursinorum stirpe supra nominatorum praeseferentia, P. B. non dubius artificibus Senensibus adscribit, scil. fratribus illis Lorenzetti nominatis (214 s.). — Illa autem sacelli s. Nicolai, ab eisdem Maecenatibus Iohanne et Napoleone de Ursinis donatae, quorum etiam effigies praebent, potius opus cuiusdam Veneti essent, Murani depingentis ac colores ibi vitro inurentis (216-9). — Discipulus quidam longaevus Cimaboni (non autem Jocti) vitam s. Mariae Magdalenae in ipsius capella stylo vetustiore in vitris depinxisset (219-23). — Fenestras « historiatas » capellae s. Ludovici episcopi O. F. M., quae donatoris insignia, nomen et imagines, scil. Card. Gentilis de Monteflorum, O. F. M., produnt, Boninus Assisinas an. 1317-40 pinxit (228-32), cuius etiam est series dextera duplex « Vitae *s. Antonii Patavini* » in ipsius capella (223-8). Series autem duplex sinistra quidam Bonini discipulus effinxit; tertius insuper eiusdem magistri discipulus exornavit parva arcuum segmenta ac « rosam » superiorem. Hanc rosam, id est fenestram orbiculatam, dolemus non maiore dimensione expressam esse (p. 227), cum ibi duodecim *Fratrum Minorum* effigies a capite ad pectus usque (busta) appareant, quin agnosci possint. Utrum episcopus ibi effigiatus, s. Ludovicus Tolosanus sit, uti P. B. opinatur, necne, dubitamus. Forsan magis sit s. Bonaventura; alii vero ordinis Doctores insignes, nam nullius caput aureola cingitur. — Vitra capellae s. Martini, item a Card. Gentili donata, Simoni Martini inventori ad-

signanda credas (232-7). Porro fenestrae versicolores sacelli s. Catharinae discipulo ignoto Bonini Assis. addicuntur (237-41). — Exinde Auctor de aliis eiusmodi vitreis ornamentis saeculi XV et seqq. agit (241-5). Qui saeculorum decursu vitra omnia restaurarunt, in pluribus ea deturparunt, maxime autem Ioh. Bertini, Mediolanensis, an. 1842.

Plurimorum Fratrum Minorum effigies — praeter iam memoratas — in libro exprimuntur; v. gr. 19 Fr. Eliae de Cortona, iuxta copiam Cortonensem (quam tamen fidam non crederem) « Crucifixi triumphalis », quem scilicet an. 1236 Iuncta Pisanus pro ecclesia inferiore, ut ex arcu inter chorum et navem penderet, depinxerat. Etenim haec crucifixi tabula post an. 1624 deperiit (14 s.). Aliae duae imagines Fr. Eliae, altera ex ipsius Vita a P. Iren. Affò an. 1783 (1819[2]) edita (20), tertia e tabula picta saec. XVIII in Basilica Ass. adservata (41), nonnisi fictiones fabulosae esse apparent. — Simulacra vero aestimanda sunt effigies Card. Gentilis de Monteflorum in vitris depictis sacelli s. Ludovici ep. (33, 229, 230), itemque s. Martini (233 et tab. XXII), non secus ac imago Theobaldi Pontani, episc. Assis., O. F. M., in pariete picta (32). — P. 251 ss. Auctor munifice tibi praebet imagines plurium Fratrum Minorum celebrium in sellis choralibus ecclesiae superioris delineatas asserularum fragmentis varie tinctis ligno affabre insertis *(intarsia)*. Hae autem sellae nonnisi an. 1501 completae sunt, unde figurae illae simulacra aestimanda iconica non sunt, si forsan excipias Sixtum IV (254) et sellorum donatorem: Fr. Franciscum Samsonem, Min. generalem 1475-99 (38).

In his sedibus sexies stemma primigenum Ordinis [circa illud tempus invectum?] sculptum est, in quo, omissa cruce, brachia partim induta Christi ac s. Francisci transversa ponuntur in florum serto rotundo, chorda etiam ornato (255). Idem stemma Ordinis, sed inclusum clypeo oblungo, qui in angulos protenditur, Franc. Samson basibus columnarum pronaon (sive vestibulum) Basilicae sustentantium, insculpi fecit (6). Nam ipse Fr. Samson an. 1486 hunc pronaon erigendum curavit (135). — Imago Ven. S. D. Iohannis Duns Scoti ex aere expressa, saeculo XV exeunte (290), nunc in ingressu sacristiae inferioris posita, genuini quidquam non habere apparet. Auctor recte innuit apud Rodulphium, *Hist. Ser. Relig.*, (Venet. 1586) f. 324, Scotum iuxta hoc aes delineatum esse.

Haec pauca a nobis summatim adumbrata sufficiant conspectui brevi legentibus dando. Tantam etenim messem rerum, quarum aliae summo, aliae sane minore artificio confectae sunt, sed historicum plurimum alliciunt, sive annalibus Ordinis s. Francisci operam navet, sive magis historiam artium colat, Auctor sollertissimus et perspicacissimus hoc in volumine collegit, ut cuilibet uberrimae doctrinae, summaeque voluptati sit. Innumera paene nova liber continet et in expositionibus ubi, crebro novis allatis argumentis, tot res saepissime in controversiam vocatae scite diiudicantur, et in adnotationibus, in quibus plura documenta incognita, sive ad illum diem neglecta, indicantur.

Quae si iure merito miratus fueris, non erit cur obstupescas, quod in tanta notitiarum mole — vel magis, ut ad thema ipsum alludam,

quod in tam praeclara lapidum arte mira excisorum structura, non ad unum omnes lapilli ad unguem quadrent, neque caelati, laevigative undique pari splendore fulgeant.

Quae p. 20 nota 1 contra *Legendam Mai.* Mir. III, 4 chronologiae causa dicuntur, non quadrant, cum s. Bonaventura revera Alexandrum IV tunc Ostiensem episcopum fuisse dicat. — In vitro colorato (203 s.), in quo s. Franciscus depingitur aegrotum quendam curans, P. B. recte Narniensem paralyticum sanatum perspexit [post P. Giusto, l. c. 213], ast aptius citasset I *Cel.* 66 = *Leg. Mai.* XII, 9, quam 1 *Cel.* 135, cum hic agatur de alio et de miraculo post mortem facto. — Scena secunda in vitrea fenestra s. Antonii potius sanatio cuiusdam aegri ab alio sustentati interpretanda sit, quam liberatio e carcere (202, 204 s. cf. *Ant. Leg.* I, n. 36; *Benign.* 14). — In scena secunda p. 188, quam P. B. vago modo inscribit: « Angelus cuidam apparet », vir ille neque Iacob esse videtur, neque Elias, sed paramenta sacerdotalia eum Zachariam (Luc. 1, 5 ss.) sat clare produnt. Haec apparitio Gabrielis arch. in alio vitro recurrit (214). — P. 185 n. 6, quin de Ioseph mulierem Putipharis fugiente agatur, vix dubitem, non vero de Sunamitide et Elisaeo, etc., maxime quia haec scena typologice sequenti, i. e. « Noli me tangere »: Ioh. 20, 17, opponitur. — Epigraphe p. 221, n. 1, cf. tab. XX, legenda non est: M TEV, sed graece utique, MP ΘΥ: Μήτηρ Θεοῦ. Haec interpretatio obvia neque ipsi Auctori caeterum dubia est. — Auctoris dubitationem de s. Ursula (175, n. 9) augere velim, ex eo quia haec sancta ne palmam quidem habet. — Auctori parum bene consultum fuit, dum bullam Gregorii IX: *Is qui ecclesiam,* datam 22 april. 1230, non iuxta Originale (cuius praeclaram phototypicam imaginem tabula II praebet) ederet p. 10-2, sed iuxta exemplum mendis non impurum *Collis Paradisi,* an. 1704, p. II, 8-10; BF I, 60-2. Modo textum emendatum habes in *Bull. S. Conv. Assis.* ap. AFH XI, 442-4. In hoc *Bull.* interim plura documenta evulgata sunt, quae P. B. Kl. in adnotationibus summatim allegaverat. — Effigierum saepius a nobis iure laudatarum series, si opportunius in propinquo textus easdem dilucidantis et explicantis a typotheta positae fuissent, legentium commoditati expeditius servirent. — Demum hic subnotare liceat operis integri reapse splendidissimi et sumptuosissimi, pretium anno 1915, quo primum prodiit, nonnisi 125 marcharum fuisse; pro Auctoris autem confratribus illud tantummodo 100 marchis tunc veniit. — Quandoquidem Basilica Assisiensis, ex quo primum condi coepit, Romanis Pontificibus singulariter cordi erat, et 25 (*sic*) martii 1754 a Benedicto XIV Basilica Patriarchalis atque Capella Papalis nuncupata est (61; cf. AFH XI, 239) nil admirationis movebit, quod Auctor opus suum Benedicto XV P. M. pie dedicaverit.

His igitur presse adumbratis, non erit, quin nobiscum votum faciat, ut Auctor admodum eruditus atque intrepidus mox etiam volumen alterum in lucem edere possit, temporum adiunctis, nequaquam secundis, non obstantibus.

P. Michael Bihl, O. F. M.

Van Ruyteghem, Wenceslas, O. F. M. — *De Heilige. Levensbeeld van den H. Antonius van Padua.* — Mechelen, St. Franciscus Drukkerij, 1915. — In-8°, XXVII, 309 pp.

Le P. Wenceslas, avant de partir comme missionnaire pour la Chine, où il a succombé héroïquement depuis (*Acta O. M.,* t. XXXVI, 1917, 215), a laissé un souvenir de son zèle et de ses talents littéraires en écrivant une vie de S. Antoine de Padoue. Guidé par les travaux de l'Abbé Lepitre (*S. Antoine de Padoue* (1195-1231), Paris 1901) et du P. Dal-Gal (*S. Antonio di Padova,* Quaracchi 1907; v. AFH I, 140-2), l'A. a voulu faire un ouvrage de saine vulgarisation. Dans la préface, le P. Wenceslas trace un parallèle entre S. François d'Assise et S. Antoine de Padoue (VII-XII), il passe ensuite en revue les sources et la littérature de son sujet (XIII-XX). En guise d'introduction, il fait la narration de l'apparition de l'enfant Jésus (1-6) et traite successivement de la naissance et de l'enfance de S. Antoine (ch. I, 7-24); de sa jeunesse et de son entrée au couvent des PP. Augustins (ch. II, 25-45); de son passage à l'ordre franciscain (ch. III, 47-72); de son départ pour le Maroc et de sa destination au chapitre général de 1221 (ch. IV, 73-93); de sa prédication et de son enseignement (ch. V, 95-129); de son activité en France (ch. VI, 131-160); de son retour en Italie et de sa dévotion envers la S. Vierge (ch. VII, 161-185); de la nouvelle méthode de sa prédication (ch. VIII, 187-212); de son ardeur à combattre les abus de son temps (ch. IX, 213-236); de son amour de la pauvreté franciscaine et de la défense qu'il en prit devant le Pape (ch. X, 237-253); de sa prédication à Padoue et comment il se fit que le nom de cette ville fut ajouté à son prénom (ch. XI, 255-288); de ses derniers jours et de la glorification de ses reliques après sa mort (ch. XII, 289-308).

